



Fd 25

8 9
50





PATRIS INSOMNIVM



GALENI DOCTORES



HEPATICI COGNITIO

GALENI

Extra ordinem Classium LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERVM determinationes traduntur, quarum perceptio, superiorum librorum lectionem requirit.

SEXTA HAC NOSTRA EDITIONE,

non parum ornamenti adepti: locis pluribus quàm in alijs superioribus editionibus, ad græcorum librorum fidem emendatis.

Locis etiam in margine adnotatis, quos sparsim Galenus ex Hippocrate citat. Locis item ad singulos ferè Aphorismos citatis, in quibus vel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus Aphorismum aut explanat aut adducit.

Et nouis alijs annotationibus nunc primum additis.

Librorum seriem proximum folium continet.

Τὸ Ἀφορισικόν.

Venetijs Apud Iuntas. M D LXXXVI.



CRISIS PRAECOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM

GALENI Commentarij ſeptem in aphoriſmos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicũ collatione à Iul. Martiano Rota, & Auguſtino Gadaldino facta: iterum etiam aliquot in locis ab eodem Auguſtino Gadaldino expurgati. fol. 2

Aduerſus Lycum, quòd nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccarit, cuius initium eſt, Qui creſcunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium græcorum fidem. 61

Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt, liber, Iulio Alexandrino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione. 66

Linguarum, hoc eſt obſoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellenſi interprete, multis in locis emendata. 71

Quæ omnia nunc poſtremum, hac ſexta editione Ioan. Coſteus cum impreſſis, ac vetuſtiſſimis manuſcriptis exemplaribus collata, emendauit, & nouis annotationibus illuſtrauit.

EX PAVLO MAGNOLO BVRNENSI PHILOSOPHO, ET MEDICO CELEBRI.

Argumenta ſeptem ſegmentorum Aphoriſmorum Hippocratis.

SEGMENTVM PRIMVM,
Curatiuum.

Moleſta. Neceſſaria. A ſe prouenientia. Extrema. Victus. Purgationes.

SEGMENTVM SECVNDVM,
Prænotiuum, Dignotiuum, Curatiuum.

Somnus. Labor. Nutrimentum. Purgatio. Iudicatio. Mos. Iuniores. Senes. & alia: hæc autem maxime:

SEGMENTVM TERTIVM,
Prænotiuum.

Aegrotationes in tempeſtatibus vniuerſalibus, & particularibus, & ætatibus.

SEGMENTVM QVARTVM,
Curatiuum, Pronotiuum, Dignotiuum.

Medicationes. Decedentia. Abſceſſus. Sudores. Febres. Iudicationes. Vrinæ. hæc maxime.

SEGMENTVM QVINTVM,
Prænotiuum, Curatiuum.

Contractio. Internum pus. Calidum. Frigidum, Muliebria. Vlcera.

SEGMENTVM SEXTVM,
Prænotiuum.

Superuenientia. Mala virtutis nutritiuæ, & rectiuæ. Localia: & alia: huiuſmodi autem maxime.

SEGMENTVM SEPTIMVM,
Prænotiuum, Dignotiuum, Curatiuum.

Superuenientia. Localia. Mictiones. Sputationes: hæc plurima: & ex ſuperioribus: & ſuſpecta multa.

GALENI
IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARII SEPTEM

Quos a Nicolao Leoniceno translatos

Iul. Martianus Rota, & Augustinus Gadaldinus è compluribus græcis codicibus illustrauerunt.

Aliquot etiam locis nuperrime ab Augustino Gadaldino expurgatis.

Locis etiam ad singulos ferè aphorismos nuper citatis: in quibus uel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus aphorismum aut explanat, aut adducit.

COMMENTARIVS PRIMVS.

I t. 2. de Vsu par. 1. 193. a de Caus. is pro catarc. 3. 95. c C in 6. Epi. cō. 4 t. 9. 3. 181. e 3. de Pulsuum diff. 4. 59. c 1. de Crisibus. 4. 130 g 1. de Dieb. de cret. 4. 150. b 6. de Simplic. medi. facul. 5. 39. f 1. de Arte curatiua ad Glauco. 7. 94. c in Explanatione linguarum Hipp. Ext. or. 71. c de Sectis ad eos, qui intro ducuntur. 1. 5. 49. o. 17. e

Ita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, assidentes, & exteriora.

† Hanc orationem, siue unus sit aphorismus, siue plures, esse proœmium totius operis, pro cōfesso habetur apud omnes ferè eius expositores. Quid uero sibi Hippocrates uolens, tali utendum proœmio censuerit: maxime ambiguum est. Forte uero idipsum inueniemus, si singulas orationis partes prius diligenter considerauerimus. Quòd quidem igitur uitam dixerit breuem, artis comparatione, omnibus ferè libri expositoribus est manifestum. Artem uero ipsam hac ratione arbitror longā existimare, qm̄ omnium ferè operationum particularium occasionē habeat momentaneam, & ob id difficulter cōprehensibilē: ut nemo eā possit agnoscere, nisi qui diu in hac fuerit exercitatus. Ac, cū duo sint instrumenta † ad artes inueniendas necessaria, experimentum, & ex ratione iudiciū: illud quidem periculosum est, hoc autem haudquaq̄ facile e xistit, immo, siquid aliud, maximam habet difficultatem. Est igitur occasio præceps ob materię, circa quam uersatur ars, fluxibilitatē. Corpus siquidem nostrum ualde mutationibus obnoxium est: neq; à causis externis tm̄, sed† ab internis etiam facile alteratur. Experimentū uero periculosum est, ꝑꝑ materiæ dignitatem, nō D ꝑꝑ transmutationis facilitatem: hęc. n. in momentanea occasione continetur. Iudicium uero siquis (ut ego asserо) pro ratione accipiat, liquet ipsam esse difficillimam, cum ad hoc usq; æui ambigua permanserit: si uero (ut non nulli, qui se ab experientia empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat eorū, quæ experientia eueniunt, diiudicationē: sic quoq; nō est obscura † eius rectitudinis difficultas. Sed auctorē libri esse dogmaticū in tota ostendet cōmentatione. Prima itaq; proœmij particula ad hunc usq; locū terminatur. Scꝺam autem scribit non ut pronuncians, sed ut consulens: Nec solū seipsum præstare oportet opportuna facientē, sed & ægrū, & assidentes, & exteriora. Quorū uerborū uis talis existit: Si debes exquirere, & examinare ueritatem eorū, quæ in hoc libro scribuntur, nō modo teipsum medicū oportet oīa, quæ cōuenit, agere: sed & ægrū, & ministros: atq; insuper exteriora oīa in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc unū caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quæ sequuntur, artem esse lōgam demonstrant. Post hanc secunda pars quoddā ueluti consiliū, siue pactum affert illis, qui librū lecturi sunt, ac diiudicaturi. Sed quidnā sibi vult statim in libri principio hoc scribens, breuē esse uitā, si ad artis magnitudinē cōferatur? Nam hoc ipsum indagare, ab initio proposueramus. Sunt itaq; nō nulli, qui uolunt id egisse Hippocratē, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendā: non nulli contra, dehortandi causa: quidā ad hunc finem, ut experiretur, atq; discerneret eos, q gnauiter, & eos, qui secus, artē essent exercitaturi: alij uolūt ipsum

† *Aliqui textus legunt, ὅτι μὲν ὅυτος ὁ ἀφορισμὸς. hunc quidem aphorismum.*

† *à quibus ea quæ in artibus sunt, inueniuntur.*

† ἐξ ἑαυτῦ. *ex se ipso.*

† τὸ δυσκατόρθωτον αὐτῆς.

causam attuliſſe,ob quam oportuit ſcribere commentationes:alij adijciunt,aphoriſticas. Qui- E
dam hoc ſermone putant ipſum cauſas aſſignaſſe,ꝑꝑ quas hæc ars ſit coniecturalis:alij,ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur,ut à poſtremis primum incipiam,mihi oĩno uidentur nihil conſonum dicere.Quam.n.præ ſe ferret ſapientiam,aut quid Hippocratis ſententia dignũ,ſtatim circa initia operis docere, uel ꝙ ars quædam coniecturalis ſit medicina,uel ꝙ eiꝰ fruſtramur fine,ſiue hoc fiat ex nobiſipſis,ſiue ex magnitudine artis?Sed & uerba illa,Nec ſolum oportet præſtare ſeipſum opportuna facientem, ſed & ægrum,& aſſidentes, & exteriora, contrarium omnino indicant.Hæc.n.oĩa illi magis ſcribere cõuenit,qui profiteatur omnia,quæ in libro continẽt,eſſe uera,q̃ qui fateatur ob multas cauſas non ſortiri finem. Neq;.n.dixiſſet, Oportet autẽ:ſed poſt illa uerba, uita breuis,ars longa,occaſio præceps,experimentũ periculoſum,iudiciũ difficile,hæc alia ſubiunxiſſet.Et medicus ipſe etiam delinquit,& ægri,& eorũ mini ſtri. Sed neq; illi,qui aiunt,uoluiſſe ipſum auertere lectores à ſtudio medicinæ,cũ dicat uitã eſſe breuem,artem uero longã, uidentur mihi conuenientia dicere.Nam extrema foret demẽtia,ſimul ſcribere cõmentationes,quæ poſteritati utile quidpiã tradant,ſimul ab initio ſtatim nõ ſolum à legendo, uel diſcendo ea, quæ ſcripſeris,dehortari,ſed ẽt ab arte uniuerſa,cuius doctrinã profitearis,abalienare.Qui uero aiũt uoluiſſe ipſum homines ad artem impenſiori ſtudio capeſ- F
ſendam excitare(neq;.n.aliter poſſe totam tempore breui,cum ſit longa,perdiſci)ij etſi quid ueri dicunt,non tñ mihi uidentur uel uiri ſententia dignũ,uel ijs,quę hoc in libro ſcribuntur,congruens ſatis procœmium oſtendere : ſicuti neq; quicunq; arbitrantur hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate uſurpatum tentandi gratia illos,qui ad artem accedunt. Verum enim eſt, quod etiam à Platone dicitur,hac maxime uia periculum fieri de illorum animo, qui quamuis artem ſint percepturi,ſi magnam, atq; difficilem eſſe illis eam doctrinam oſtendamus. Atqui hoc neq; per librum aliquem,ſed per mutuos ſermones agitur,neq; mihi congruens uidetur præſenti cõmentationi:ſiquidem procœmium oportet ijs,quę ſunt in libro ſcribenda,eſſe accommodatum. Niſi forte quis ſentiat,omnium librorum primos legendos eſſe aphoriſmos,atq; ideo Hippocratem in procœmio commentationis communem feciſſe uniuerſæ arti ſermonem : uolentem per hunc oſtendere, non poſſe unumquenq; ſuo arbitrio artem diſcere medicinalem,longa cum ſit, ſed illos tantum,quibus ſuppetat tempus ad diſcendum,& natura ſint ad hoc aptiores. Quòd ſi probabile prorſus appareat,hanc totius artis communem eſſe præfationẽ:neque illi ſunt reprehendendi,qui aiunt,Hippocratem cauſam aſſignaſſe,ob quam commentationes ſcribere oporteat. Fecit autem & in libro,qui περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον,id eſt de ijs,quæ in officina medici fiunt,in- G
ſcribitur, † omnium lectionum ‖ commune procœmium, quemadmodum in eiuſdem libri expoſitione fuit à nobis oſtenſum.Illorum itaque ſententia,qui uel doctrinę modi,uel certe commentationum utilitatis cauſam uolunt in procœmio aſſignari, mihi preferenda uidetur. Nam & forma doctrinæ aphoriſtica, quæ omnes rei ꝓprietates breuiſſimis uerbis circumſcribit,eſt illis utiliſſima,qui uolunt breui tempore longam artem docere:Et conſcribere commentationes ob id,ꝙ uita ſit breuis,ſi ad artis magnitudinem cõferatur, ſummam habet præ omnibus alijs rationem. Nemo enim noſtrum ſatis eſſe poteſt ad artem ſimul & conſtituendam,& abſoluendam : ſed ſatis ſuperque uideri debet,ſi quę multorum annorum ſpatio priores inuenerint,poſteri accipientes,atque his addentes aliquid,illam aliquãdo compleant,atque perficiant.Vel enim propter iſtorum alterum, uel propter utrunq;, mihi uidetur tali eſſe uſus procœmio,ac ſi ita ſcripſiſſet:Quoniam artis magnitudo uitam excedit hominis, adeo ut ab homine quãtumuis diligenti ac laborioſo non poſſit & inchoari,& ad finem uſque perduci:propterea operæpretium eſt,quę quiſque cognouit,ea mandare literis,& tradere poſteritati commentationes, quæ rerum docendarum naturam omnem diligenter, breuiter,& dilucide interpretentur.Quòd uero ars lõga ſit, uerba hæc,quę ſubſequuntur,demonſtrant:Occaſio præceps,experimentum uero periculoſum, H
iudicium difficile. Quaſi ita dixerit: Vita breuis,ars longa: quoniam & occaſio præceps,& experimentum periculoſum, & iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa,quoniam occaſio agendorum in ipſa eſt maxime præceps,hoc eſt anguſtiſſima,& breuiſſimi temporis. Præterea,cum ſint duo inſtrumenta,per quæ remedia inueniuntur,ratio,& experientia: hæc quidem eſt periculoſa,ratio uero difficilis,hoc eſt non facilis cognitu.Vera autem eſſe,quæ dicuntur,nõ eſt difficile paucis oſtendere.Occaſio enim præceps eſt propter artis materiam:dico autem corpus,quod continue fluit,& momento temporis tranſmutatur. Experimentum autem periculoſum eſt & ipſum materiæ ratione.Neq; enim lateres,lutum,ligna,lapides,tegulæ,coria,artis medicinalis,ut aliarum,materia ſunt:in qbus experiri, & exercitari multis modis impune licet illi, qui ſe circa materiam exerceat,& artis theoremata meditetur:id qđ in lignis carpentarij, in corijs coriarij faciunt.Ligna ſiquidem,& corium male tractantem corrumpere,nullum periculum eſt:at in corpore humano illa experiri,quæ non ſunt experientia comprobata,non eſt citra periculum, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam uero & iudiciũ(ſit autem ratio ipſa iudicium,quoniã per eã,quæ ſunt facienda,iudicãtur)difficile eſt, nec inuentu facile : de uero autem iudicio loquor:atq; hoc ſectarum multitudo in arte medicinali oſtendit. Neque enim, ſi ueritas eſſet inuentu facilis,tot ac tanti uiri,qui illam perquiſierunt,unquam in

tam

† *Quod hic Galenus dicit ἁπάντων τῶν ἀναγνώσεων, id eſt omnium lectionũ, ipſe in procemio eiuſdem libri de officina medici, & in primo progno. com.8. dicit totius artis.*

de ijs,quę in medicatrina fiunt, com. 1. t. 1. 2. 3. & 4.7.195 f.&c.

A tam repugnãtes ſententias deueniſſent. Empiricis uero non vĩ ratio dici iudiciũ, ſed, q̃ per experientiã inuenta fuere, auxiliorũ diiudicatio. Nã, re uera, & hęc difficilis eſt, nec exploratu facilis, qñ multis remedijs ægrotãti adhibitis, aliquod unum illorũ in cauſa fuiſſe diiudicat, ut æger uel melius ſe habeat, uel deterius: quem ſi forte contigerit bene dormijſſe, deinde unctum fuiſſe, poſtea emplaſtrũ adhibuiſſe, deinde clyſterẽ, uel ſpõtaneã uẽtris deiectionẽ habuiſſe, deinde tales cibos aſſumpſiſſe, & poſt hæc oĩa ſenſiſſe iuuamentũ, uel detrimentũ: non facile dictu eſt, quidnam eorũ, quæ circa ipſum facta ſunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igit̃ ex cauſis oĩbus iudiciũ eſt difficile. Sed iã ſermonem totum uno capite colligamus. Ars quidẽ eſt longa, ſi eam unius hominis uita metiamur. Expedit autẽ relinquere poſteris cõmentationes, præſertim cõpendioſas, atq; aphoriſticas. Nã talis doctrinæ modus, & ad primã diſciplinã, & ad illa, quæ quis didicit, retinẽda, quæq; oblitus poſtea fuerit, in memoriã reuocanda, utiliſſimus eſt. Cõſonant autem his & uerba ſequentia. Nã, tanq̃ proœmium fecerit, & ipſi cõmentario, & his, q̃ in eo ſcribenda fuerunt, cõuenienter ſubintulit. Nec ſolũ oportet p̃ſtare ſeipſum opportuna facientẽ, ſed & ægrũ, & aſſidentes, & exteriora. Siquis (inquit) aliqñ dijudicaturus eſt, q̃ in hoc libro ſcribunt̃, quan-
B tum habeant ueritatis, non ſolum ſeipſum præſtare debet opportuna facientẽ, & nihil, qđ ægro poſſit conducere, prætermittentẽ: ſed & ipſe æger parere medico debet, & in nullo propriæ indulgere uoluptati: miniſtri ẽt idonei aſſideant, oportet: & exteriora omnia adſint apparata. Nã propter illa plerunq; uel præcognitionem, uel curationem, uel utraq; interrumpi contingit. Exteriora autem ſunt habitationes idoneæ, uel turbarum plenæ, uel turba uacantes, præterea quæ nunciantur, & aguntur, quæq; iram, aut triſtitiam, aut aliquẽ alium affectum ægrotanti infligũt, ad hæc illa, quæ noctu ſomnum abrumpũt, quæ propè infinita ſunt: Si igitur (inquit) hæc omnia bene, & recte ſe habuerint: nihil eorum, quæ in hoc libro ſcribuntur, falſum eſſe inuenietur.

1. Aphor. 23. 10. d. Et aph. 25. 10. h 4. Aphor. 2. 27. e g.

2 ‖ *In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet: confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contra. Sic & vaſorum inanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerant: ſin minus, contra. Inſpicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.* In Epiſtola ipſius Hippocratis ad Democritũ.

Non de quantitate eorũ, quæ euacuant̃, ſermo ipſi eſt (ut nõ nulli ſunt arbitrati) ſed qualitate tm̃, ut manifeſtant duo uerba, qualia, & qualis. Nã in ijs, quæ ſponte fiũt, euacuationibus, ita dixit. ‖ Si qualia oportet purgari purgent̃, confert, & leuiter ferunt. In alijs uero, quæ à medico, ſi Infra aphor. 25. 10. h
C qualis fieri debet, ita fiat. Atqui potuiſſet dicere, Si, quantũ purgari oportet, purgetur: & rurſus, Si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idẽ oſtenditur & ex uerbo purgari. Neq;. n. ſimpliciter dixit, Si, qualia oportet euacuari: ſed, Si, qualia oportet purgari. Eſt autẽ purgatio, humorum, qui ſua qualitate moleſtant, euacuatio. In his itaq; multi delinquunt expoſitores, qui neq; uerba, neque mentem hominis recte percipiunt. Adhuc autẽ magis peccant, cũ nomen κενεαγγείαν, i. uaſorum inanitionẽ alij pro inedia accipiunt, alij pro uenæ ſectione. Hippocrates ſiquidem omnẽ euacuationem ſolet ab euentu nominare uaſorum inanitionem: qm̃ in omnibus euacuationibus contingit uaſa inaniri. Sermo quippe nunc ipſi eſt de qualitate eorum, quæ euacuant̃. Sicuti autem ſemper adhortat̃, ut, q̃ recte à natura fiunt, medicus imitetur: ſic & nũc idẽ agit, à ſpontinis euacuationibus ſuã exorſus oſonem: in quibus ſi, qualia oportet purgari, purgentur, hoc eſt ea, quę corpus infeſtan, t confert, & leuiter ferunt, Quòd ſi aliorũ fiat euacuatio, & non eorũ, q̃ corpora noſtra moleſtant, contrariũ euenit: neq;. n. confert, & grauiter ferunt ægrotãtes. Eodem pariter modo, ſi medicus moliatur aliquã facere euacuationẽ, eorũ eſto, q̃ corpora noſtra moleſtãt: quẽ admodum & in alijs locis humorẽ noxium præcipit euacuari, neq; alterũ illi in euacuatione p̃ferri. Si igitur pituita ſuperabundet, hanc oĩno oportet euacuari: flaua autem bile uel atra infe-
D ſtante, abſtinẽdũ eſt à pituita, & bilis infeſtans euacuãda. Sic & ſi ſanguis in corpore modũ exceſſerit, ſanguinẽ euacuari oportet: itidẽ & ſeroſam eius partẽ, ſi hæc fuerit ſuperabundans. Humorẽ aũt ſuperabundantẽ ex colore debemus coniectari, niſi aliqui forte in profundũ receſſerint. ‖ Color. n. ſimilis effloreſcit humoribus, ſi non retro gurgitauerint. In ijs ergo præcipue, qui retroceſſerunt, & non ſunt æqua portione per totũ corpus diffuſi, oportet inſpicere tempus anni, & regionẽ, & ætatẽ, & morbos, in quibus cõueniat, aut non: hoc eſt in quibus conueniat, aut non, talis uel talis humoris facere euacuationẽ. Habet. n. & uniuſquiſq; humor in corpore ſuper excedens indicia propria: de quibus deinceps plenius dicemus. Perfectæ tm̃ gr̃a cognitionis, inſpicere oportet tempus anni, quod præſens eſt, & regionẽ, in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatem, & ſpeciem ægritudinis. Sint. n. ſi ita contigerit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia: ſimul cum ipſis inſpiciendũ erit, ſi tempus æſtiuũ, ſi regio calida, ſi æger in ætatis uigore cõſiſtit. Eodem modo & in pituita conſiderandũ eſt, ſi adſit hyems, ſi regio frigida, ſi homo ſenex. Et præter hæc oĩa, ipſam morbi ſpeciem inſpicere oportet: ueluti ꝙ tertiana (ſi ita contigerit) fit à flaua bile modũ excedẽte, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cãcer ab atra bile, eryſipelas à flaua, † atq; ſingulæ aliæ morborum ſpecies. Si. n. hæc omnia diſtinxerimus, firmius, atque ſtabilius ad noxij humoris euacuationẽ perueniemus. Illi igit̃ expoſitores præ alijs (ueluti abſurda

A. l. 1. t. 4. c. 3. fol. 72. f. g

Principiũ libri de Humoribus.

† *Et in alijs quibuſque morbis eodem modo.*

dicentes) ſunt repudiandi,qui putant ipſum de ſola inedia,q̃ adhibetur in febribus,ſermonẽ ha E
bere:neq; enim ipſe febres nominauit, ſermoq; ſit de oĩbus in uniuerſum,quæ ſunt præter natu-
ram,intentiones nos docens, ad quas reſpicientes nos oportet inuenire nõ quãtitatem,ſed qua
litatem euacuationis.Nã de quantitate,ſequens differit aphoriſmus. Quo autẽ morbi tempore
aggredi oporteat euacuationẽ,& quo modo ipſa ſit facienda,in alijs deinceps dicet aphoriſmis:
quare neq; nunc mihi de his dicere eſt neceſſarium. Sic enim noſtra doctrina non foret ſapien-
tior,& commentationes ad immodicam, minimeq; neceſſariam prolixitatem peruenirent.

de Bona habitudine 1.39.c.&c. ad Thraſybulũ. 2.102 h. in Suaſoria ad artis orationẽ, Iſag.4 f de Optima ſecta ad Thraſyb. Iſag.27.g

3 ‖ *Habitus exercitatorũ, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi ,ſi in extremo conſtiterint. Neq; enim poſſunt in eodem permanere,neq; quieſcere.Cum uero nõ quieſcant,neq; poſſunt proficere in melius : reliquum eſt,ut decidant in deterius . His de cauſis,bonum habitum ſtatim ſoluere expedit , ut corpus rurſus nutriri incipiat. Neq; compreſſiones,ad extremum ducẽdo (periculoſum enim) ſed qualis natura fuerit eius,qui debet perferre,ad hoc ducere conuenit.Sic & euacuationes,quæ ad extremum deducunt,periculoſæ. Et rurſus refectiones, cum extremæ fuerint,periculoſæ.*

Illum,qui hunc antecedit,ſermonẽ eſſe de eorum,q̃ euacuantur,qualitate,docuimus.In hoc
aũt & ſequẽtibus vult de quãtitate docere : & ab immoderata repletione atq; euacuatione ini- F
tium ſumit in hoc quoq; aphoriſmo propoſito,ſicuti in alio præcedente,quoddam exemplũ ſup
ponens,& ad ipſum, ut cõſueuit,ſuũ ſermonẽ dirigens.Exemplum aũt ipſi eſt,exercitatorũ bo-
nus habitus. Vocat aũt bonum habitum exercitatorũ,illorũ,quibus hoc eſt totius uitæ inſtitu-
tum,aſſidue operã dare exercitationibus,ut alios deijciant,qui mos eſt athletarũ . Qui.n.ſimpli
citer bonus habitus nominatur, quẽ plurimi agricolæ habent,in fodienda terra,metendis ſegeti
bus,& alijs ruralibus laboribus occupati,ad immodicã repletionem nõ attingit.Athletarũ autẽ
bonus habitus non paruã culpam habet:ſtudere magnitudinem molis corpori adijcere, &(ut li
quere poteſt)humorum multitudinẽ. Hi enim apparatus ſunt toti corpori nutriendo,qui ſi ipſi
preſtò non adſint,fieri nõ poteſt,ut corpora ad molem immodicã perducãtur. Quare neceſſariũ
eſt huiuſcemodi diſpoſitionẽ eſſe periculoſam.Cũ enim uaſa cibis,ac potibus fuerint ſupra mo-
dum repleta,periculum eſt,ne aut ipſa diſrumpant̃,aut calor natiuus ſuffocetur,extinguaturve:
ſicuti etiam ſubita morte interierunt athletæ quidam , cum ad ſummam repletionem ueniſſent.
Qui autẽ ad naturæ opera utilis eſt bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius eſt, q̃a
nunq̃ ad extremam peruenit repletionẽ:quare neq; ipſum ſoluere oportet,ſicuti habitum athle
tarum,cũ ad extremũ peruenit. Hunc enim ſoluere oportet,haudquaq̃ morantes,ſed anticipan G
tes ſolutione periculum . Cauſam uero,ob quã ſoluere ipſum oporteat, talẽ ipſe ſubiecit dicẽs:
Neq;.n.poſſunt in eodem permanere, neq; quieſcere . Nam,cum ſemper natura coctionem,di-
ſtributionem,ſanguinis generationem,adiectionem,agglutinationem, atq; aſſimilationem ope
retur : q̃n nihil adijci ſolidis corporis partibus poteſt, neq; uenæ amplius habẽt conceptaculũ ,
in quod alimentũ diſtributũ recipiatur,tunc neceſſario periculum imminet, ne aut uas aliquod
dirumpatur,aut ſubita mors obueniat.Vt igitur corpus rurſus habeat locũ,quo nutriatur,bonũ
habitũ oportet ſine mora ſoluere.Eius aũt ſolutio eſt euacuatio,ut liquet.Et hãc quoq; oportet
non ultra modũ facere:cũ ſit immodica euacuatio non minus immoderata repletione piculoſa.
Intentio aũt quantitatis euacuationis,non ſolũ humorẽ ſuperabundantẽ reſpicit,ſed & naturã
hoc eſt uires hominis,q̃ debet euacuari. Alij enim alijs magis,minusve perferũt euacuationes.
Hæc itaq; ab ipſo de bono habitu athletarũ dicta fuere, quæ quidem ipſa per ſeipſa poſſunt cõ-
ducere ijs, qui tale uitæ inſtitutum elegerunt:medicis aũt ſunt ueluti exemplũ ſermonis poſtea
ſubiungẽdi.Inquit.n.Sic & euacuationes,quæ ad extremũ deducũt,periculoſæ. Et rurſus,refe-
ctiones,cũ extremæ fuerint,periculoſę . tale quid in toto hoc ſermone indicare uolẽs,q̃ nimirũ
neq; euacuare,neq; replere ſupra modum oporteat:cuius rei documẽto eſſe poteſt bonus habi- H
tus athletarum,qui alioqui inculpabilis exiſtens(nã & bonis abundant humoribus, & uires ro-
buſtas athletæ habent)hoc ſolum malum maximum cõtinet, q̃ ad extremã uenit repletionem:
quapropter ſtatim eũ ſoluere oportet . Et,ſicuti rurſus, qui ſunt tali habitu præditi,non ſunt ad
extremã euacuationẽ perducendi:ſic,& qui alia quauis egent euacuatione,non ſunt ſupra mo-
dum euacuãdi . Nã,ut in uniuerſum dicamus,in omni euacuatione uires ægroti oportet atten- A.li 1.t.4.c.3 fol.72 g
dere: & donec tolerant nec laborant,tentandum eſt humorem exuperãtem educere:cum uero
diſſoluuntur uires,etiam ſi reſtent aliquæ ſuperfluitates : cauere oportet earum euacuationem.
Quod aũt ait,Et rurſus refectiones,cũ extremæ fuerint,periculoſę:ſiquis debeat ſermonẽ hunc
ad exemplum referre,ne ſit decurtatus,de ultima dictus repletione uidebitur,quã jubet caueri,
& non uſqueadeo reficere corpora,ut ad extremam ueniant repletionem.Si uero ſermonis figu
ram attenderis,ut non nulli expoſitores fecere:de eadem re bis ipſum dicere, ſed aliter atq; ali-
ter,cogitabis.Cum igitur ita dixerit,Sic & euacuationes,quę ad extremũ perducunt,periculo-
ſæ:per hoc ipſum ſolum putabis præcipere,fugiendas eſſe immodicas euacuationes,q̃n ſint ad
modum periculoſæ. Cum uero poſtea ſubiungens dixerit, Et rurſus refectiones,cum extremæ
fuerint,periculoſæ:ob hoc uetare immodicas euacuationes, q̃n & refectiones poſt ipſas factæ,

haudquaquam

A haudquaquã ſecuræ exiſtunt,cum natura iam facta imbecillis,& neq; iam poſſit ſufficienter coquere,neq; diſtribuere alimentũ,neq; aſſimilare. Verum,ſiquis ita ſermonẽ acceperit:altera doctrinę pars de extrema repletione,manifeſte relinquetur,& fruſtra exemplum de bono exercitorũ habitu erit allatum. Quid,ꝙ & hoc ipſum uerbum,rurſus,in tota adiectũ oratione,ſententiam,quam diximus,uidetur manifeſtare,cum ita dicat,& rurſus refectiones,cum extremæ fuerint,periculoſæ? Vt enim,qui de altera re ſermonem faciat,ita uerbum,rurſus,appoſuit.

3.Aphor. 28. 26.2

4 ‖ *Victus tenuis atque exquiſitus,in paſſionibus quidem longis ſemper, in acutis uero, in quibus non conuenit,periculoſus. Et rurſus,qui ad extremum deuenit tenuitatis,grauis eſt. Nam & repletiones,quæ ad extremum deueniunt graues ſunt.*

Cũ in ſuperiori aphoriſmo de qualibet in uniuerſũ immodica repletione,atq; euacuatione locutus fuerit:in hoc de ęgrotantiũ uictu ſermonẽ habet,p̃cipiẽs nobis,in paſſionibus lõgis sẽper uictũ cauere tenuẽ,in acutis uero non sẽper:plurimi.n.horũ uictũ tenuẽ exigere uidenẽ:quidã uero eorũ & illũ,qui ad extrmũ tenuitatis deuenit. Eſſet aũt uictus tenuis in extremo,ꝙ ꝑ ſolã inediã uel melicratũ,uſq; ad iudicationẽ ꝓcedit: Tenuis uero,qui ꝑ pauca,aut parũ nutrientia
B edulia,qualis eſt ptiſſanæ ſuccus. Eius aũt terminus eſt uiriũ diminutio,quarũ gr̃a nutrimus. In ſanis itaq; corporibus ſemꝑ oportet robur ſeruare uiriũ,uel augere alimẽtis,nõ diminuere. Ac augẽs qdẽ alimẽtũ,eſt, qd̃ plenũ uocaẽ:cõſeruans aũt,qd̃ mediocre exiſtit:diminuẽs uero,qd̃ tenue dr̃. Hoc igiẽ ſemꝑ fugere oportet:aljs uero,ut pũtia exigũt,uti. In ęgrotãtibus aũt raro ꝙ dẽ accidit,ut robur corporis maius reddere,q̃ acceperim⁹,ſtudeamus: magna uero ex parte ſtudemus ĩ lõgis ꝙdẽ morbis ſeruare uires,ĩ acutis aũt moderate debilitatas cõſeruare. Nã,ſi eas ĩ iſtis tales,quales accepimus,uel ſeruare,uel augere ſemꝑ ſtuderim⁹,morbũ augebimus. Qui ue
A.li.r.t 4.c.1. fol.71.a ro morbi acuti uictũ exigãt tenuiſſimũ in extremo,quiq́; tenuiſſimũ ꝙdẽ,nõ tñ in extremo,& ꝙ tenuem:in libro de uictu acutorũ(qui de ptiſſana à nõ nullis ĩſcribitur) plenius Hippocrates docuit:& nos noſtris ĩ eundẽ librũ expõnibus,totũ ſermonẽ abſoluimus. Nũc uero tm̃ hoc dixiſſe ſufficiat,in oĩbus morbis,in ꝙbus uigor & iudicatio primis quatuor diebus futura eſt, mõ uires ſint fortiores, integrã inediã ſeruandã eſſe,q̃ eſt in extremo tenuiſſimus uictus. In quibus uero non ultra primã ſeptimanã protrahenẽ,fortibus exiſtẽtibus uiribus,ſolo melicrato uti ſufficiet. Solus aũt hic uictus tenuiſſim⁹ eſſet,nõ tñ in extremo. Quòd ſi uiribus nõ fidamus,ptiſſanæ utemur ſucco:rõnabiliterq́;huiuſcemodi uictus tenuis diceret:ſicuti,qui ꝑ ptiſſanã hordeaceã,nõ
C eſt ꝙdẽ tenuis exquiſite, niſi oĩno pauca aſſumpta fuerit: nõ tñ ꝓpterea plenus,qualis ꝙ fit per oua,& alicã,& piſces,atq; alia huiuſcemodi. Quod igiẽ adiectũ eſt ſermoni de acutis,in quibus nõ cõuenit, a* haudquaquã diciẽ propter peracutos,de his.n.ipſe mox inquiet:Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos labores habet,& uictu extreme tenuiſſimo utendum eſt.

A* Dictio hæc non eſt in codicibus græcis.

B* Codi. multi antiqui habent ἰσχῶς, vt Leonicenus uertit.impreſſi dictionẽ hanc non habẽt: & ita etiã paulo poſt codic.græci antiqui habent ἰσχῶς ut Leonicenus: impreſſi non habent.

5 *In tenui victu ægri delinquunt:quo fit,vt magis lædantur. Quicunque enim error committitur,maior in hoc fit,quàm in paulo pleniori victu. Propterea et iam ſanis periculoſus exiſtit valde tenuis & conſtitutus & exquiſitus victus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tennis victus atque admodum exquiſitus,eo,qui ſit paulo plenior,magis periculoſus.*

Huius initiũ aphoriſmi ẽt aliter ſcriptũ inuenitur, hoc modo. In tenui uictu magna ex parte
b* bifariam peccãt,qui ęgrotãt:quo fit,ut magis lędanẽ. Et hãc ſcripturã pleriq; magis altera ꝓbant,hoc putãtes Hippocratẽ uoluiſſe dicere,ꝙ in tenui uictu* bifariã ægri delinquentes,magis lædunẽ. Nã inſcijs medicis ob hoc ipſum cogunẽ cibari,qm̃ tenui uictu ab ipſis regũtur:& hinc maius detrimentũ ſuſcipiunt,q̃ ſi uictu tenui nõ regerentur. c † Adhuc aũt delinquunt, ſcilicet & iã natura exiſtente imbecilli,ut quæ antea alimenti inopia laborauit. Mihi aũt vr̃ prior ſcriptu
D ra melior,ut quæ hanc quoq; cõplectitur,& ſermonẽ facit generaliorẽ,cum de omni delicto doceat,ſiue uolentibus,ſiue inuitis ęgrotantibus accidat:ut talis ſit ſermo. Quicunq; error accedit ægrotantibus,qui tenui uictu regũtur,hic maius affert periculum,quia & natura à tali uictu debilis facta eſt,& ad eũ trãſitus eſt inſuetus. Confirmant antedictã ſcripturam ea,quæ de ſanis dicuntur,in quibus tenuẽ ait uictũ eſſe periculoſum, qm̃ errores grauius ferunt,non quia propter uictus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ uero de aphoriſmo ſequuntur,ſunt manifeſta.

C † Codi.quidã antiqui habent ἔτι δὲ ἁμαρτάνουσι,id eſt. Adhuc autẽ delinquũt &c.ut Leonic.impreſſi hñt ὅτι δὲ ἁμαρτάνει. δῆλον, ὅτι &c.ut poſtea ita ſit uertendum: Quod autem delinquant manifeſtum eſt,qm̃ uires habent imbecillas.

D † τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἄν, &c. *i.tantum declinãdum.ſ.ab tenuiſſimo victu quantum &c. Vide infra in litera g.h.*

1.Meth. med. 7.36.a

6 ‖ *Extremis morbis,extrema exquiſite remedia optima ſunt.*

1.de Criſibus. 4.128.h 1.d Dieb.dec. 4.151.a & 2. deDieb.decr. 4.155.d. & 156.d 8.Meth. medẽ di.7 52.c

Extremos morbos nominauit Hippocrates maximos,ultra quos non ſunt alij. Quare præcipit in ipſis tota curatione exquiſitiſſima nos uti,ac proculdubio uictum quoq; adhibere tenuiſſimum:tales autẽ prorſus ſunt morbi peracuti, (in peracutis autẽ, ꝙ tertio die ad ſummũ uigorẽ perueniunt,uictus ſumme tenuiſſimus optimus eſt.) Vnde ſequentẽ ſubiungens aphoriſmũ,ait.

7 ‖ *Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos habet labores, & extreme tenuiſsimo victu vtendum eſt. Vbi vero non,ſed pleniorem victum contingit adhibere:* d † *tantum cibi indulgendum eſt. quantum morbus extremis eſt mollior.*

Sicuti ſuperius morbos,q̃ maximi sũt,extremos noĩauit: ita & nũc labores,q̃ maximi ſunt, E
extremos appellat:labores aũt,(græce πόνους)uel acceſſiones,uel ſimpliciter caſus uniuerſos.Ete
† *ſymptomata.* nim acceſſiones,atq; oẽs ſimpliciter † caſus maximos poſſidet morbus p̃acutus ſtatim in primis
morbi diebus:nã in ipſos ſtatim morbi incidit uigor:q̃ nihil aliud eſt,q̃ morbi,quantũ ad caſus
attinet,maximũ.Iã uero morbus ille eſt p̃acutus,q̃ ſtatim in ſummo uigore cõſiſtit. Statim aũt,
eſt intelligendũ,circa primos quatuor dies,uel paulo ulterius. Idcirco aũt extreme tenuẽ uictũ
adhibere conuenit,ſi mõ uictus tenuiſſimus morbis in uigore cõſiſtentibus eſt neceſſarius:quẽ
admodũ docuit ĩ libro de uictu acutorũ,& in hoc ipſo aphoriſmo. Cõſiſtit aũt ĩ uigore morbus
peracutus ſtatim in primis diebus.Quòd aũt ſit rõni conſonũ,in morbi uigore tenuiſſimo uti ui
ctu,alibi eſt à nobis plenius oſtẽſum. Nunc id tm̃ dixiſſe ſat erit,q̃,ſi quis p̃ inflãmationes,uel
febres (q̃ à morbis acutis ſunt inſeparabiles) quiſpiã ueretur effatu dignũ afferre alimẽtum:hoc
de Victus rat. in morb acu.com. 4.t.21.7.137.b ipſum morbo in ſuo uigore conſiſtente magis uerebit facere. Tunc.n.‖phlegmaſiæ, ut appellat
ipſe in libro de uictu acutorũ,maximę exiſtũt:ſiue quis per phlegmaſias uelit intelligere illas,q̃
p̃prie dicunt phlegmonę.i.inflãmationes:ſiue ẽt libeat febres unà complecti,ſcd̃m antiquã uo
cabuli acceptionẽ.Accedit ad hæc, q̃ melius eſt naturã p̃mittere uacare circa morbi coctionẽ,
morbo ĩ ſuo uigore cõſiſtẽte,neq; diſtrahere ipsã ad cibos recẽter aſſumptos cõficiẽdos.His ra- F
tionib⁹ itaq;,cũ morbus ĩ uigore cõſiſtit,uictu tenuiſſimo oportet uti.Hoc ergo ſuppoſito,ĩ alijs
morbis,q̃ ſuũ uigorẽ sũt poſteri⁹ accepturi, nõ licet afferre ſtatim ab initio extreme tenuiſſimũ
uictũ. Nã ſic prius homo morietur,q̃ morbus ad uigorẽ perueniat. In q̃bus uerò morbi uigor ſta
tim futurus eſt,hoc eſt ĩ primis quatuor diebus,in ijs poſſum⁹ uictu extreme tenuiſſimo uti: cũ
uires tolerẽt & inediã oĩmodã, & ſolius melicrati exhibitionẽ,& ptiſſanę ſuccũ paucũ oĩno:ta
lis quidẽ tenuiſſimus eſt uictus.Qui uero hoc minus tenuis exiſtit,quẽ ẽt pleniorẽ nominauit,il
lis cõuenit morbis, qui poſterius in ſuo debẽt uigore conſiſtere:in quibus præcipit tm̃ à uictus
tenuitate declinare,quantum morbus ab extremis recedit,hoc eſt à uigore.Hoc enim proximo
exiſtente,paulo pleniorẽ uictũ offeremus:lõgius ueró diſtante multo pleniorem:& quanto tar-
diorem fore ſummum morbi uigorem expectabimus, tantum & uictus formam cõmutabimus.

8 ‖ *Quando morbus in ſuo vigore conſliterit,tunc victu tenuiſsimo vtendum eſt.* 8.Meth.med. 7.52.c

Hic pariter ſermo pars quædam eſt artis diæteticæ,id eſt,quæ docet uictum conuenientẽ ad
hibere:qui à non nullis ſeorſum ſcribitur per uerba nũc dicta: ab alijs uero antecedẽti annectit
aphoriſmo,eo modo,quo ante ſcriptus eſt. Docet aũt nos,utcunq; ſcribat,unũ & idẽ theorema G
antiquo magiſtro præcipiente,ut,cũ morbus in ſuo uigore conſiſtit,uictu tenuiſſimo utamur,tũ
p̃p caſuũ magnitudinẽ,tũ p̃p morbi coctionem.Neq;.n.diſtrahere oportet naturam ad alteram
nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbum facientium coctioni fortiter uacet, &
nõ ita multo poſt ipſos ſit euictura: ſic.n.à nobis oſtẽſum eſt in tractatione de Criſibus:de ijs ui
delicet tm̃ morbis ſermone nunc tranſacto, in quibus omnino & curationem, & uictus rationẽ
intendimus.Ii uero ſunt,in quibus poſt uigorem ſequitur declinatio. Nã,quorum uigorem ex-
cipit mors,in his ea ſola parte artis utimur,quæ prognoſtica nominatur,id,quod futurũ ſit,prę-
nunciãtes,ne euentus rerum noſtro aſcribatur errori. Hæc igit̃ tibi ſit una indicatio,ſumpta ex
morbi t̃pibus ad uictus formã,altera uero à uiribus ægrotãtis,quã in ſequẽti docet aphoriſmo.

9 *Coniectari autem oportet,an æger cum victu ſufficiat perdurare ad morbi vigorem:et nunquid prius ille deficiat,nec poſsit cum victu perdurare: vel morbus antea deficiat,atque hebeteſcat.* 3.de Criſib⁹. 4.141.c In prog cõ.2. t.6.4.198.d. & t.31.201.a

Quia in ſuperiori aphoriſmo tm̃ iuſſit ab eo,qui extreme tenuis uictus nominatur,declinare,
quanto morbus mollior extiterit † ſuo uigore,hoc in loco nunc alteram adijcit intentionem,ut
† τῆς ἀκμῆς eſt *in impreſſis,ut interpres uertit. Burgũdio, qui hos libros olim ad uerbũ tranſtulit, uidetur legiſſe* ἐχάτων, *quòd uertat,ultimis ,i.extremis,& iudicio meo melius.* quantitatẽ declinationis exquiſite noſcamus.Eſt aũt hęc intentio,uis ipſa ægrotantis:cuius gr̃a H
nutrimus:neq;.n.morbi cauſa." Cum enim uis ita robuſta fuerit,ut ſperemus ipſam poſſe perdu A.li.1.t.4 c.1, fol.71.a
rare totum tempus intermedium uſq; ad ſummum morbi uigorem, cum tali uictus figura : tunc
exquiſitam habebimus declinationis,quam diximus,quãtitatem. Quòd ſi imbecillior extiterit,
adijciendum eſt aliquid uictui,& plenior eſt adhibendus tanto,quantum uirium imbecillitas ex
poſtulat.Quocirca aliquando in ipſo etiã morbi uigore,ubi caſus aliquis interuenerit, robur na
turæ diſſoluens,nutrire cogimur.Eſt autem hic quoq; ſermo pars totius offerendi alimẽti ratio
nis. Vnde, ſiquis & hunc, & priorem, atque ſequentem aphoriſmum unum fecerit,non aberra-
bit. Ego uerò in partes ſecans expono,quoad fieri poteſt,doctrinæ gratia clarioris.

10 *Quibus igitur ſtatim morbus in vigore conſiſtit,ijs etiam ſtatim tenuis" victus adhibendus eſt: quibus vero poſterius debet conſiſtere, ijs & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus:prius vero vberius victus adhibendus eſt,vt æger ſufficiat.* de Morborũ téporibus. 3. 86 h A.ibidem.

Hic pariter ſermo eandem ſententiam habet cum priore,niſi q̃ eſt illo uniuerſalior. Prius.n.
in peracutis morbis dicebat, q̃ ſtatim in ipſis tenuiſſimo uictu uti oporteret: hic uero ſimpliciter de omnibus morbis pronunciat,quibus ſtatim conſiſtendi tempus futurum eſt,hoc eſt, non

multo

A multo post primam inuasionem: iubens ob id tenuem adhibere uictum. Quæ uero sequuntur, manifesta: cum eidem hæreant sententiæ.

de Morborũ temporib⁹. 3. 86. h

11 *In ‖accessionibus* abstinere oportet: nam† ξcibum dareξ nocuum est: &, quibus per circuitum fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.*

* ὑποστέλλεσθαι quod alij uertunt subtrahere.

† προστιθέναι, idest addere.

Totius quidẽ uictus rationẽ in unoquoq; morbo à duabus intentionibus iussit sumere, ex futuro totius morbi uigore, & ex uiribus ægrotantis. Quo modo uero quispiã particulares ciborũ oblationes faciat cõuenienter, in hoc docet sermone, caueri iubens morborum accessiones. Ipse uero manifestius libro de uictu acutorum dixit, ϙ ‖neq;, cum iam adsunt, neq;, cũ haud ita multo post affuturæ sunt accessiones, cibus dandus est, sed cum declinant & cessant.

A. l. 1. t. 4. c. 25 fol. 82. c

de Victus ra. in morb. acu com. 4. t. 39. 7, 139. c

12 *Accessiones‖ uero, & cõstitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora. & circuituum successiua in cremẽta, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiãt. Sed & ex ÿs, quæ mox apparẽt, indicia sumuntur: quemadmodum‖in morbo laterali, si circa initia statim sputum appareat, morbũ breuiat: si uero postea appareat, producit. Et urinæ, & alui excrementa, & sudores, quæcunq; apparuerint, uel bonam morborum iudicationem uel malam: uel breues aut longos fore morbos ostendunt.*

1. de Crisib⁹. 4. 126. e. g. & 127. d f g. & 133. a. 3. de Crisib. 4. 139. h. in Prog. cõ. 2. 143 4. 202. b de Vict. rat. in morb. acu. cõ. 1. t. 23. 7. 112. h.

B

in Coacis prænotionibus Sputũ ĩ pleuriticis, &c. circa medium.

Si, quæ prius dicta fuerunt ab eò de uictus ratione, ad memoriam reuocemus: eorum, q̃ nunc dicunt̃, utilitas fiet nobis manifestior. Quæ aũt prius dicta fuerunt, hæc sunt. Totius uictus figurã, ad duas respiciẽs intentiones, faciebat, quarũ altera erat uis ægrotãtis, altera cõstitutio morbi. Nam considerare, an morbus sit acutus, uel peracutus, uel longus, & quando maxime uigorẽ accipiet: morbi constitutionẽ est considerare. Particulares autẽ ciborum oblationes, ex accessionibus particularibus coniecturabatur: Cũ igitur tres essent intentiones ad perfectã, & absolutã uictus rationẽ instituendam, primaq; ex uiribus ægrotantis, secunda ex morbi cõstitutione, tertia præter has ex particularibus accessionibus sumerentur: uires quidẽ sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest, ex pulsibus scilicet, & alijs, q̃ ipse in libro ꝓgnostico latius scriptitauit: †quamuis forte qs dixerit, uirium magnitudinem esse incomprehensibilẽ. At si nõ possumus earum quantitatẽ exquisite inuenire, posse tñ nos artificiosa quadam coniectura ad ueritatẽ proxime accedere nemo inficiabit̃. Morbi uero constitutionẽ, qualis nã sit, & particulares accessiones, multi medici existimarunt non posse dignosci: non tamen idem sensit Hippocrates: sed & in hac parte, sicuti, & in aliis omnibus sæpe quidẽ exquisite, &, ut quispiã dixerit,

C perite, atq; scienter, sæpe uero coniecturaliter quidem, non tñ inartificiose, neq; longe à ueritate, sed propinque, ac proxime perueniemus ad præcognoscendum futurum cõsistẽdi tps & accessionum reciprocationes. Verũ hæc omnia latius, & in libris, qui prognostica, & in ijs, q̃ Epidemiæ inscribũtur, Hippocrates docuit: nosq;, iuxta antiqui magistri sententiã, ipsius uerba cũ decẽti expositione apposuimus in primo libro de Crisibus: in quo ostẽdimus, quomodo quispiam futurum morbi uigorem possit præcognoscere. Nunc uero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita: nosq; ipsa, quãbreuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus uero curę est oẽm de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librũ de Crisibus à nobis conscriptum, legẽdũ accedant. Ipsi igitur quoq; morbi, & ipsas accessionum proportiones, & suas etiam cõstitutiones nihilominus ostendent: ueluti in intermittẽtibus, ϙ tertiana cito iudicatur: quotidiana uero lõga erit: quartana aũt hac longior existet. In cõtinuis, quòd causodes quidẽ, id est, incendentes, acutæ sunt, q̃ uero typhodes. i. succẽdentes nominãtur, longiores: mediæ uero inter has, semitertianę. Quomodo uero quispiã has omnes febres statim inuadẽtes dignoscat, secundo libro de Crisibus plenius edocuimus: quare non oportet huc transferre, q̃ in aliis bene iam explicauimus: neque enim sępius eadem in pluribus libris sunt repetenda, sed solum ad memoriã reuocandũ,

D quo modo, si possibile fuerit tertianã inuadentẽ statim ab initio cognoscere, ex ea cõprehẽdere queamus, ϙ & cito iudicabitur, & quod per tertium diem fiẽt accessiones. & hoc est, qđ ab Hippocrate dicitur: Accessiones aũt, & constitutiones, morbi indicabunt &c. Nos quidẽ, cũ statim prima die febriũ quartanarũ initia sępe cognouissemus: non expectata secunda accessione, formam uictus ab initio constituimus, tanq̃ ad morbum, qui lõgo post tẽpore ad suũ uigorẽ foret peruenturus. idem in quotidiana & tertiana fecimus, tẽpus futuri uigoris in utrisq; secũdũ proprium terminũ metientes. Sicuti aũt in febribus, itidẽ in aliis morbis est faciendũ. Morbus. n. lateralis, & qui peripneumonia, & phrenitis à Grecis noσaṅ, morbi acuti sunt. Angina aũt, q̃ græce synãche dr̃: iuxtangina, q̃ cynãche: & cholera, & distẽtio neruorũ, tetanos græce dicta, peracuti. Aqua inter cutẽ, melãcholia, suppuratio, & phthoe. i. tabes, diutini. Ac morbo quidẽ lateralis, et phrenitidi magna ex parte ϙ tertiũ diẽ accessiones fiunt; suppurationibus aũt, q̃ uẽtri cueniũt, hepati, & tabi, quotidie, magis ad noctẽ: ϙ uero ex liene laborãt, et oĩno melãcholicis, per quartũ. Quod aũt subinde dicitur de anni tẽporibus, ad ea, q̃ antea dicta sunt, habet relationẽ. Nam et morbi constitutiones, et accessiones possunt ab anni temporibus una cũ morbo indicari. Neq; enim sufficit hoc tantũ scisse, ϙ quartana inuasit hoc die, ut ab initio pręcognoscamus instituendam esse uictus figuram, ut ad morbũ futurũ diutinum; sed etiã, si hieme, aut uere, uel

æstate,

† Ex cod. græcis. unde nec ĩpossibile quis dixerit esse uiriũ magnuudinem dignoscere & ita Burgundio.

æstate, uel autumno ſuum fecit initiũ, proſpicere oportet: id cognoſcentes, quòd æſtate quartanæ magna ex parte breues ſunt, autumnales longæ, & magis, quę hyemẽ attingunt. Nã hæc eadem ipſe nos in ſequentibus edocebit. ſiquidẽ & tertiana febris eſt quidem & alioqui celeris iudicij, ſed æſtate lõge magis, q̃ hyeme. Atq; alijs ſingulis morbis æſtas addidit celeritatẽ, hyems uero tarditatẽ. Sed & acceſſiones per tertium quidem maxima ex parte æſtate fiunt, per quartum uero autumno, ſingulis uero diebus, aut noctibus hyeme. Sicuti autẽ in anni tẽporibus, ſic- & in tẽperaturis ex proportione res ſe habet: de quibus & ipſe Hippocrates ſepe differuit, nõ tamen hic quidquam dixit, ut qui ex uno alia nobis ad memoriã reuocanda reliquerit. Quæ enim tempus æſtiuũ, eadẽ & ægri temperatura, ſi fuerit natura calidior, & ſiccior: & ætas, ſi in ſuo uigore cõſtiterit: & locus, ſi calidus, & ſiccus una indicabũt. Liquet autẽ, quòd & induſtria uitę, & aſſuetudo eodem modo ſe habent, & præſens aeris nos ambiẽtis cõſtitutio: de quibus poſtea docebit. Sic, & quæcunq; de tẽpore autumnali ad morbi conſtitutionem, & acceſſionũ recipro cationem aſſumebantur: hæc eadẽ, & de ætate ægrotantis, atq; natura, & uitę induſtria, & aſſuetudinibus, & regione, in qua ægrotat, & aeris ambientis, quæ tunc uagatur, tẽperatura aſſumere licet. Ex his quidẽ iam conſtare poteſt, q̃ & morbi cõſtitutionem, & acceſſiones cognoſcemus: cõſtitutionẽ quidẽ, ſi morbus fuerit peracutus, uel diutinus, quod ad cõſiſtendi in uigore tẽpus præcognoſcendũ eſt neceſſariũ: acceſſiones uero, an per tertiũ, uel per quartum, uel ſingulis diebus, ſiue qua hora diei, aut noctis ſint inuaſuræ. Quòd uero circa finem aphoriſmi ſcribit, deinceps uideamus, ſi ad eorũ, quæ nos diximus, faciat declarationẽ. Sic enim Hippocrates inquit: Et circuituum ſucceſſiua incremẽta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue p̃ maiora interualla fiant. Clarum eſt autẽ ipſum intelligere per circuituum incrementa, acceſſionũ, quę in ipſis euenium, augmenta: quę & modum, quo morbus augetur, & futuri uigoris tẽpus prę finitum oſtendũt. hinc autẽ præcipue diſces. Secundæ acceſſionis ad primã accrementum, in hiſce tribus cõſpicitur, in hora, qua fit acceſſio, in lõgitudine acceſſionis, & in magnitudine. nihil autẽ differt, ſi in uehemẽtia dixeris, q̃a hæc duo nomina ſunt apud medicos uſitata, ipſaq̃; ſæpius de re eadẽ pronunciant, cum aliquando dicunt maiorẽ fuiſſe febrem ea, quæ præceſſit, aliquando uehemẽtiorẽ. Contingit autem hanc febrem uehementem, uel æquales horas cũ p̃cedẽte obtinere, uel pauciores, uel plures: qđ ad magnitudinẽ, ſiue uehementiã acceſſionis non pertinet, ſed ad prolixitatẽ acceſſionis. Per acceſſionẽ te nunc oportet intelligere deterius tẽpus totius circuitus, quod eſt à primo inſultu uſq; ad tẽpus in uigore conſiſtẽdi: ſicuti reliquũ tẽpus declinationis eſt melius. Cũ itaq; acceſſio, ſiue per tertiũ ſiue per quartũ, ſiue quotidie fiat, anticipauerit proportionẽ, atq; ita anticipando ad longius extenditur tẽpus, atq; inſuper uehemẽtius afflixerit: tũc manifeſtum eſt morbi augmentum. Quantum aũt augeatur, unũquodq; ex dictis ſua quantitate monſtrabit: ſiquidẽ acceſſio pluri tẽpore anticipans, & lõgius, atq; uehementius affligẽs, effatu dignũ indicabit augmẽtũ, & uelocẽ eſſe morbi motũ, atq; haud ita multo poſt in ſuo uigore futurũ. Neq; enim fieri poteſt, ut magna incremẽta ſuſcipiẽtibus acceſſionibus, nõ proxima ſit morbi cõſiſtentia. Contraria autẽ acceſſio, quæ. ſ. parua faciat incremẽta omnium eorũ, quæ diximus: quantum ad hoc attinet, longius diſtare futurum morbi uigorẽ oſtẽdit. Hoc igit̃ ipſum per circuituum incrementa diſcemus, coniectura ſcilicet aſſequi, poſt quantũ tẽpus morbus in ſuo uigore conſiſtet, ac præterea horam præfinitã, qua acceſſio inuaſura ſit. Conducit autẽ prima cognitio ad formam totius uictus conſtituendam: ſecunda uero ad cibus dandũ in particularibus temporibus, quorum intentiones ipſe ab initio docere propoſuit. Quòd autẽ circuitum (græce periodum,) uocet ſimilem ad idẽ reditũ, neminẽ puto dubitare. Sed & ex ijs, quæ mox apparent, ait coniecturandum eſſe de acceſſione, & totius morbi conſtitutione. Siue autẽ caſus (græce ſymptomata) ſiue ſigna, uelit quiſpiam illa, q̃ mox apparent, nominare: nihil retulerit. Illud autem de omnibus caſibus, ſignisve eſt cognoſcendum, quod non nulla quidem eorũ ſignificant paſſionẽ, aliqua aſſident, aliqua iudicãt: aliqua coctionem, aliqua cruditatẽ, aliqua ſalutẽ, aliqua perniciem oſtendunt. Paſſionis ſignificatiua ſunt, quæ una cum morbo inuadunt. Quæ uero aſſident: aliquando ſimul inuadunt, aliquando ſuperueniunt, non nunquam uero neq; oĩno ueniunt: neq; enim ſunt à morbo inſeparabilia, neq; eorum uelut ſubſtantiam cõſtituũt, ſed proprias faciũt differentias. Quæ uero ab Hippocrate ‖ criſima. i. decernẽtia ſiue iudicãtia uocãtur, cum primo quidem exquiſite morbo rum principio non ſunt apta inuadere: cũ duobus alijs autem apta ſunt: de quibus paulo poſtea dicemus. Aliquando uero neq; in his, ſed cũ morbi augentur, aut iã in uigore cõſiſtunt, apparent. Signa uero coctionis cõtingunt quidẽ & iſta nunq̃ in primo ſtatim morbi principio: terminant autem illud principiũ, quod eſt pars totius morbi. Signa uero cruditatis cum primo morbi principio ſtatim inuadunt, & non nunquã poſterius apparent, ſicuti & mortis ſigna. Nam & horum generatio, morbi principium ſubſequitur. Morbi autem principiũ intelligi uolumus (ut in cõmentarijs de Criſibus manifeſtauimus) & primũ eius inſultum, quod nullam habere latitudinẽ dicit̃: & id, quod eſt ſicuti pars totius morbi, quãdo in principium diuiditur, augmentũ, & tẽpus in uigore conſiſtẽdi, & declinationem: & aliud, qđ uſq; ad tertium extẽditur diem. Sed & in eadem tractatione docuimus omnium caſuum poteſtates:

a. Epid. ſect. 1.

A ſtates: & ſimul, quæ expoſitione indigere uidebantur uerba Hippocratis ad hoc pertinẽtia, expoſuimus. Sed & nunc per modum compendii de ipſis à nobis dicetur. Qui uero uoluerit totã Hippocratis artem circa iſta perdiſcere, ad illam uadat tractationem. Ex mox apparẽtibus igit̃ totam iubet morbi conſtitutionem conijctari: deinde quandam morbi ſpeciem in mediũ addu cens, ita inquit: Veluti, in laterali morbo ſi circa initia ſtatim ſputũ appareat, morbum breuiat: ſi uero poſtea appareat, producit. Perſpicue uero, quod docet, aſſequeris, ſi ex tertio libro Epidemiarum‖apponam, quæ ipſe de Anaxione ſcribit, morbum lateralem patiente: quem etiam ægrotum ego in primo libro de Criſibus, mea expoſitione patefeci. Verba autem Hippocratis

3. Epid. com. 5. l. 79 3. 150. b

" hęc ſunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuaſit, lateris
" dextri dolor continuus, tuſſis ſicca: neque primis diebus expuebat aliquid: ſitibũdus, peruigil:
" urinæ bene coloratę, multæ, tenues. Sexto die delirauit: neque calefaciẽtia aliquid proficiebãt.
" Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tuſſesq; in-
" feſtabant, & difficulter ſpirabat. Octauo uenam in cubito ſecui. ſanguis multum fluxit, qua-
" lem oportuit. dolores remiſſi ſunt, uerum tuſſes ſiccę ſubſequebantur. Vndecimo die febres mi-
" nores factæ ſunt: parum circa caput ſudauit: tuſſes, & quæ à pulmone, humidiora. Die decimo
B ſeptimo cœpit pauca quædam cocta expuere: leuatus eſt. Vigeſimo die ſudauit, & deſijt febrici-
" tare. Poſt criſim leuatus eſt: ſiticuloſus uero erat, neque à pulmone bonę erant expurgationes.
" Vigeſimoſeptimo die febris rediit, tuſſiit, multa concocta eduxit: urinis adfuit multum ſedimẽ
" album: ſitis ceſſauit, & bene ſpirauit. Trigeſimoquarto die ſudauit totus, per criſim febris om-
" nino ſoluta eſt. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, non tamen ab ini-
tio expuebat, ſed & octauo die adhuc tuſſes ſiccæ ſubſequebantur, ut inquit. Hippocrates. Qua re rationabiliter totius morbi ſolutio ad trigeſimum quartum diem extenta eſt: cum tamẽ ma gna ex parte lateralis morbus terminum ſuæ iudicationis habeat quartumdecimum, &, ſi non hunc, ſaltem omnino uigeſimum. Quòd ſi ante tertium diem expuiſſet: uel circa ſeptimum, uel nonum, uel omnino undecimũ diem iudicatio eſſet ſubſecuta: &, ſi in ipſo die tertio ſpuere cœpiſſet, quartumdecimum diem non tranſcẽdiſſet. Hoc enim accidit id omnibus inflammationibus, quæ non teguntur operculo denſiore, uti in ijs, quæ exteriorem occupant cutem. quaſdam ſanies (græce ichoras) reſudare, ab initio tenues, poſtea uero, ſi coctionem accipiant, & ad melius proficiant, craſſiores: & ex his ipſis craſſioribus aliquas eſſe magis concoctas, aliquas uero minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ uel os, uel oculos infeſtant, licet intuèri,
C nec minus in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior ſimul cũ cutis diuiſio ne patitur inflammationem. Nam ex huiuſcemodi ulceribus ſanies profluũt tales, quales ego di xi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tãta meatuũ anguſtatione, ut nihil extra effun datur, neceſſe eſt illam eſſe & coctu difficilem, & longo tenpore perdurare. Hac igitur ratione, & in morbo laterali (qui & ipſe eſt ex genere inflammationum) attendere oportet ſigna coctionis. Nam crudiſſimus morbus eſt, in quo nihil omnino expuitur: ſecũdum ordinem obtinet ille, in quo ſanies tenues: tertium, in quo craſſiores: & quartum, in quo perfectam habent coctionem. Verum, ſi hæ circa tertium, uel quartum diem apparuerint, non contingit morbum tranſcendere ſeptimum diem. In aliis uero ſingulis neceſſe eſt, ut pro coctionis modo menſura temporis conſequatur. Sicuti igitur ſputum perfectæ coctionis ſignum eſt, quando album fuerit, & lene, & æquale cõſiſtentia, neque nimis humidum, neque nimis craſſum: eodem modo in tegram cruditatem oſtendit, quod nullo modo expuitur. Quòd ſi expuatur quidem, ſed tamen adhuc tenue ſit, debilis coctionis eſt ſignum. Quòd ſi impermiſtum fuerit uel flauum, uel rufum haudquaquam bonum. Quòd ſi liuidum fuerit, aut ærugini ſimile, aut nigrum: perniciоſiſſimũ exiſtit. Cum itaq; à nobis diſtincta ſint ſigna coctionis & cruditatis, & præter ea tertiũ genus
D exitialium: illud ſcire oportet, quòd ſigna coctionis ſemper ſunt bona, ut quæ morbi ſolutionẽ haud ita multo poſt futuram oſtendant: ſicuti genus ſignorum exitialium, mortem ægri citam prænuntiãt. At uero ſigna cruditatis diutinum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant: ſed, quantum in ipſis eſt, neque moriturum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt: Tibi uero prius ægroti uires expendẽti, etiam ex his licet præcognoſcere. Aliud eſt ſignorum genus, quæ iudicatoria ab ipſo nominantur: ſunt autem hæc, ſudores, ſanguinis fluxus, rigores, multũ alui profluuium, & ſimilis uomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas ſpirandi præter rationem & uehemens, uel cordis morſus, uel quædam in hippochõdrijs citra dolorem tenſio, uigiliæ uehementes, delirium, & nox abſque ratione moleſta, & acceſſio anticipans, & lachrimæ inuoluntarię nihil patientibus oculis, neque ex triſtitia prouenientes, rubor faciei, & labrũ inferius agitatum, lucida uel obſcura, & tenebroſa quædam antę oculos obuerſantia, & halluci nationes quædam, & malę, uel naſus repente rubeſcentes, parotides, aut omnino alicuius in articulum decubitus generatio. Hęc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuſcemodi ſecundum propriam eorum ſubſtantiam† caſus nominata, quatenus uero ſubitam mutationem oſtẽ dunt, ſigna iudicatoria appellata, duplicem tibi pręſtabunt præcognitionem. Si quidem morbo iam cocto ſuperuenerint, futuram ſtatim ſanitatem denunciant: Si uero crudo adhuc morbo,

† Symptomata.

iudicationem

iudicationem non bonam, quæ aut perniciem agat, aut in longum tempus morbum producat. E

1. Epid. com. 2. t. 45. 46. 3. 112. b. c

Quòd uero alia sit natura horum signorum, quæ iudicatoria nominantur, alia uero eorum, quæ coctionem significant, hinc discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates: ‖ Coctiones, iudicationis celeritatem, salutisque securitatem significãt: ‖ Cruda uero, & incocta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, uel dolores, uel temporis longitudinem, uel mortes, uel recidiuas ostendunt. Ita quidem hic in uniuersum collaudauit morbi coctionẽ: in libro aũt, qui Prognostica inscribitur, particulatim in hunc modum simul docẽs ipsius indicia: ‖ Vrina autem optima est, quando sedimentum album, lene, & ęquale fuerit p̃ omne tempus, donec morbus iudicetur. Significat enim salutis securitatem, & morbũ pauco tẽpore duraturum. Sic rursus laudauit urinam ´ monstrantem coctionem in uenoso genere. Rursus autem, cum dicit, ‖ Alui autem excrementũ optimum est, quod est molle, cõsistẽs, & hora excretũ, qua solet, cũ sanitas adest. Hic indicia coctionum uentris simul collaudat ac docet. Sic & eã, quæ fit in membris respirationi seruientibus, coctionẽ simul collaudans ac docens, in hunc modum scribit: Sputũ oportet in omnibus doloribus, qui pulmonẽ, & costas infestant, celeriter, ac facile expui, flauitiemq́; ualde sputo cõmistã apparere. Coctionis igit̃ signa semper bona sunt, iudicationis uero signa nõ semper. Sic ergo, inquit, ‖ Signa iudicatoria, nõ iudicãtia, aliqua mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Saneq́;, & cum ait, quæ ad melius iudicant, nõ confestim appareant: per hęc uerba eandem indicat sententiam. Nam coctionis signa, quocũq; tempore apparent, bona sunt. semper enim eorum uniuersum genus optimum existit. Nõ ergo repugnat illud, quod nunc dictum est, in morbo laterali sputum si statim appareat, illi alteri, p̃ dicitur, signa iudicantia ad melius, non statim appareant. Nam signa iudicatoria nõ nunq̃ mala fiũt: signum uero coctionis nullum unquam prauum fuit, sed oĩa optima semper: & tãto citius ægrum sanitatem recuperaturũ ostendunt, quãto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat p̃ modum cõpendij, quantum ad præsentem attinet locum. Totam uero de istis antiqui magistri sententiam in libro de Crisibus exposuimus. Vt autẽ sermo, quem nuper diuidẽdo proposui, perfectus habeatur: quomodo à dictis differant, & quæ passionis significatiua, & quæ assidentia dicũtur signa, hinc uolo trãsigere, unã in mediũ adducens p̃ exẽplo passionẽ, hanc ipsam uidelicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidẽ febris unà cũ spirandi difficultate, & tussi, & dolore lateris pungenti, signa passionis significatiua nominantur. Quòd aũt dolor aut ad hypochondriũ, aut ad clauim perueniat, assidentia dicunt̃: sicuti, p̃ facilius in latus patiens, quam in alterum, decũbat æger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autẽ & Praxagoras Nicandri filius duo uolumina de assidentibus signis: de ijs autẽ, quæ superueniũt, unũ alium, ac si de mox apparentibus inscriberetur. Hęc igitur mox apparentia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem, & malam: morbumq́; uel longũ, uel breuem futurum ostẽdere: Meminit autem non solum sputorum, sed & urinarum, & excrementorũ alui, & sudorũ: ea scilicet, quæ sunt in libro prognostico scripta, nobis exemplo subiiciens: quæ ad hunc locum trãsferre superuacuum foret. nam de his in libris de Crisibus diximus, & in cõmentariis in Prognostica, in quibus adhuc magis antiqui magistri sententiam explanauimus.

In lib. de Renũ affect. dignos. & medi. qui Gale. ascribit. 7. 195. d

13 *Senes ‖ facillime ieiunium ferunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes, omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores.*

Differentia etiam ętatum confert aliquid ad constituendã uictus rationem: senes siquidẽ facile ferunt inediam, pueri uero difficulter. Est autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali sustinendo. Difficultas autẽ in contrarijs oritur: etenim pueri magis appetũt, & plus offenduntur in longis inedijs: mediæ uero ætates inter senes, & pueros, quanto alteri ipsorũ p̃ximiores existunt, tanto aut minus, aut magis molestantur, atq; offendunt̃ ex longis inediis. Huius autem aphorismi causam ipse in sequenti docet, qui ita incipit. ‖ Qui crescunt plurimum caloris innati habent. Ita ut, siquis uelit ipsum priori adiungere, & cum, enim, coniunctione p̃ferre, tunc sermo unus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens, Senes facillime ieiunium ferũt: secundo loco qui ætatem consistentem habent: minus adolescentes: minime uero omniũ pueri: Qui enim crescunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes cõsistentem, eos, qui mediam ætatem habent inter iuuenes, ac senes, ita ut ab ætate quidem uigẽte recedant, nondum tamen senium habeant senectæ manifestum. Sic autem & Thucidides quosdam in ætate dixit esse consistente. Verum inter hanc ætatem, & adolescentium, altera quædam est, quæ, sicuti ætatum, ita facilitatis, & difficultatis medium ordinem obtinet: ita ut neque tã facile inediã ferre possit, sicuti qui in ætate sunt consistente, atque senili: neq; difficulter, sicuti adolescentes, & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cũ possit eã unusquisque ex illis, quas dixit, intelligere. Cũ uero inquit. Præsertim qui sunt inter ipsos uiuidiores, naturarũ differẽtias manifestat: ex pueris enim qui calorem innatum ualidiorẽ admodũ habent, ij prõptiores sunt ad cibos assumendos, & ipsos magis possunt concoquere: &, si non assumpserint, plus offendũtur. Talis quidem est sermo Hippocratis: indiget tamen adhuc parua quadã additione ad perfectionem

Aphor. qui hunc sequitur.

A fectionem : de ijs.n.qui ſunt in principio ſenilis ætatis, recte dictum eſt,Senes facillime ieiuniũ ferunt:de ijs uero,qui ad extremã peruenerunt,nõ recte:quia hi nõ poſſunt tolerare lõgas inedias. Vel igitur addere oportet aphoriſmo exiguum quiddam, & hoc modo ipſum pronũtiare, Senes facillime ieiunium ferunt,præter eos,qui ad extremam ſenectam peruenerunt:ſecũdo loco,qui ætatem conſiſtentem habent.Vel uerbum,ieiunium, in ciborum paucitatẽ eſt cõmutandum,atq; ita dicendum,Senes ciborum paucitatẽ facillime tolerant:ſecũdo loco,qui ætatẽ cõſiſtentẽ hñt.Nã,& qui ad extremã ſenectam attingunt,inuenientur, etſi non poſſint longã inediam tolerare,paucis tamen cibis indigere.Tale enim quiddam patiuntur,quale lucernis,q̃ extinguntur,accidit,quæ & cõtinuã exigunt olei ſuffectionẽ,& multã, ac ſubitã ſimul nequeunt ſuſtinere.qñquidem & his exhibere oportet uniuerſam multitudinẽ paucam:& hanc ipſam cibi paucitatem in multas partiri portiones:neq; una illis longa inedia eſt iniungenda.

14 *Qui creſcunt,plurimum habent calidi innati:plurimo igitur egent alimento : alioqui corpus abſumitur.Senibus uero parũ calidi innati ineſt:paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguũtur.Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.*

1.de Tẽperamẽtis.1.13.h de Vtilitate reſpirationis. 1.225.f 2.d Naturali. facul.1 298.a in 6.Epid cõ. 3.t.15.3.173.a Et cõ.4.t 4. 3.183.d.& t. 17.184.b & t.25.186.b 3.de Cauſis paſſ.4.97.c 5.de ſimplic. medic.facult. 5.33.h de Natura humana.com 2 t.12.7.clxxx.a in lib. de Renũ affect. dig. & medic qui Cale.alcriõ tur.7.195.d. 1.Aph.13.Ad nerſus Lycũ, Ext.ord.64.h & 65.d de Optima ſecta ad Traſy. Iſagog.29.a

B Dictum eſt à nobis plenius etiam in cõmentarijs De tẽperaturis,quomodo uiſum eſt nõ nul lis medicis,eos,qui in iuuentæ uigore conſiſtunt:nõ nullis uero,pueros eſſe calidiores. Habent enim hi quidem calorẽ acriorem,hi uero abundantiorem. Nunc uero etiam neceſſariũ eſt dicere,quãtum ad præſentem locum conducit,ſermones longos,quoad fieri põt,in pauca coniiciẽtes.Hoc ipſum igitur uerbum,calidum,aliqñ trãsferimus ad qualitatem , cuius propriũ nomen eſt caliditas:aliqñ denominatiue totũ corpus dicim⁹ calidũ,à caliditate:eſtq; hic modus loquẽdi plurimus in omni uita,& fuit apud antiquos,ueluti Theophraſtus oſtẽdit in eo libro,q̃ de calido & frigido inſcribitur.Nã,cum corporum ſubſtantia cõtrarias has qualitates,caliditatẽ, frigiditatem,humiditatem,ſiccitatem uiciſſim recipiat: ſecundum ſubſtantiam quidem recipiẽtẽ, cum calidum nominamus, corpus dicimus:multũq; uel paucũ dicimus eſſe calidum,ad quantitatem ſubſtantiæ referentes.Et hoc dupliciter facimus:uno quidẽ modo in ſubſtãtijs impermiſtis,alio autem in miſtis.In impermiſtis quidem, ueluti ſi duo haberent aquam æqualiter calidã in duobus inæqualibus labris contentam:alterũ diceremus plus habere calidi,q̃ maius labrum poſſideret:alterũ minus.In miſtis uero,ueluti ſi eſſent æqualia labra,ſed inæquali menſura ex uino & aqua temperata:alterum ipſorum plus uini cõtinere,alterũ plus aquæ diceremus.Cui mo
C do etiam ille eſſet perſimilis,ſi duo labra inæqualia ſupponeremus æqua proportione tẽperata. Nonnunquam uero non ad ſubſtantiæ multitudinem ſermonem referentes,ſed ad qualitatẽ ſolã,huic quidẽ alicui dicimus plus calidi ineſſe, huic uero minus : ſicuti ſi ex duobus labris parẽ prorſus magnitudinem habentibus,alterum,qđ calidius eſſet plus habere calidi diceremus:alterum,quod frigidius,minus:non tamẽ proprie uerbo,plus,uteremur in hoc loco. melius enim eſt magis,& minus,uehementius,ac debilius,omniaq̃; eiuſcemodi uocabula qualitatibus accõmodata:paucum uero,& multum in ſola ſubſtantiæ quantitate ſeruare. Verum non in hoc tantum huiuſmodi fiunt nominum abuſiones, ſed in quãpluribus alijs, quæ per uitã ſermone uſurpamus,idq̃; non minime fit in arte medicinali.Omnes ſiquidẽ morbos,magnos,aut paruos nominant,quãuis ſubſtantiæ non ſint:febrem magnam,febrem paruam: apoplexiam magnã, apoplexiam paruam:ſic,& pleuritidem,& phrenitidem, & peripneumoniam, & omnes itidẽ alios morbos.Aduertere igitur oportet æquiuocationes,& conſiderare,quid ſibi uelit ſemper unaq̃que dictio dicẽtis.Si enim in altero ſignificato nomẽ protulerit, nos uero in alio accipiẽtes,ſermonem redarguimus:non illum,qui protulit(ſi uerũ fateri uelimus) ſed noſtrã potius exiſtimationem redarguimus:quod nõ nulli proculdubio faciunt hoc in loco, qui Hippocrati ſtudẽt cõ
D tradicere.Nã ad qualitatẽ nomẽ calidi trasferẽtes,conanť oſtẽdere,hãc eſſe uehementiorẽ iis, qui in ætatis uigore cõſiſtunt.Verum Hippocrates non ad qualitatẽ, ſed ad ſubſtãtiã in p̃ſenti ſermone refert id nomẽ.Nam ſuba innati caloris aerea eſt,& aquea, ſicuti ex ſemine licet cõiectari,quod paucam omnino terrenã ſubſtãtiam participat,plurimũ aũt aeris calidi humidiq̃; in ſeipſo cõtinet,quemadmodum in cõmentarijs noſtris de ſemine oſtendimus. Iã uerò,& alterũ noſtræ generationis principiũ ſanguis menſtruus,humidũ natura eſt. Cũ igitur magis terreſtre efficiť animalis corpus (tale autẽ quotidie efficiť,dũ auget) tũc licet ualde uehemẽter calidum exiſtat,& igneum:ſubſtantiã tñ innati caloris pauciſſimã habet:alioqui febricitãtes diceremus plurimũ habere calorem innatum,qui nedum plus,ſed nec priori æqualem hñt.Bene enim temperata eſt caloris innati ſubſtãtia:ignea aũt aduẽtitii.Sed & efflux⁹, q̃ è toto corpore fiũt, caloris quidẽ aduẽtitij ſunt fumei,fuliginoſi,aridi,& acres:contra uero,uaporoſi, ſuaues & bñ tẽperati,caloris natiui . Hæcq̃; ipſe potes tactu diſcernere. Nã ſanorũ calor uaporoſus eſt,atq; ſuauis,& tactu cõueniens,nihil triſte,nihil aſperũ,nihil mordax prę ſe ferẽs:eorum uerò qui febricitant,& præcipue hecticis febribus,aut ijs,quæ ex putredine humorũ ortũ hñt,acris eſt,& inſuauis,ac mordax,et noſtrũ corrodẽs tactũ.Salubris uero eius qualitas in pueris exquiſita habetur:ſicuti plures eorum,qui in ætatis uigore conſiſtunt, inuenire contingit calorẽ habentes

mordacem,

mordacem & non amplius humidum,& uaporoſum,neq; aereum. Neque mirũ hoc uideri de- E
bet.Oportet enim defluxum ſimilem eſſe ſubiectæ ſubſtantiæ: ut quãdo humida,atq; aerea ſub
ſtantia exiſtit,tunc quod ab ea defluit,uaporoſum eſt,atq; ſuaue: cũ uero terreſtris, atq; arida:
tũc & quod effluit,fumeum,fuliginoſumq́; eſt,& acre,quod & in exterioribus euenit. Nã,quæ
ex aqua dulci,& calida euaporãt,optima ſunt & uaporpſa:q̃ uero ex aliquo corpore ſolido exu
ſto,fumea ſunt,& acria. Cum igitur duæ ſubſtantiæ ſint, & hæc quidem ſuauem habeat calidi-
tatem,hæc uero triſtem:alteram quidem plurimam habent pueri,alterã uero ij,qui in ætatis ui
gore conſiſtũt,ut ad totius uidelicet corporis proportionem. Vt autẽ hæc phyſice magis adhuc
pertractem,rem totam ad elementa traducã.Cum quatuor ſint elementa, ex quibus omnia cor
pora ſunt temperata:puerile quidem corpus,multũ in ſeipſo cõtinet aereæ,atq; aquoſæ ſubſtã-
tię,minimum terreſtris:cõtra uero,eorum,qui in ætatis uigore cõſiſtunt,à terreſtri ſiccitate uin
citur,deficit autẽ aquoſa,atq; aerea ſubſtantia:adeo ut,ſi quartum in utriſq; elementũ, ignẽ ſci
licet,pari portione poſuerimus,atq; æqualiter calida corpora eſſe uoluerimus: nõ tñ ſimilẽ ſub
ſtantiam calidam in ipſis eſſe dixerimus:cum puerorum quidem ſubſtãtia humida ſit,eorũ ue-
ro,qui in ætatis uigore conſiſtunt,ſicca.Humida.n.ſecundum innatum calorẽ maxime,quia ex
humido noſtra eſt generatio:ſicca uero ſecundum aduentitium.Sic quidẽ infantes recẽter nati F
ſubſtantiam calidam,& aquoſam plurimam participantes, plurimum dicerentur habere calorẽ
innatum.Qui uero ætate uigent,& iam declinant:quantũ iſtæ deficiũt, terreſtris uero ſuperabũ
dat,tantum habere minorem ſubſtantiã natiui caloris putarenẽ.Quòd uero ex aquoſa,& aerea
ſubſtãtia plus defluere ſit neceſſarium,q̃ ex terreſtri,etiam ſi ambæ ſint æqualiter calidæ ſecũdũ
qualitatem:neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiã in exterioribus liquido licet intueri. Nã
ex corporibus,quæ ad ſimilem perueniunt caliditatem,nõ æqua portio uidetur defluere,ſed ex
ſiccis quidem minimum,ex humidis uero plurimum.Statim igitur aqua, & oleo mediocriter ca
lefactis,plurimum defluit,atq; diſſoluitur:ferro uerò,& ære,atque lapidibus,minimũ: adeo ut,
ſi tibi libuerit exponere ad ſolem calidiſſimã aquam(ſi ita cõtigerit)& ferrum æquo põdere,de
inde tranſacto die ambo perpendere:aquam quidem inuenies multo ſeipſa minorẽ effectã, fer-
rum uero æquale.Sic,& ſi uelis oleum ęri,& ferro,& lapidi comparare: illud quidem abſumptũ
inuenies, hæc uero æqualem ſubſtantiæ molem retinentia. Hinc uero ad ceram, picem, bitu-
men,& reſinam tranſcendens,& quæcunq; alia plurimam ſubſtantiam humidam obtinẽt, uide
bis,& hæc ſub ſole calente multo magis abſumi,atq; defluere,q̃ lapidem,æs,& ferrũ, & alia ad
hunc modum ſicca.Quare,ſi neceſſarium eſt alimentum,ut,quod effluxit ex corpore, ſuppleat: G
ex humidioribus uero,& plus aeris participantibus, plus effluit: fit, ut hmõi corpora plurimo
egeant alimento.Puerorũ uero corpus tale exiſtit,plus humidæ,& aereę ſubſtantiæ obtinẽs,nõ
ſicuti iuuenum,& declinantium,ac ſenum,ſiccæ atq; terreſtris.Hippocrates igitur,cũ hoc in li-
bro propoſuiſſet cõpendioſam,atq; aphoriſticam doctrinam facere: nõ ita ſermonẽ ampliauit,
quemadmodum ego nunc,ſed loco iſtorum uerborum.Qui creſcunt, etſi æqualẽ habent ſubſtã
tiam calidam,atque igneam cum ijs,qui in ætatis uigore conſiſtunt,aquoſæ tñ,atque aereę ſub
ſtantiæ plus habent:Qui creſcunt,dixit plurimum habẽt innatum calorẽ:Simul memoriæ ſubij
ciens ipſorum ſubſtantiam,ſimul propoſitum ſuum demonſtãs.Quia.n.humidam,& calidã ha-
bent ſubſtantiã,qui creſcunt,idcirco plurimum ab ipſis defluere neceſſariũ eſt,& plurimo egẽt
alimẽto:alioqui corpus,inquit,abſumitur:& recte.Vbi enim id,quod defluit,plurimum eſt, qđ
uero influit,paucum:hìc neceſſe eſt ſubiectam corrumpi ſubſtãtiam. Senibus uero paucũ ineſt
calidum:his ſanè iuxta utrunque appellationis ſignificatum paucũ ineſt calidũ,ſiue quis ad qua
litatem ſermonem referat,ſiue ad ſubſtantiã.Nã & qualitas debilis, & ſubſtantia minima eſt: ſi
quidem eorũ meminimus,quæ ſupra diximus.Ob hæc igitur, inquit, paucis fomitibus indigẽt.
Nam fomites,græce hypocaumata,alimenta nominauit,ſuũ ſequens dogma,& omniũ fere no- H
biliſſimorũ philoſophorum,qui eorum,quæ animalia cõſtituũt,elementorũ, ignem maxime ui
tę eſſe cauſam exiſtimarunt.nam,ut lucernarum flãmæ, q̃uis oleum pro alimento habeant, tñ,
ſiquis id totum ſimul ſuperinfundat,extinguunt potius,q̃ nutriantur, eodẽ modo & in ſenibus
calidum,ſui fomentum quidẽ habet alimenta:ſed ſi repente eorũ multitudine, & cumulo ſuffo
cetur,periculum eſt,ne extinguatur:nõ aliter, ac ſi paruæ ſcintillę ignis lignorum multitudinẽ
ſuperacerues.Quod autem ſubinfertur. Et propterea febres ſenibus non ſimiliter acutę ſunt, ſi
† θερμότητος. caliditatis. gnum re uera eſt & hoc,q; corpora ſenum frigida ſunt,& q; ob innati† caloris maxime cõuerſio
nem ad igneam naturam accenditur febris.Verum tantã euenire ſenibus conuerſionẽ,ut æqua
ſit ei,quæ iunioribus accidit,uix fieri poteſt. Multum.n. calidum prompte in immenſum attolli
tur,paucum uero nõ facile,ſed maximã exigit cauſam,quæ cogat ad hoc. Ob hãc igit cauſam,
neq; ſenes magna ex parte febricitant acuta febre, ſicuti iuniores:&,ſi qñ, quamuis raro, talis
his accidat febris,qualis iuuenib⁹,oĩno hæc ad interitũ ęgrotãtis terminat.Indicio.n. eſt immẽ
ſam quandã eſſe magnitudinẽ cauſæ febrẽ facientis.Hæc ſufficere pñt ijs,qui ſecundum naturã
ſe habẽt ad intellectionẽ,& fidẽ eorũ,q̃ ſcripſit Hippocrates.Ad eos uero, qui p calumniã Hip
pocratẽ reprehenderũt,è quorum numero unus fuit Lycus, nos unum integrũ uolumẽ ſcripſi-

mus

Amus aduerſus ea,quæ contra aphoriſmum perperam obijciuntur.Huic aũt titulũ fecimus, Aduerſus Lycũ,ꝙ nihil erratum ſit in aphoriſmo,cui principium eſt,Qui creſcunt plurimũ habent innatum calorem. Datus autem eſt mihi Lyci liber poſt ſcriptos à mẽ hoſce commẽtarios, vnde ego poſtmodum his hæc verba ſubiunxi,quæ nõ ſunt in ijs,quę prius edideram.Seorſum autem in alio volumine defendi Hippocratem in ijs,in quibus fuerat à Lyco reprehenſus.

25 *‖Ventres hyeme,& vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus copioſior eſt,vnde & pluribus egent alimentis: indicio ſunt ætates, & athletæ.*

Non parum ẽt tempora anni cõducunt ad victus rationem inueniendam.Nam hyberno tẽpore plus appetunt hoĩes,& cibum facilius concoquunt:contra in æſtate:cuius rei cauſam ipſe Hippocrates reddidit,inquiens,ventres″ hyeme,& vere natura calidiſſimos eſſe. Quid aũt ſit, quod/natura/dr̃,& ꝙ non fruſtra id verbum adiecerit in hoc aphoriſmo,ipſe paulo poſt explanauit,inquiens,Etenim tunc calor innatus,multus:plurimo igitur indiget alimẽto.Vẽtres,itaq; hyeme,& vere calidiſſimi ſunt,non ſimpliciter, ſed calido naturali:cuius ſubſtantiã antea oſtẽ-
B di.Cauſam verò,ob quam hicꝫidem calor hyeme augeatur, ẽt Ariſtoteles explicuit. Refugit.n. propter circunſtantẽ extrinſecus frigiditatẽ,ſicuti rurſus æſtate ad ſibi affinẽ protenditur. Atq; ita contingit diſſolui quidẽ ac diſſipari eius ſubſtantiam tpe ęſtiuo:contineri autẽ, ac cohiberi, & in profundũ ſecedere hyemali.Ob hoc igitur & coctiones,& ſanguificationes,& nutritiones hiſce tẽporibus ſunt meliores.Addidit aũt,& aliud ipſis contingens, nempe ꝙ ſomni longiſſimi fiunt,ob noctiũ videlicet longitudinẽ:quod neq; ipſum parũ confert ad naturales operationes. Quod verò in fine adijcitur/Indicio ſunt ætates,& athletæ/pro argumento ponitur, ꝙ plurimũ alimentũ,ſit neceſſariũ,vbi calidũ ſuperabundat.Pueri ſiquidẽ,quia calidum plurimum hñt,idcirco,& pluribus indigent,& plura concoquunt.Athletæ etiam,quia exercitijs augent calorem natiuũ ob id multis frui poſſunt alimentis.Quæ igitur in aphoriſmo dicuntur, ſufficienter expoſuimus.Si quis verò ipſorum veritatem diligentius examinet,non ad oĩa animalia ſermonẽ extendat,ſed ea excipiat,quæ in latebris degunt.Hæc.n.cum ſe recondunt,non egent pluri alimẽto:qñquidẽ,& ſine cibo pñt perdurare, Et,ſi ſuppoſuerimus ea tanto vti cibo, quanto, antequã reconderentur,male ipſum concoquerent. Quale.n.hoĩbus contingit aqua frigida lotis, tale ẽt aĩalibus accidit hyeme.Contingit aũt hominibus,qui aqua frigida perluuntur,ſi debile corpus
C habuerint,refrigerari,atq; offendi:ſi verò robuſtũ,primum quidem innatũ calorem ad interiora refugere,ibiq; ſeipſum colligere:poſtea verò ad exteriora remeantẽ,multo,q̃ prius erat,fieri fortiorem.Sic,& aĩalium quęcunq; ſunt natura frigidiora,ijs calor innatus à frigore hyberno ſuperatur,adeo vt ferè extinguatur. quare plurima ipſorum,ſimilia mortuis conſpiciuntur, cum ſine ſenſu,ac motu in latebris iacẽt:q̃dã verò prorſus in hoc ipſo affectu moriuntẽ.Quæ aũt plurimo ſanguine abundant,atq; calore,tale quiddã hyeme patiuntẽ, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis.Nã calor eorũ ad interiora ſe colligit,nõ(per Iouẽ)carnibus ad hæc,prima ſede derelicta,fugientibus,ſed ſpiritũ vnà cũ ſanguine.Tria aũt erãt corpora,q̃ archigonõ, hoc eſt primogeniam noſtrã ſubſtantiam cõpleuerunt,ſpiritus,ſanguis,& ſeminalis humiditas, ex qua in primo ortu,veluti in libris de ſemine diximus, fiũt partes aĩalis ſolidiores: mox verò augmentũ & nutritio in iſtis perficiẽ. Quòd igitur melius hyeme cibũ concoquimus,ſanguine ac ſpiritu ad profundũ corporis retrocedentibus,vnicuiq; eſt manifeſtũ. Non modo igitur hoc ipſum dicit Hippocrates,ſed ꝙ plura accipere confert. In hiſce.n. tpibus,inquit,hoc eſt hyeme & vere,plures cibi dãdi ſunt.Atqui,ſi parũ defluit,ac difflat hyberno tpe ad exteriora, multum alimentũ nõ eſt corporibus neceſſariũ:ſiquidẽ nutritio eſt eius,quod euacuatur,repletio. Opor
D tet igitur alimenti quantitatẽ eſſe eius,quod difflat,quãtitati proportionalẽ. Verum igitur eſſe, ꝙ quidã hyeme non modo melius concoquunt cibum, ſed ẽt ꝙ pauca aſſumentes refrigerãtur, atq; ideo offenduntur: ſi verò plura aſſumpſerint, in nullos plethoricos incidunt morbos, ipſe euentus oſtendit manifeſte.Cauſæ verò inquiſitio in cõmune proponat̃.Neq;.n.Hippocratẽ ſolum,ſed oẽs alios,hmõi obiectio fatigat. Nemo itaq; eſt,qui non conſentiat difflari corpora animalium ea,quæ fit per ſenſui occulta foramina,difflatione. Idcirco enim ad hoc deueniunt, vt egeant alimento,qm̃ euacuantur:ita vt,ſi nihil à corporibus noſtris efflueret, ſed ſemper æqua moles ſubſtantiæ ſeruaretur,nulla foret alimẽti neceſſitas. Tu verò animaduerte,nunquid hac in parte alijs quidem oĩbus ratio ſit inexplicabilis, ſoli verò Hippocrati, atq; eius ſectatoribus explicabilis.Neq; enim aliud quicquã,animal ab initio efformauit, ſicut neque rurſus adauxit, aut vſq; ad mortem enutriuit,præterquã iſte calor innatus,de quo nunc habetur ſermo.Hic igitur,cũ ſit omnium operũ naturaliũ cauſa, quia copioſior eſt hyberno tẽpore,idcirco cibi appetentiã intendit,coctiones auget,& plus ſanguinis accumulat, & craſſius corpus efficit, & vt ſuperfluitates excernantur,prouidentiã habet.At calor circunfuſus non modo ſuperfluitates,ſed æqualiter omnia euacuat, materiã inutilem, & ea ẽt,quæ in corpore ſm̃ naturam continentur, vnà diſſoluens per eam,quę à medicis occulta difflatio nominatur,quam calor innatus operat̃.

Neq;

de Natura hu. com.1.t.36.1a. 31.c
de Hippo. & Plat.decret.12. 177.f
de Naturali. facul.1a.298.a in com. lib. de Diæta.t.2. 2a. 40.b
in 6.Epi. cõ.4. t.14.3a.183.d & t.25.186.c. & com.5.t.27. 193.d
de cauſis pulſuum.4a.97.c
lib. de Renũ. affect. dign. & med. qui Gal. aſcribitur. 7a. 195.b
12.Aph.18.9.e in Finitionib. med.Gal.aſcript.Iſagog.44.f
A.l.1.f.3.d.5.c. 1.fol.68.h

Neq; enim aliud quicq̃ eſt natura animalium,præter hoc calidum,ſecundum Hippocratis opi- E
nionem. Oſtenſum autem à nobis eſt in commentarijs de viribus naturalibus, naturam nõ ſo-
lum appetere,conficere,agglutinareq́;ſingulis partibus proprium alimentũ,ſed & huius quoq;
ſuperfluitates difflare:ac,quanto fortius extiterit calidum innatum, tãto magis difflatio effugit
ſenſum.Et ob hanc cauſam Diocles inquit,ſudores eſſe præter naturam,qñ oĩbus,quæ ad cor-
pus attinent,recte adminiſtratis,& alimento à natura ſubacto, nunq̃ ſenſibilis humor per cutẽ
excerneretur.Quæcunq;.n.in balneis,aut vehementibus exercitijs, vel propter æſtiuum calorẽ
exudant homines,ex cauſis violẽtis originem habent. Bene igitur omnia tempore hyberno in
corpore animalis adminiſtrantur,quando hyems mediocritatem ſeruauerit. ‖ Nam immodera
2a Apho.1,&c. vbi agit de anni temporib.& cõſtitutionib. tas intẽperaturas & ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat. Quòd aũt omnia bene hyberno
tempore in corpore animalis adminiſtrentur,indicio nõ paruo ſunt naturæ opera fortiora. Nã
cibi in ventriculo bene cõcoquuntur,qñ calor innatus plurimus eſt:& vnà ſuperfluitates ſom
nis longioribus expurgantur,quæ quidem exquiſite extenuata ſunt,per cutem:quæ verò in va
pores conuerſa ſunt,per expirationem:quæ verò ſufficientem habent craſſitudinẽ,per vrinas.
In his.n.plus eſt ſedimenti,q̃ per æſtatem,præter id q̃ etiam tota vrinarũ multitudo hyeme ſuf-
ficienter augetur.Iam verò magis nutriuntur,& carnẽ augent corpora hyeme,& plus boni ſan F
guinis cumulant,niſi malo prorſus vtantur victu. Nã,ſi cõſideraueris,vt corpora noſtra paucũ
habentia ſanguinẽ autumni tẽpore,atq; extenuata,ſuſcipiens hyems bonis implet humoribus,
& craſſiora efficit,percipies,puto,nos gubernantis robur facultatis,quę eſt calor innatus.Verũ,
niſi hic abundans habeat,quo fruatur,alimentum,primus ipſe à circunſtante frigore ſuperabi-
tur,tam ab eo,qui extrinſecus ingruit,q̃ ab illo,qui per inſpirationẽ attrahitur : cum ipſo verò,
& coctio ciborum debilitatur,& boni ſanguinis generatio,& partium animalis enutritio,& ſu-
perfluitatum vacuatio.Si verò tantum abunde habuerit alimentum,quantum poteſt euincere,
& ipſe magis augebitur,& omnia,quæ antea diximus,circa corpus animalis perficiet. Cæterũ,
vt ex pluri alimento oblato,quod non ſolum bene in ventriculo conficiatur, ſed ẽt in venis, &
omni animalis parte,vnumquodq; multo ſeipſo carnoſius reddatur, & plus ſanguine abundet,
habent hoĩes ſatis ipſa experientia compertum,non in ſeipſis tantum,ſed ẽt in iumentis. Nam
ante æſtatis initium,circa vltimam veris partẽ,& ſibi & illis ſanguinem detrahunt, in memoriã
reuocantes,quibus capiãtur morbis,qñ repente calor æſtiuus ſuperuenerit. Hic.n.adeo ſangui-
nem extendit,atq; diffundit,ac quodam modo efferuere facit, vt, qui hactenus moderatus fue-
rat,non poſſit amplius in venis contineri,ſed vel dirumpat ipſas,vel exedat:&,qñ impetum fe- G
cerit ad aliquam corporis partem alijs debiliorem,in ipſa vel inflammationẽ,vel eryſipelas, vel
aliquod aliud tale morbi genus operetur.Nam multo plures,ac grauiores morbi, quibus pleni-
tudo dedit occaſionem,ex humorum fiunt fuſione. Hæc igitur oĩa cum alijs aſtipulantur,quæ-
cunq; in præſenti aphoriſmo Hippocrates docuit:tum hoc probant, non ſolum poſſe calorem
per id tẽpus multos coquere cibos,ſed ẽt multis indigere. Sẽper enim oportet alimenta eſſe in-
nati caloris multitudini proportionalia, niſi forte, vt dixi,natura ex aeris ambientis caliditate
imbecillis facta,cogat ſubtrahere.Quam ob rem,cum & de vere Hippocrates ſermonẽ indiſtin
ctius habuerit, ipſe diſtinguam : Ac primum quidem veris initium hyemi ſimile magis eſſe,q̃
æſtati:finem contra. Deinde q̃ nõ nunquam talem ver habet frigiditatem,qualem tempus hy-
bernum:aliquando talem,qualem tempus æſtiuum,caliditatem. In primis igitur partibus eius,
ſiquando frigidum fuerit,hybernę ſimilem rationem victus adhibebimus:in poſterioribus au-
tem,ſiquando fuerit calidius,æſtiuæ ſimilem. Quòd ſi mediam ſeruauerit temperaturam,victũ
illi proportionalem inſtituemus.Atque hæc omnia de victus ratione, quam ſanis oportet adhi
bere,dicta ſunt:deinceps autem de illa,quæ ægrotis conuenit,ſermonem faciet.

16 ‖ *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime verò pueris, & alijs, qui tali victu vti conſueuerunt.* H

1. de Sanitate tuẽda 2a. 65.b 8.metho.med. 7a.54 h 1 de arte Curatiua ad Glauc. 7a.97.c.†

12. Aph.16.

de Optima ſecta ad Thraſy. Iſagog. 20.c.

In præcedẽtibus aphoriſmis de victus quãtitate doctrinã nobis tradidit:nũc verò de qualita
te trãſigit,multa,q̃ in arte cõducũt,breuiſſimo ſermone docẽs:ac primo qualis ſit adhibẽdus vi
ctus febricitãtibus:deinde q̃ victuũ a † ſanorũ indicationes in ijs quidẽ,q̃ ꝓter naturã ſunt, cõ-
trarias:in ijs aũt,quę ſunt ſm naturã,ſimiles facere oporteat.Febri enim,qñ calida & ſicca paſ-
ſio eſt,(eſt enim conuerſio natiuæ caliditatis ad igneam)victum humidum conſulit.Humidiori
bus verò naturis,ſiue propter ætatẽ,ſiue propter conſuetudinem,nõ contrarium,ſed familiarẽ.
Oportet enim conſeruare naturã b †{ eorum per humida ,} non quemadmodum morbos, de-
moliri. Qui verò aquam inter cutem, cui febris adiungitur, in medium adducentes, ſermo-
nem Hippocratis ſtudent per cauillum reprehendere, quoniam hic morbus non humidum exi
git victum,ſed ſiccum,ignorãt ij artis curatiuę caput in primis neceſſarium, quod nos vberius
in illa tractatione tranſegimus:id aũt eſt,ſimplicem quenq; affectum propria egere curatione :
plures verò inuicem copulatos tantum habere communem curationis indicationem, quãtum
copulabuntur,nobis vel ei,quod magis vrget, obuiantibus, non tamen alterius cura omnino
poſthabita,

A † Codices quidam græci antiqui nõ habẽt hãc dictionem:plures tamen habent. Et Burgondio.

B † In quibuſdã cod.græcis non ſunt hæc verba, nec in Burgõdione: vt ſit vniuerſalis propoſitio.

A poſt habita,vel omnibus pari ſtudio ſuccurrentibus. Quod autem de aqua inter cutẽ, & ſimul febre laborantibus meminere,non eſt abſimile morbo laterali, in quo ſanguis expuitur. Nã & in his contrarias exigunt affectus curationes,eductio ſanguinis,& paſſio lateralis:quæ vbi cuipiam ſimul cõtigere,ad id,quod magis vrget, obuiare oportet,non omnino poſthabita etiã alterius curatione.Sic itaq;,ſiquis ſimul febricitet,& ea laboret diſpoſitione,quæ aqua inter cutẽ nominatur:ad ambos affectus reſpicientes,qui contrariam exigunt curationẽ, vtriq; eorũ probe reſiſtimus,quemadmodũ & alijs omnibus pari modo copulatis.Neq; igitur ipſi tale quicquã dixerimus,neq; alterum talia dicẽtem admiſerimus:uerũ, ſiquid per verba ſua Hippocrates in aphoriſmo non dixit,quod tñ idem habeat iudicium cum ijs,quæ ab ipſo dicuntur, hoc quoq; fuiſſe dictũ potentia,debemus exiſtimare:nam & ætatis meminit,& conſuetudinis: tu vero,& naturalis temperaturæ,& temporis anni,& regionis non abſq; ratione memineris, quæ & ipſe Hippocrates adijcit aliquando:nõnunquã vero vnius,aut duorũ mentione facta, reliqua, quæ ſunt eiuſdem naturæ,atq; ordinis,prætermittit.Fiunt autem,& ab his indicationes, quẽadmodum ſupra & ab ætate,& à morbo fieri diximus, ſeruantibus nobis, quæcunq; inculpata ſunt, per victum ſimilem temperaturæ:quæcũq; uero culpata ſunt, per contraria corrigentibus. Di-
B ximus autem plenius de omnibus indicationibus in libris,quibus ars curatiua docetur.

17 *Et quibus ſemel, aut bis,& quibus plura, vel pauciora, & particulatim oporteat offerre, conſiderandum.Condonandum autem aliquid tempori,& regioni,& ætati, & conſuetudini.*

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum,quæ offeruntur,ſermonem habuit:mox docere proponit modũ eorundem.Neque enim ſufficit hoc ſolũ cognoſcere,quòd huic plus,uel minus ſit offerẽdũ,vel ꝙ victu exiccante,uel humectante utendũ ſit:ſed,nũquid ſemel, an ſæpius qualibet die,vel nocte cibum offerre oporteat,maxime neceſſarium eſt conſiderare: & ad hæc ipſa ab anni tẽpore,ab ætate,à cõſuetudine ſumere indicationem:ſicuti in qualitate,& quantitate ſumebatur.Nam ad hęc primæ erant intentiones,& morbi ipſi,& vires ęgrotantis, & pręterea ætas,& anni tẽpus,& cõſuetudo,& quæcũq; his ſunt,ꝓportionalia:& propterea ipſe Hippocrates illud adiũxit,Cõdonandũ eſt autẽ aliquid tẽpori,& regioni,& ætati,& conſuetudini, liquido oſtendens per uerbum,condonandũ,ꝙ neq; totum, neque maximum à talibus accipit.

Nam,ſi ſæpius,aut raro,ſiue omnino nutrire oporteat:ab ægritudine,& viribus primum, & maxime accipitur:poſt hoc autẽ & ab anni tempore,& ab ætate,& talibus.Si enim vires labo-
C rantis debiles fuerint,& ea,quæ in corpore eſt diſpoſitio,ſit ex corruptione humorũ, vel defectu: parum alimẽti ſæpius talibus afferemus: parũ quidẽ,quia viriũ imbecillitas non põt totã ſimul multitudinem alimenti ſuſtinere:ſæpius autẽ,quoniã multis indiget diſpoſitio. Defectus ſiquidem exigit adiectionẽ,corruptio uero contemperamentum. Si uero cum uirium debilitate neque defectus aliquis affuerit,neq; corruptio,humores autẽ ſecundũ naturam moderate ſe habuerint, vel etiam ſuperabundauerint: his raro, & pauca afferemus: & multo magis iſtud agemus,ſi cum viriũ robore humores ſuperabundauerint.Si uero cũ humorũ defectu, uel corruptione uires ualidæ fuerint:tunc multos cibos,atque multoties ijs,qui ita laborauerint, dabimus:vtpote multos exigente diſpoſitione,& natura robuſta potẽte illos ſuperare.Si uero acceſſiones non permiſerint, neq; multas alimenti offerendi occaſiones præſtiterint: raro plura exhibebimus.At,ſi uires ualidæ fuerint cũ plethorica diſpoſitione,raro pauca afferemus. Nã, etſi eum, qui cibum debet conficere, robuſtũ habeamus: quia tamen diſpoſitio multis non indiget,rationabile eſt,ut pauca afferamus.Sic quidem oportet & à morbo,& à uiribus ęgrotantis ad ea,quæ propoſuimus,ſumere indicationes. A tempore autem,ætate, & conſuetudine, & alijs,quæ his ſunt proportionalia,hoc modo: Aeſtiuo quidem tempore, quantũ ad tẽporis ra-
D tionem attinet,ſæpius pauca danda ſunt:quoniam,& pluri ægent adiectione, ut qui diſſoluantur,& uires habeant imbecilles: hyberno uero tempore multa quidem propter robur uirium, ſed raro:quia non valde multa indigent adiectione laborãtes, ut quibus nõ multa fiat euacuatio.Nam ſanos quidem antea oſtendimus ſufficienter hyeme euacuari, quoniã plus habeãt innati caloris;Vere" aũt medio,atq; adhuc magis æſtati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus.Nam tẽpus id periclitatur,ne proxime accedat ad plethoricã diſpoſitionẽ, propter humorum,qui hyberni temporis frigore ꝯcreuere,fuſionem. Quemadmodum ergo in plethoricis diſpoſitionibus,ſi uires ualidæ fuerint,paucum cibum,& ex longo temporis interuallo damus:ſic & in uere faciendum eſt, præſertim in febricitantibus, de quibus nunc ſermo habetur ab Hippocrate.Sanorum enim uictum antea docuit.Autumnus uero morbis,qui ex corruptione fiunt,aſſimilatur.Quapropter,qui eo febricitant tempore, continua boni indigent adiectione;&,ſi vires validæ fuerint,ſæpe,& multa dabimus:ſin imbecilles,pauca, & ſæpius affe remus.Simili modo quiſpiam & ab ætatibus,& à conſuetudine, & à regionibus ſumeret indicationes,ad duas primas redigens intentiones.Singula enim,quę diximus,aut fortes,aut debiles uires efficiunt, & corpus reddunt, aut ſuperabundans bonis humoribus, aut ſufficientibus carens,aut uitio humorum deprauatum.

A.li.t.f.3.d.5. c.1.fol.68.f

18 ‖ *Aestate, & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime: secundum locum ver habet.* E de Nat. hum. cō. 1. t. 36. 1. in Cōm. li. de Diæta, t. 2. 2. 40. b

Supra, Aph. 15. Non bis, vt forte quispiam existimauerit, de eisdem disseruit Hippocrates, cū superius illum scripserit aphorismum, cuius principium est, ‖ Ventres hyeme, & vere calidissimi sunt natura: nūc autē rursus, ꝙ Aestate, & autūno cibos difficillime ferūt, hyeme facillime, & ver secūdū habet locum: Verū, quoniam & ad quātitatem victus, & ad modum vsus ciborū tam in sanis, quā in ægris, quandam accipit à temporibus indicationē: non absq; ratione eorū in utrisque cōmeminit: illic quidē ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniā plus inest innati caloris, quē nutriri oportet: nūc autē ꝙ si semel etiam multum illis ciborū attuleris, haudquaquā nocebis. Facile.n. omnes ferunt ciborū multitudinē hyeme, difficulter vero æstate. Quapropter hyeme quidē raro, & multos cibos afferri concedēdū est: æstate uero, quia cibos ferūt difficulter (siquidem is, cui eos coquendi, ac conficiendi officiū natura tribuit, calor innatus scilicet, exiguus est) cauēdū oīno est, ne totū simul cibū exhibeam⁹: sed studere oportet, vt frequētius pauca afferamus. Nā corporis dispositio similis ijs, qui ex humorū defectu morbi cōsistūt, existēs, exigit adiectionē. Hyems q̄dē, atq; ęstas talē naturā habēt: reliqua vero duo t̄pa, autūnus q̄dē æstatē subsequitur, ver autē hyemē. Et causa aperta est. Nā refrigerari, & cogi in vnū, F atq; dēsari corpora autūno: laxari vero, & rara fieri verno tēpore incipiūt. Ob hāc igit̄ rationē, nō idē bis de tēporib⁹ enūciauit: & ob illā etiā, q̄ a in altero aphorismo de sanis sermo habebat̄.

19 *Iis, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes.*

Cum igitur tria sint capita, quibus victus ratio comprehenditur, quātitas ciborū, qualitas, & vtendi modus: ad duo quidē priora capita ex accessionibus nullam habemus utilitatem, ad tertiū vero ex accessionibus aliquid sumere possumus. Quare nō temere Hippocrates earū in tertio capite meminit. Nam tēpora cōmoda ciborū particulariū, p̄cipue docēt accessiones, in morbis tū, in quibus ordinatim obueniūt, hoc est per circuitus: atq; ideo ipse quoq; Hippocrates inquit, Ijs, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, ut qui nō ignoraret alios esse, quibus fierēt in morbis accessiones, nō tū per circuitus, hoc est nō ordinatim. In hisce igit̄ ratio exquisita inueniēdi temporis, quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus uero accessionū ordo seruatur: principia earū oportet obseruare, hoc est, ne eis iam factis, vel non multo post futuris, nutriamus. Quod autē dicit̄, ante iudicationes, vel ante accessiones quasc̄ūq; simpliciter, G vel ante morbi vigores, vel ante illas, q̄ proprie iudicationes nominant̄, est intelligendū. Nā hic triplex intellectus, verus est. Primus aūt magis uidet̄ ad propositū pertinere, si uidelicet ante accessiones intelligamus. Nā de morbi vigore, retro dictū est: &, si de hoc intelligat̄, etiā de iudicatione intelligetur: q̄m maxima ex parte morbo in suo vigore cōsistente fiunt iudicationes.

20 ‖ *Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.* de Venæ sect. aduers. Erasistr. 6. 6. e

Iam perfecto de uictus ratione sermone, ad alterum caput transc̄edit: in quo docet, q̄n̄ sit totū ipsi naturæ permittendū, quod ad regimen pertinet ægrotantis, nihil aliud nobis agentibus, nisi uictum conuenientem instituentibus: q̄n̄ etiam nō sit totū naturæ permittendū, sed & aliquid nos oporteat operari. Vbi igitur (inquit) vel integra iudicatio facta est, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi vero indeficiēter iudicatur id, q̄d̄ deficit, supplere nos cōuenit. Hoc autē & ipse dicebat in libro de humoribus, per hęc uerba. ‖ Quę perfecte iudicant̄, nō mouere: neq; medicamētis, neq; aliter irritādo, nouare quicquā. Nā, quod in aphorismis ἀρτίως, i. integre dixit, hoc in illo libro cōmutās ἄπαρτι, i. perfecte noīauit. Est autē huius nominis ἄπαρτι, apud alios antiquos significatū ꝑ cumulate, plene, atq; indeficiēter: quæ omnia etiā hoc loco per ἀρτίως, i. integre, debemus accipere. Neq;. n. per id uerbū, dies pares oportet intelligere: esset enim in ꝑpatulo falsum, si quis in diebus paribus, vel iudicatus est, uel iudicat̄, nihil in his nouādū esse. Neq; etiā hęc dictio ἀρτίως, hoc in loco significat nuper: q̄d̄ maxime ostendūt verba sequētia. Neq;. n. simpliciter dixit ἀρτίως, hoc est nuper, iudicata, sed q̄ iudicantur, & iudicata sunt: quorū alteri quidē, iudicata, aduerbiū ἀρτίως, i. nuper, posset cōuenire: alteri uero, iudicantur, nullo modo. Sed & hoc ipsa rerū euidentia demōstrat. Neq;. n. fiq̄d paulo antea fit iudicatum, hoc nouari non debet: sed si perfecte, si indeficiēter, si plene, tūc uerum est, quod dicitur. Siquid uero deficiat: id, quod deficit, oportet adiungere. Nam, quæ post iudicationem relinquuntur, faciunt recidiuas. Quænam igitur est perfecta, & indeficiens iudicatio? nempe in qua cuncta bene procedūt, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primū. n. melior est iudicatio, quæ fit per euacuationē* inferiorē, quā q̄ per abscessum: deinde per quam humor noxius, & redūdans, quā per quā alter euacuat̄: tertio loco, quæ κατ' ἴξιν, i. secundū processum fit, quàm quæ secūdū processum non fit: vocat autem ipse secundū processum id, quod recto tramite procedit: & quarto post has, quæ facile toleratur: quæ cum coctione sit, & in decretorio

in lib. de Hum. paulo ante dimidium libri,

*Hæc uox non est in græcis codicibus.

A cretorio die. Hæc omnia adesse conuenit perfectæ iudicationi: cui siquid desit, vel plura, neq; exquisita, neque integra fuerit iudicatio.

21 ‖ *Quæ ducere oportet, quò maxime natura vergit per loca conferentia, eo ducere conuenit.* in Lib. de Hum. in principio, & paulo ante dimidium.

Quæ nam sunt illa, quæ ducere oporteat? nempe quæ neq; iudicantur, neq; integre sunt iudicata. hæc igitur per quã partem sint euacuãda, docet, duplicẽ nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationẽ. Ad quem enim locum ex cõferentibus vergit, eo ducere conuenit. Sunt autẽ euacuationibus cõferentia loca, intestina, venter, vesica, vterus, cutis vniuersa: ad hæc, palatũ, & nares, qñ vel cerebrũ expurgamus, vel ꝑ profluuiũ sanguinis fit* excretio: præcipueq; si κατ' ἔξιν, hoc est per directũ ad locum patientẽ. Nam, quę contra fiunt profluuia sanguinis, mala sunt. Inclinationes vero humoris noxij ad loca nõ cõferẽtia fiunt, quãdo vel aliquẽ habuerint suapte natura principatũ, & maius ex ipsis damnum est subsecuturũ, quã morbi, qui iudicatur, dignitas expostulet: vel nullam habeant effluxionẽ. Exẽpli gratia, vbi hepar humores infestant, quos oporteat euacuari, duæ sunt ipsorum accommodæ inclinationes: prior per uentrem: cuius illa melior est, quæ per inferiora, quã quæ per uomitũ: secunda per re-
B nes, atq; vesicã. Non tamẽ, quæ ad pulmonẽ, thoracem, & cor est inclinatio, bona est. Oportet itaq; medicũ naturæ inclinationẽ animaduertere: &, siquidem idonea fuerit, subministrare & adiuuare: sin autem contrarie simul ac noxie fiat, prohibere, trãsferre, atq; diuertere oportet.

* ἔκκρισις, *aliter* κρῖσις.

22 ‖ *Concocta medicari, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modo non turgeant:* † *plurima vero non turgent.* In eodem. † *Al. leg.* τὰ δὲ πολλὰ. *multa autem.*

Consueuit Hippocrates dicere, medicari (græcè φαρμακεύειν) pro vti medicamẽto purgante. Verbũ autẽ, ὀγκᾶν, hoc est turgere, translatũ est ab animalibus † concubitũ appetẽtibus ꝑad humores. Nã, sicuti illa stare loco nõ possunt, quadã titillatione impulsa, eoq; affectu cõcitata: sic & humores plerunq; in motu vehementiore, atq; trãsfluxu à partibus ad partes, in morbi principio hoiem infestant, mouẽtes, titillantes, & quiescere non permittentes, cũ & ipsi pariter moueantur, & trãsfluãt, & titillatione ægrũ molestẽt. Tales igitur humores euacuare cõuenit: hoc est, qui sunt in motu, & latione, & fluxu: Eos vero, qui iã sunt in aliqua corporis parte firmati: neq; alio ullo auxilio mouere oportet, neq; medicari ante coctionẽ. Tũc enim naturã quoq; ipsam habemus euacuationi adminiculãtẽ: cõspicitur siquidẽ, & ipsa post coctiones, & humores
C discernere, & superfluitates expellere: quo in tẽpore fiũt & iudicationes. Sed, cum perfecte ipsa mouet, nullo medicamẽto opus est: cũ mediocrius, atq; imbecillius agit, id, qđ deficit, oportet supplere: ut ab utroq; noxij humoris fiat euacuatio, natura quidẽ expellente, medicamẽto vero attrahente. Ostensum enim est à nobis in cõmentarijs de potentijs naturalibus, naturam vniuscuiusq; particulæ, quatuor vti potentijs, attractiua proprij alimenti, & eiusdem retẽtiua, præterea quoq; concoctiua, & quarta alienorũ expulsiua. Singula uero medicamẽta propriũ sibi attrahunt humorẽ. Bene autẽ sermoni addidit, Plurima uero non turgent. discereq; oportet hoc ab experientia, raro contingere, vt humores ab una parte ad aliam transfluant, sed frequẽtius accidere, vt in vna aliqua parte quiescant atque consistant: in qua etiam concoquuntur toto morbi tempore usq; ad eius solutionem. Scire autem oportet, quòd in quibusdam exemplaribus hic aphorismus scriptus non est: in libro autem de humoribus passim scriptus inuenitur.

23 ‖ *Deiectiones non multitudine sunt æstimãdæ, sed si talia deijciuntur, qualia cõueniunt, & ægri facile tolerant. Atq;, vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.* In eodem:

Siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, oportet omnino cõstituere quandam ipsius mẽsu-
D ram. Sicuti. n. qualitatem pro humoris molestantis ratione vacuari: ita videlicet quantitatẽ multitudini molestantis humoris respondere oportet. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, vbi illum aphorismũ exposuimus, cuius principiũ est, ‖ In perturbationibus uẽtris. Quantitatis uero nullum tale habemus indiciũ. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi uiam, ex facilitate tolerantiæ. Nam, si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum se ipso ægrotũ fieri leuiorem, & melius tolerare est necessariũ: quòd si aliqđ etiam ex ijs, quæ sunt secũdũ naturam, excernatur: dissolui, ac debilitari ægri uires, & tolerantiæ difficultatẽ sentiri. Quare non promptã eorũ, quę euacuantur, quãtitatis phantasiam oportet attendere, sed duas, quæ dictæ sunt, notas, si qualia oportet euacuantur, & si facile tolerant. Qđ autẽ postea ab ipso subiungitur, Atq; ubi usq; ad animi defectionẽ expedit ducere: recte qdẽ ab ipso dictũ est, sed adijcere oportet usus notas: quas quia ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia, & ratione uidemur inuenisse dispositiones, in quibus expedit usq; ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primum, usq; ad qualem animi defectionem dictũ ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neq; enim tales dicit animi defectus, qui & expauescentibus aliqñ ægris uenæ sectionẽ, vel tale auxiliũ aliquod, solent accidere: neque cum in ore uentriculi humores mordaces aliquando fuerint, vel prius in ipso coaceruati, vel qui in ipso remedij usu ad

Sup. aph. 2. 3. b

1. de Vsu par. 1. 222. g
in 1. Epid. cõ. 3. t. 24. 3. 124. e
6. Epid. cõ. 2 t. 29. 3. 165. e
de Venæ sect. aduersus Era si. 6. 6. e
de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 2. t. 10. 7. 117. c

4. de Sanitate tuẽda. 2. 84. h
de Totius morbipib. 3. 88. e
1. de Crisibus 4. 128. g. Et 142. a
8. de Cõpos. medi. secũdũ Loc. 5. 191. b
de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 4 t. 22. 7. 137. e. Et t. 38. 139. e
1. Aphori. 24. 10. f

in 1. Pror. cõ. 2. t. 58 4. 177. b
de Venæ sect. aduers. Erasist. Rom. 6. 12. c

ipſum confluxerint, qui cauſam dederint animæ defectionis. Solent enim & hoc tempore pati E
animi defectionem: non tamen huiuſmodi animi defectio eſt ſufficiens menſura euacuationis, quæ nonnunquam, antequam conueniat, contingit: ſicuti febricitātes pleriq;, vel inter ſurgendum, vel reſidendum, animo defecerunt: ob quam cauſam accumbentibus ipſis ſecamus venā. Ea igitur, quæ fit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta eſt eſſe mēſura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in ardentiſſimis febribus, & uehementiſſimis doloribus. Oportet autem (ſicuti & ipſe inquit) viribus integris, atq; valentibus, tantā moliri euacuationē: & nos ſæpius huiuſcemodi euacuationes prodeſſe plurimum, experiētia didicimus. Nam & in ardentiſſimis febribus, ſi vſq; ad animi defectionē ſanguis mittatur, ſtatim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur: plurimis etiam aluus citatur, & ſudores emanant, ac quidam eorum ex his ſanitati prorſus ſunt reſtituti: alij valde adiuti uehementiā ægritudinis abſciderunt. In maximis etiam inflāmationibus, & vehementiſſimis doloribus nullum maius noui remedium, quàm uſque ad animi defectionem euacuare, adhibita diſtinctione, an mittere ſanguinem, an purgare oporteat † uſque ad animi defectionem, & quemadmodum in libro de venæ ſectione monſtrauimus.

† Hæc uerba nō ſunt in tralatione ueteri, nec in Oribaſio, qui li. 7. collectionum medic. ad Iulianum Imperatorē c. 3. hūc locū ponit: nec etiā in libris de phlebotomia hoc dixit Galenus, quòd .ſ. purgādū aliquā ſit uſq; ad animi defectionē.

24 ‖ *In acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendum.* F

de Toti⁹ morbi pib. 3. 88. e 1. de Criſibus 4. 127. e 11. Pror. cō. 2 t. 37. 4. 174. d de Vict. rat. in mor. acu. cō. 2. t. 11. 7. 118. b Et cō 4. t. 38. 7. 139. e 5. Aphor. 2. 8. 26. a

Paulo antea dictum erat, ‖ Cōcocta medicari, & mouere, nō cruda, neq; in principiis, ſi non turgeāt: plurima uero nō turgent. Nunc aūt, ꝙ circa principia acutarū ægritudinū tm̄ contingit aliquando purgare utiliter, nos docet Hippocrates. Nam in longis morbis ſemper oportet expectare coctionem, in acutis uero, cum turgent, ab initio poſſumus vti medicamentis purgātibus, & hoc ipſum cum multa cautione, & conſideratione facere. Vnde mihi uidetur Hippocrates recte adieciſſe, Et hoc cū præmeditatione facere. Siue.n. per hoc verbū diligentē intelligat examinationem prius factam, ſiue ægrotū ante pręparatum, ſiue recti iudicij expectationē, ſiue horum aliquid, ſiue omnia unius uocabuli ſignificatione cōprehendantur, quantū huiuſcemodi uereatur purgationes, manifeſtat. Neq;. n. paruum periculū eſt in morbo acuto male uti purgante medicamento, cum omnia id genus medicamenta poteſtate ſint calida, febris uero, quatenus febris eſt, & ſui ratione, non calefacientibus, atq; exiccātibus, ſed maxime cōtrarijs, hoc eſt humectantibus, & refrigerātibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgationem adhibemus (hanc enim ſcimus ſui ratione nocere) ſed propter humores illam efficientes. G
Quare maiorē oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri utilitatē, quàm id, quod neceſſario conſequitur ex purgantibus medicamentis, detrimentū: eſt autē utilitas maior, ſi abſq; moleſtia omnis humor noxius, & infeſtās ſit euacuatus. Vt uero hoc fiat, primo oportet cōſiderare, nunquid æger idonee ſe habeat ad huiuſmodi purgationem. Nam, qui multa cruditate laborant, quiq; tenaces, aut craſſos cibos aſſumpſerunt, quibus itidem extenta, atq; inflata hypochōdria ſunt, aut ſupra modū calida, atq; ignea † exiſtūt, & hoc ipſo in loco aliqua eſt uiſcerū inflammatio: omnes ij inepti ſunt ad purgationes. Hæc itaq; abeſſe oportet, humores autē, quā maxime fieri poteſt, eſſe fluxui paratos, hoc eſt tenues, & nullum lentorē participantes, & aperta eſſe foramina, per quæ debet purgatio fieri, & nullā habere obſtructionē. Nā & nos iſta antea paramus, cum quempiam ſumus purgaturi. Et hoc eſt, quod ab ipſo Hippocrate dicitur in illo aphoriſmo, ‖ Corpora ubi quis purgare uelit, oportet fluida facere. Verum in acutis morbis, circa principia ſtatim, vel circa primum diem, vel non vltra ſecūdū, ſi ſumus uſuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas iſta præparādi, niſi quis forte arripiat occaſionem propinādi melicratū, in quo decoctum ſit aliquid hyſſopi, uel origani, uel tragorigani, vel thymi, uel pulegij, ſiue quid huiuſmodi, vim habēs humores extenuādi. Quare nō ſine rō- H
ne dixit raro circa principia morborum acutorum nobis uenire in uſum purgationes, quoniā nō ſæpius turgeāt moleſtantes humores in principijs: neq; ſi hoc adſit, ęgro ſatis ad purgationē parato, neq; dāte morbo nobis tēporis occaſionē, quo poſſimus ex imparato paratum facere.

† Cod. antiqui habent, ut Leonicenus. quamuis impreſſi addant, τὰ ἑ̃ρα, vt ita poſtea ſit vertendū: Calidę atq; igneæ urinæ. 2. Aph. 9. 12. a

Supra, Aph. 22.

6. Epid. com. 4. t. 12. 3. 183. b

25 ‖ *Si, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile ferunt: ſi contra, difficulter.*

in 6. Epi. cō. 4 t. 12. 3. 183. c de Optima ſecta ad Thraſy. Iſago. 26. e. Et 4. Aph. 2. 27. e

Supra, Aph. 2. 3. b

Non eſt dubium hunc aphoriſmum in illo cōtineri, in quo dicebatur: ‖ In perturbationibus ventris, & uomitibus ſpontinis ſi, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile tolerant: ſi uero non, contra. Verum, quia in hac libri parte de purgationibus à medico factis loquebatur, & omnes ferè neceſſarias diſtinctiones commemorauit, non piguit ipſum hunc quoque adiungere aphoriſmum, in quo nihil magis nouum edocetur, ſed ad memoriam reuocantur ea, quę prius in alia libri parte enunciauerat de ſpontinis euacuationibus, ut hoc etiam in loco totus ſermo de purgationibus eſſet abſolutus.

GALENI

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARIVS SECVNDVS.

4. Aphor. 67. 34. f

1 *IN quo morbo ſomnus laborem facit, mortale: ſi uero ſomnus iuuat, non mortale.*

Quòd quidem labor (græcè πόνος) apud ipſum nunc læſionem ſignificet, clarum eſt ex eo, quod opponitur. Inquit enim: Si uero ſomnus iuuat, nõ mortale. Cum uero duplex ſit ea, quæ ex ſomno fit, læſio, altera communis, quando in principijs acceſſionum, quas ἐπισημασίας, hoc eſt annotationes uocant, ægroti dormierint: altera propria, in quibuſdam morbis, quando in aliquo alio tempore: de hac ipſum dicere eſt exiſtimandũ: illa enim neq; mortem, neq; aliquod aliud graue ſignificat, cum naturam tẽporis conſequatur. In principijs ſiquidem acceſſionũ calor ⟨naturalis⟩ totus, & humores in profundum corporis uergunt, (quemadmodum ipſe docuit) & magis in quibus horror, uel rigor, uel fortis partiũ exteriorum refrigeratio cõtingit. Et propterea, ſi in principijs dormierint, caſus illis protenduntur, & uix febres ad conſiſtentiam perueniunt. Ac, ſiqua inflammatio ſit circa uiſcera, rationabile ſit ipſam augeri: ſiq́ue humores aliqui ad uentrem confluant: nõ, ut in alijs ſomnis, cõcoquuntur, ſed multo plures fiunt, incocti permanẽtes. Ob hanc itaq; cauſam, ægrotis uigilias tũc pręcipimus, illam, quæ à uigilijs fit, ſpiritus, ſanguinis, & caloris, qui in eis eſt, ad exteriora lationẽ opponentes, tanquã maximum auxilium, aduerſus illam, quę fit in acceſſionum principijs, ſanguinis, ſpiritus, & caloris ⟨naturalis⟩ ad interiora lationem. Quare non ſine ratione dixerit quiſpiam huiuſcemodi læſiones hoc tẽpore accidere quidẽ ex natura acceſſionis, ſed uigilia prohiberi. Cum uero hac quoq; priuati fuerint ægrotantes, tunc dãnũ ſentire manifeſtius, non quia altera læſio accedat ex ſomno, ſed quia deeſt illa, quæ ex uigilia habetur utilitas. Hic itaque ſermo nullam oſtendit fieri in acceſſionum principijs ex ſomno læſionẽ, ſed hoc ipſum tantũmodo, carentiam utilitatis. Alter autẽ ſermo, qui concedit ex ſomnis fieri hoc tempore læſionem, aſſerit nunc Hippocratem docere de ijs, qui in alijs temporibus dormiũt, in quibus maxima ex parte manifeſta utilitas ex ſomno prouenit, præſertim ubi morbo declinante adhibeatur. Nam aliquando etiam conſiſtente morbo ſomnus manifeſtam affert utilitatem: quandoq; etiam in
C extremis partibus augmenti, quæ ad conſiſtentiam copulantur: manifeſtiſſima tamen omniũ utilitas eſt, quæ in declinationibus fit. Saneq́;, cum ſomni nocẽt, minus quidẽ exitiales ſunt iã conſiſtente, atq; increſcente acceſſione: prẽcipue uero ſunt in declinationibus perniciоſi. Nam, quo tempore aliquid eſt utiliſſimum, ſi præter id, quòd nihil prodeſt, etiã nocet, mortẽ non ſine ratione ſignificat. Ex ſomno autem læſiones ſunt, quæ ſunt utilitatibus contrariæ: idcirco quia febres, uel ab eo non diſſoluuntur, uel etiam exacerbantur, & quia dolores intenduntur, & fluxiones multiplicantur, & creſcunt inflammationes. Quidam uero & inter dormiendum delira loquuntur: &, ubi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perſeuerant. Quibuſdam etiã initium comatis in ſomno fit: & uix, cũ punguntur, excitantur. Hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem: quos, ubi calor innatus fortior extiterit, per ſomnos concoquit: ubi uero debilior, illis ſuccumbit, ab eisq́: uiſcera aggrauantur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipſe etenim Hippocrates uult, hominem uigilantem extrinſecus eſſe calidiorẽ, dormientem uero contrario modo ſe habere: id nos edocens (quod etiam quibuſdã alijs rerum naturalium ſtudioſis uiſum eſt) ſomnum atq; uigilias fieri ſecũdũ innati caloris motiones. Non abſq; ratione igitur euenit, ut, cum in uiſceribus iſte collectus cauſas morbificas nequeat
D euincere, perniciem ſignificet. Si tamen euicerit, nondum certæ ſalutis eſt ſignum, niſi quiſpiã dicat, quantum ad talem affectum attinet, ægrotum non periclitaturum, ex alio tamen affectu interire poſſe. Nam, ſiqua inflammatio ſolutu difficilis aliquam ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita ſe habeat, interire. Quare ſecurius pronunciãdũ eſt, ubi quidem ex ſomno læſio aliqua aduenit, lethalem eſſe notã: ubi uero prodeſt, non lethalẽ. Quòd uero ex ſomnis aliquæ accidant læſiones, ipſe in libris, quos Epidemios inſcripſit, oſtendit his
« uerbis: ‖ Inter hos multi erant comatoſi, & delirantes: nonnulli uero ex ſomno tales fiebant.

4. de r. u. in acut. 39. 7. 139. f

6. Epid. com. 4. t. 14. 3. 183. c

2. Epid. ſect. 3.

4. Aphori. 67. 34. f

2 *Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.*

Si ambos dixerimus aphoriſmos, & hunc ſcilicet, & antecedentem, inuicẽ iũgi, totus ſermo talis utique fiet: In quo morbo ſomnus laborẽ facit, mortale: ſi uero ſomnus iuuat, nõ mortale: ubi igitur ſomnus delirium ſedat, bonũ: ut unum aliquod ueluti exemplum particulare ſubiũgat ſermoni antecedenti uniuerſaliter dicto: tanquam ſi ita dixiſſet: Vbi igitur dolorem ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur febrem ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur inflammationem ſedat ſomnus, bonum. Sed ſatis fuit tantum periculoſiorem morbum nominare. Nam ueritas ſermonum uniuerſalium, ex huiuſcemodi exemplis magis dilucet.

3 ‖ *Somnus, atq; vigilia, vtraq; si modum excesserint, malum.*

E 3. de Locis affectis. 4. 16. g 1. Pror. cō. 2 t. 47. 4. 175. d in Progn. cō. 1 t. 17. 4. 193. h 7. Aphor. 67. 60. f

Nonnulli ex medicinæ professoribus existimarunt vigiliam modum excedentem malū esse & signum, & causam, non tamē somnū: hunc, n, semper bonum esse, & signū, & causam: & nunquā fieri somnum modū excedentē: plurimos vero decipi, arbitrātes comatosas dispositiones incipientes, somnum esse longum. Verū hi à nobis discentes, quòd nō prius coma nominatur, quā difficilem habuerit expergefactionē, concedant somnū longū recte nominari, quādo solo tēpore modū naturæ conuenientem excesserit, & nondū habuerit difficilē expergefactionem. Fit autem huiuscemodi somnus refrigerata prima parte sensitiua, hoc est cerebro ipso: quæ refrigeratio, cū fortis fuerit, mista quidem humiditati, facit lethargicas passiones: cū siccitate uero, eas, quæ græco vocabulo *κατάληψις*, id est deprehensiones nominantur. Sic & vigilię fiunt propter calorē primæ partis sensitiuæ, vel ex sola intemperatura, vel ex humoris bilioſi abundantia. Horum uero talium omnium demonstrationes in nostris sunt scriptæ tractatibus: nunc sufficiat sola eorum capita tetigisse. Sicuti autem quidam fuere, qui somnū semper fieri commoderatum existimarunt, & nunquā immoderatum: sic nonnulli rursus aiunt uigiliā nunquā esse moderatam, sed hoc nomen solam immoderantiam significare, obliti eius, quæ in vsu vitæ seruatur, consuetudinis, quoniam & mala nonnunquam mediocria dicimus magnorum cōparatione. Sic igitur oportet accipere uigiliam mediocrem, ac si significet paruam. F

4 ‖ *Non satietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ excesserit, bonum.*

de Optima secta ad Trasyb. Isagog. 20. c. & 27. a. Et 2. Aph. 17 13. a

Rursus hic aphorismus, sicut & alter, qui antecedit, quod in vna materia, idem in omnibus enunciat. Nam, cum sanitas moderantia quædam sit, necesse est omnes immoderantias, quæ plurimum à modo recesserunt, iam ægritudines esse; quæ uero nondum id, quod plurimū est, obtinent, ægritudinum generationem ostendere.

5 ‖ *Spontaneæ lassitudines morbos prænunciant.*

4. de Sanitate tuen. 2 82 e. f in 6. Epi. cō 4. t. 2. 3 179. f de Optima secta ad Trasyb. Isago. 26. g A. li. 1. t. 2. d. 3. c. 20. fol. 42. b

Non eius, quæ fit ex motionibus, immoderantiæ nomen est lassitudo, sed eius, quæ aduenit in corporibus animalium, dispositionis. Neq; n. lassitudinū meminit, quæ ex talibus accidunt motionibus, sed quæ sponte contingunt. Cū igitur absq; motu huiusmodi euenerit dispositio: non simpliciter lassitudo, sed lassitudo spōtanea nominatur. Sed, cū tres sint lassitudines, quēadmodū in salubribus declarauimus, prima, quæ ulcerū, secunda, quæ tētionis, tertia, quæ inflā- G mationis sensum habet, ex his cōposita: prima quidē ex uitiatis humoribus ortū habet, secūda ex plenitudine, tertia ex utrisq; simul iunctis. Sic. n. à nobis est monstratū in ea, quæ de sālubribus inscribitur, tractatione. Quare nō temere dictū est, spōtaneas lassitudines morbos nūciare.

6 ‖ *Quicunq; dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non sentiunt, ijs mens ægrotat.*

7. de Hipp. & Pla. decretis. 1. 271. h in 1. Pror. cō. 1 t. 16. 4. 165. h Et cō. 2. t. 22. 172. e

6. Epid. com. 1. t. 8 3. 156. d

Dolores (hoc est *πόνους*) solet nominare nūnūquā dispositiones ipsas, in quibus dolemus: in quē sensum dicebat ī libro Epidemiorū, ꝙ in ‖ Cranone antiqui dolores frigidi, noui aūt calidi: haudquaquā dolores calidos, frigidos ve, sed dispositiones, ex ꝙbus fiāt, ita noīans. Et hoc in loco igitur eodē modo dolores ipsas dispositiones noīauit, q̄cūq; cū dolore fieri sunt natura aptæ, quemadmodū erysipelas, inflāmationē, & uulnus, & collisionē, atq; rupturā, & cōuulsionē, & quodcunq; tale aliquid: quod si adsit, & ab ægroto non sentiatur, mentem indicat ægrotare. Siue autem *γνώμην*, i. mentem, siue *διάνοιαν*, i. cogitationē dixerit, nihil in præsentia refert.

7 ‖ *Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ vero breui, breuiter.*

7. Methodi medē. 7. 46. e

Quæ enim pauco tempore extenuata sunt corpora: ob humorum, & spirituū euacuationē, H non ex solidorū colliquatione id perpessa sunt: qui uero longo tēpore extenuati sunt, ijs carnes liquescūt, graciles etiā redduntur aliæ partes, per quas cōcoctio in animalibus, & distributio, & sanguificatio, atque nutritio perficitur: quare tantū non poterit concoqui alimentum, quanto indiget corpus. Quam ob causam talia corpora longiori tēpore reficere oportet, atq; tenuiter, quod lente nominauit. In quibus autem soli humores, & spiritus sunt euacuati, in ijs celeriter, ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur. In fine autem aphorismi duplex scriptura inuenitur, & idem utraq; significat, siue, breui, casu ablatiuo, siue, breuiter, aduerbialiter scriptum sit.

8 ‖ *Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quòd indiget euacuatione.*

2. Aphor. 12. 12. d Et Aph. 31. 16. h Et Apho. 32. 17. a Et 7. Aph. 62. 49. h

Propter breuiloquium, & vsum quendam dictionis, qui etiam est apud nos in multis ciuitatibus Asiæ, hic aphorismus habuit obscuritatē. Consuetū enim est nobis dicere, non assumere cibum illos, qui sunt sine appetitu, assumere autem eos, qui appetunt, ac comedūt usq; ad satietatem. Quicunque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non possunt robur

sanitatis

A ſanitatis recuperare,grauantur potius,nõ ab eo nutriuntur. Qui vero neq;,quod ſatis eſt,poſſunt aſſumere,vitioſos humores habẽt:quos niſi euacuarint,fieri non poteſt,vt robur ſanitatis recuperent.Hippocrates uero non hic tm̃,ſed & in alijs ſuis cõmẽtarijs, quãdo proportione in ter ſe ſeruata humores omnes augẽtur,miſſione ſanguinis auxiliatur. Vbi vero vnus aliquis ex ipſis ſuperabundat,illi purgatorium exhibet medicamen. Vt igitur iſta cognoſcens, & qui ſæpius in ſuis commentarijs eadem tradiderit,recte duos ſequẽtes aphoriſmos ſubiungit,in quibus de eadem docet diſpoſitione,de qua etiã in hoc antecedente docuit aphoriſmo,inquiens: Si uero non aſſumente ægro hoc fiat, ſcire oportet,quòd indiget euacuatione; ſaneq; ordinem duorum ſequẽtiũ aphoriſmorum puto deprauatum in multis exemplaribus:illaq; rectius ſe habent,in quibus prior ille ſcribitur:Non pura corpora quanto plus nutries,tãto magis lædes:vt totus ſermo talis exiſtat:Quòd ſi non aſſumente cibũ hoc accidat,ſcire oportet,q̃ indiget euacuatione: non pura enim corpora quanto plus nutries,tanto magis lædes,Nos uero ſequentes ordinẽ,quẽ in pluribus exemplaribus ſcriptũ inuenimus,ſic eorũ faciemus expoſitionem.

9 ‖ *Corpora cum quiſpiam purgare uoluerit, oportet fluida facere.*

in 6.Epi.cõ.5. t.19.3 193.g 1.Aphor. 24. 10.g. Et 7. Aphor. 66.69.e

B Multi quidem volunt,corpora fluida fieri:vbi per medicamenta vomitoria euacuatio eſt facienda,vomitum irritãdo:vbi vero per deijcientia,aſſidue aluum ſubducendo. Atque ob hæc totã diſpoſitionem utriſque, his quidem ad alui ſubductionem, his uero ad uomitum habilem faciunt. Ego uero Hippocratẽ puto non nimirum id, ſed aliquid maius hoc in loco nos docere voluiſſe,quod nos longa experientia didicimus ita ſe habere. Siquis enim extenuet,& incidat craſſos,atq; tenaces humores,qui in corpore ſunt,& meatus aperiat, per quos iſti tranſmittuntur,atque trahuntur à medicamentis,quæ vim purgatoriã habent, tũc purgatio recte in omnibus procedit. Qui uero iſtud quidẽ neglexerint, vomitus autem, atq; alui ſubductionem procurauerint: ijs difficiles obueniunt purgationes, non ſine torminibus interdum, & vertigine quadam,faſtidioq; multo,& malo pulſu,ac diſſolutione,& difficultate.Nobis autem extenuãti victu(de quo integrum ſcripſimus librum)utentibus,nihil horum contingere cõſueuit:& eorũ, quæ in corpore prẽter naturam continentur,euacuationes ſine vlla moleſtia,ac celerrime fiũt: atque idcirco Hippocratem dicimus ſuo adieciſſe ſermoni:Vbi quis uoluerit purgare corpora, oportet fluida facere:ac ſi ita dixiſſet: Siue per uomitus,ſiue per alui ſubductionem purgare velis,poſtquam fluidum totum corpus effeceris,ita demum optime purgabis. Erit autem fluidũ, C vt diximus, omnibus meatibus reſeratis,& humoribus inciſis,atq; extenuatis,ſiquis fuerit humor in corpore craſſus,ac glutinoſus.

1.de Simplic. medi.facul.5. 9.b in li. de Renũ affect.dign.& medi. q Gal. aſcribitur. 7. 196.b

10 ‖ *Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.*

Corrumpitur enim adueniens alimentum vnà cum ijs vitioſis humoribus,qui iam in corpore præexiſtunt:ita vt ipſorum quidem quantitas augeatur,qualitas uero ſeruetur. Hoc præcipue fit,quando ventriculus quibuſdam humoribus uitioſis plenus extiterit, ob quos & † caſus paulo antea dictus ex morbo conualeſcentibus accidit, non poſſe videlicet cibum aſſumere.

† *Symptoma.*

2.Aphor. 15. 12.g. 7. Aphor. 62. 59.g.

11 ‖ *Facilius eſt impleri potu, quàm cibo.*

Cum ſermo ipſi de ijs,qui indigent refectione,antea ſit habitus: propterea nunc ſcripſit materierum diuerſitates,ex quibus renutriuntur.Scriptum autem eſt, & in libro de alimento ſic: ‖Qui cita indigent adiectione,ijs humidũ ad recuperandas vires remedium optimũ eſt:vbi autẽ adhuc citius, per odoratum. Oportet autẽ non ſimpliciter intelligere in utroq; libro, uel in illo humidũ,vel hic potũ,ſed humida,& potus,quæ ſuapte natura apta ſunt nutrire corpus.Nã D ſi non ita nutriunt,ſicuti ſolidiora,ſuperant tamen * nutriendi celeritate: ueluti uina craſſiora. Nam aquoſa (ſic autem nominant alba,& tenuia) ſicut aquæ ſimilem formã habent,ita etiam uim: quare vrinam cient, & minimum nutriunt: quæ vero craſſa ſunt, & colore rubea,omniũ vinorum maxime nutriunt.Ineſt autem eis, & " citiſſime implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quòd autem humidũ alimentũ, præcipuè cum fuerit natura calidum, facilius nutriat,manifeſtum ijs eſt, qui norunt, quo modo & coctio, & diſtributio fiant.

in li. de Alimento prope à fine.

**Hæc duo uerba non ſunt in græco, nec in Burgundionis verſione.*

A,li.1,t.4,c.1. fol.71.b

12 ‖ *Quæ relinquuntur in morbis poſt iudicium, recidiuas facere conſueuerunt.*

Idem 2.Epi.ſect. 3.etiã 4.poſt dimidium. 6. Epid. con. 2. t.22.3.164.a

1.de Criſibus. 4.132.g

Hic etiam aphoriſmus antecedentibus iũgitur. Nam,cum Hippocrates dixerit,‖Si à morbo cibum aſſumens quis non corroboratur,pluri alimẽto corpus vti ſignificatur: q̃ ſi nõ aſſumẽte cibum hoc accidat,ſcire oportet,q̃ indiget euacuatione: & ob hãc cauſam cũ deinceps de euacuationibus ſermonem habuiſſet,nũc cauſam aſſignat,ob quã oporteat euacuare eos, qui poſt morbũ non appetunt: ac ſi totus ſermo ita ab ipſo tranſigeretur: Quòd ſi non aſſumente cibũ hoc accidat,ſcire oportet,q̃ indiget euacuatione:nã,quę relinquunt in morbis poſt iudicationẽ,recidiuas facere conſueuere.Per ea,quæ relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens,quas neceſſarium eſt tempore putreſcẽtes, febrem accẽdere:cum omnis hu-

paulo ſuperius Aphoriſ. 8.

mor alienus à natura corporis,in quo continetur,aptus nõ sit ad eius nutritionem: & deinceps necessario ad putredinem conuertatur.Quando autem & locus calidus erit,in quo fuerit collectus, tunc & maxime, & celerrime putridus fit. E

13 ‖ *Quibuscunque iudicatio fit*, ‖ *ijs nox grauis ante accessionem: quæ uero subsequitur, magna ex parte, leuior existit.*

6.Epide. cõ. 2.t. 23.3.164.b

in 6. Epid.cõ. 2.t.23 3.164.e 3.de Crisibus. 4.143.d

Crisis id est iudicatio est subita ĩ morbo,vel ad sanitatẽ,vel ad mortẽ mutatio.Fit aũt natura separãte à bonis mala,& ad excernendũ præparante. Nõ temere igitur in tali turbatione graui ter se habẽt,& grauitas hæc noctu fit manifestior:nã hoc tpe dormire cõsueuimus.Sõno igitur à turbatione interrupto,clarius grauitas illa percipitur:licet similis fiat interdiu turbatio,qñ no cte sequẽte est iudicatio futura:Quod aũt ĩ fine aphorismi scribit,Quæ vero subsequit, magna ex parte leuior existit:in multis exẽplaribus nõ habetur. Vult autẽ docere nos, ꝙ magna parte nox subsequẽs iudicationẽ facilior præcedente existat, qm̃ plures iudicationes bene terminãtur.Scimus.n.plures esse ex ægrotis,qui seruant,quã qui moriũtur, nisi pestilẽs constitutio sit.

14 *In profluuijs alui,mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.* F

Mutationes excrementorum,quæ multas humorum formas educunt,exquisitius corpus ex-
in Progn. cõ. 2. t.22.4.199.h purgant,nisi habeant signa colliquationis,aut putredinis:de quibus in Prognosticis ipse ‖ transegit:vbi & pinguium, & vitiosorum,ac male olentium meminit excrementorum.

15 *Vbi fauces ægrotant,aut tubercula nascuntur in corpore,excretiones inspicere oportet.Nam,si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat: Si uero similes sanis, tutum est corpus nutrire.*

Duos inuicem sermones ex aduerso ponẽs,in utroq; id,quod manifeste cõsequitur, prętermisit.Quare,si utriq; id,quod deest,adiungatur : erit uniuersa oratio huiuscemodi : Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet. Si enim biliosæ fuerint,corpus vnà ægrotat,neq; tutum est ipsum nutrire. Si uero similes sanis, corpus unà nõ ægrotat,& tutũ est ipsum nutrire.Ex quibus uero mihi uidetur Hippocrates ipse sibijpsi persuadens,in hunc modũ scripsisse,iam dicam:Animalium natura nonnunquã ex principalibus mẽbris humores malos euacuans,alios per vrinas,vel vomitus,vel aluũ inferiorem excernit:alios ad cutim extrudit,quos cum euacuare propter crassitiem non possit,ibi eos deponit:atque hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sæpe & fauces fluentem ex capite humorẽ susciplentes G
infestantur.Tunc igitur considerandum est,ac distinguendum,nunquid natura totam in patientibus partibus superfluitatẽ deposuerit,an adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abundet:quod excrementa indicabunt. Nam, si omnino natura mota est ad expurgandum corpus, biliosa apparebunt : quoniam & tubercula sanguine calefacto à bilioso humore fieri sunt apta :
Supra, Aph. 10. patetque prius esse purganda,quàm nutrienda huiuscemodi corpora.‖Non pura enim corpora quanto plus nutries,tanto magis lædes.Sin autem excretiones sunt similes sanis,totum corpus
† ὑγιαίνον, *i.sanum esse, est in impressis: aliqui tamen habent* ἔυχυμον, *quã lectionem sequutus est Leonicenus.* † bonos habere humores ʒ indicatur : & sine ullo periculo nutriri potest.

16 ‖ *Vbi fames, laborandum non est.*

de Vict.rat.in mor.acu.cõ.2 t.53.7.124.g

Famescere illos dicimus, qui ob ciborũ inopiam ad extremam esuritionem perueniunt. Sic Hippocrates ipse secundo libro Epidemiarum ‖ dixit.In oppido Aeno,iis,qui ob famẽ leguminibus uescebantur,crura debilitata sunt.Et quidem omnẽ eximiũ ciborũ defectum,etiam si citra penuriã ex electione,vel iussu fiat,famẽ consueuit appellare,veluti cum ait:‖ Carnes humidas habentibus,famem adhibere conuenit.Fames.n.exiccat corpora. Et, cum in Prognosticis H
2. Epi. sect. 4. Et 6. Epide. cõ. 4.t.13.3.183.c inquit, ‖ Interrogare oportet,nunquid uigilauerit homo,vel aluus fortiter exinanita fuerit,vel fames ipsum obsederit:pro defectu ciborũ famẽ accipit:hoc ẽt in loco sic dixit, Vbi fames, nõ oportet laborare:ac si ita dixisset:Qui cibum capturi non sunt, ijs eo die labor aliquis iniungẽdus non est.Hic aũt per laborem (grꝫcè πόνον) oportet intelligere uehemẽtẽ motũ,quẽ exercitiũ nominant.In hanc itaq; sententiã ipse dicebat, ‖ Labores cibũ antecedãt. Est igitur ipsi ser-
7. Aphor. 59. 59.c. in Progn. cõ. 1. t.8.3.191.e A.l.1.f.3 d.2. c.3.fol.60.g mo cõmunis ad ægros,& sanos. Sanis.n." non sunt præcipienda exercitia simul cũ inedia : nec ægris aliquis uehementior motus adhibendus vnà cum cibi abstinẽtia:nõ sanguinis missio,nõ alui purgatio,non vomitus excitatio,non frictio multa,nõ deniq; uehemens ulla corporis com
6. Epide. cõ.4.t. 31.3.187.e motio,aut alteratio.In talibus siquidẽ motibus oĩbus,vbi cibus defuturus sit,uires dissoluunt, siue ęgrotent,siue sani sint homines.Vbique vero Hippocrates magnopere studet seruare fortẽ eam,quæ regit animalia,potentiam. Siue igitur numero singulari, potentiam, dixerimus, siue
in lib. de Alim. post dimidium. plurali, potentias, nihil refert: hocq; in libro de alimento ‖ Hippocrates ipse dixit,potẽtia vna, & non una:genere quidem ostendens vnam esse potentiam,species autem plures habere.

17 ‖ *Vbi alimentum præter naturam plus ingestum est, hoc morbum facit: ostendit autem sanatio.*

1.de Dijs febr.3.32.f

Quod in altero aphorismo uniuersaliter dixit,hoc nũc in una specie docet. Vniuersalis enim est hic

A est hic sermo: ‖Non satietas, non fames, neq; aliud aliquid, bonũ, quod modum naturæ excedat: uerum propositus nunc aphorismus, de una re, scilicet satietate, pronunciat. Plus. n. alimenti, q̃ mõ naturæ conueniat, satietas seu repletio, græce πλησμονὴ, noĩatur. Semper igitur, id quod plus est, ad aliquid dr̃. Verum in nostris corporibus duplex est, unũ quãtum ad uasorum capacitatẽ, alterum quantũ ad illã, quæ nos gubernat, naturã: de quo nunc Hippocrates docens, alimẽtum copiosius dixit esse præter naturam: ne eos, qui ita cibis sunt repleti, ut uenter extẽdatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros læsionẽ: neq; eos, q̃bus aliq̃d deest ad cõceptaculi mẽsurã, †pauca assumpsisse, & oĩno illa bñ cõcocturos. Nã & priores cõtingit, q̃ uẽtriculũ repleuere, cõcoquere, si eorũ natura fortis extiterit: & secundo non posse concoquere p̃ p̃ imbecillitatẽ, tũc præsertim, cum priores assumpserint cibos cõcoctu faciles, secundi uerò cõcoctu difficiles. Sic & in distributione alimẽti, potẽtia sanguifica illi proportionalis, quæ in uentre cibũ cõcoquit, aliquando ex imbecillitate non alterabit humorẽ ad uenas distributũ, ẽt si mediocris esse uideatur. Ali q̃ñ mediocri copiosiorẽ prõpte in sanguinẽ trãsmutabit, partim ex sui robore, partim ex humoris natura ad coctionẽ idonea. Eodem modo, & tertium alimentũ (quod maxime proprium alimentũ nominamus, id dico, quod partibus aĩalis adiicitur) p̃ natura potẽtiæ, uel copiosius, uel
B non copiosius diceẽ, & uel bñ concoqueẽ, & nutriet, uel non: & iuxta hoc uel ab ipsa obtinebiẽ, uel nõ obtentũ corrũpeẽ, & morbũ generabit. Vna igitur expositio hæc est, illud, quod plus est, quantũ ad potentiã, à qua aĩalia reguntur, nobis intelligentibus. Altera, quantum ad qualitatem præter naturam, uera & ipsa. Nutritur siquidem pars unaq̃q; ex proprio sibi alimento, quod recte diceremus esse illi secundum naturam. Cum igitur aliquando ad ipsam peruenerit aliquis humor, qui alteri quidẽ parti sit secundũ naturã, ipsi uerò alienus, & præter naturã: malum qui dẽ hoc existit, nõ tñ ex necessitate sequetur morbus, ubi exigua portio fuerit. Nam, cum neque illa medicamenta, q̃ corpus nostrũ possunt corrũpere: sicuti mandragora, papauer, atq; cicuta, possint sine quantitate nocere: multo minus huiuscemodi humor, qui præter id, quòd nõ corrũpit, ẽt alias partes enutrire potest: alioqui ipsum neque alimentum uocasset, nisi tali esset natura præditus. Sicuti igitur, si parum aliquid spiritus per gulam ad uentriculũ deferretur, aut potæ humiditatis pauxillum ad pulmonem per asperã arteriã dilaberetur, neq; uẽtriculus, quo ad hoc, ægrotaret, neq; pulmo: eodem modo se res habet etiam in aliarum partium alimento. Iam uero & tertia quædam expositio est à quibusdam inuecta, qui nos accipere iubent, p̃ter naturam, proualde, & exuperanter, ac si ita diceretur: ubi alimentum exuperanter intrauerit, id morbũ facit.
C Nam alimentum paululum mediocritatẽ excedẽs, nõdũ posse facere morbum, sed adhuc seruare corpus intra latitudinẽ sanitatis, uera quidẽ & hæc est sententia. Oportet siquidẽ alimẽtũ, qd̃ morbum facturum sit, non paruo aliquo excedere exquisitã mediocritatem. Verum nõ est mos ob hoc sermonẽ distinguere. Solent. n. ipsum tantummodo genus enunciare, uel exustionẽ, uel frigefactionem, uel cruditatẽ, uel corruptionẽ humorum, & quæcunq; alia hmõi morbum facere dicentes, quasi nos in singulis horum effatu dignam quantitatẽ subintelligamus. Eodẽ igitur modo, & alimentum excedes dicunt facere morbum, non adiicientes multo, cũ nos nõ lateat: quòd, si quintadecima unius drachmæ parte mediocritatẽ excesserit, nõdum potest morbũ efficere: uerum, si hic excessus multiplicetur, faciet, & ipse aliquando morbum: ex genere. n. causarum est una, quæ morbos cõmittendi uim habẽt. Secundum hęc igitur tertia expositio, etsi quã maxime uera sit, mihi tñ uidetur esse curiosior, q̃ deceat ueterũ cõsuetudinẽ, prẽter id, q̃ uiolentius exponit uocis illius, prẽter naturã, significatum. Verba aũt, quæ in fine aphorismi scribunt, ubi ait. Ostẽdit aũt sanatio: melius scriberentur cum coniunctione, &, hoc mõ: Ostendit autẽ & sanatio. Neq; enim sola sanatio ostẽdit alimẽtũ, ubi plus moderato ingestũ est, facere morbũ, sed & rei natura indicat, conteſtante etiã sanatione. In omnibus siquidẽ artibus, iis, quæ recte sunt
D excogitata, accedit etiam ex euentu testimonium. Quodnã igitur illud est in præsenti sermone? ea, quæ sequitur ad noxiorum humorum euacuationes, sanatio, quod etiam testimonium Herophilus in tritemporea significatione uocata assumpsit. Siquis enim plus consueto assumpserit cibi, æquabili aũt prioribus, aut ẽt minori utatur exercitio, moxq́; aggrauato corpore, cũ rubore atq; tumore uenarũ incipiat febricitare: non absq; ratione quispiam illũ ex multitudine febricitare existimauerit. Si igiẽ euacuatus inde iuuatur, statim existimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdẽ simili mõ euacuandi, nõ expectantibus empiricorum obseruationẽ, quã ipsi aiunt eorum esse, q̃ sæpissime in eisdem eodẽ modo contigerunt. Forte igitur in aphorismo adiecta erat coniunctio, et, deinde aliquis tanquam superfluam ipsam abstulit. Forte autem et ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absq; coniunctione. Ostendit autem sanatio: ac si ita dixisset. Iis. n. quæ prius dicta sunt, ita se habẽtibus, ut dictũ est, hoc est pluri alimẽto præter naturam cõprehenso in corpore, ubi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur, argumento erit morbum aduenisse ex multitudine alimenti. Quòd autem euacuationem simpliciter Hippocrates dicere consueuerit, quando humores oẽs ęqualiter euacuantur: purgationẽ autem, q̃ñ praua affecti qualitate, meminisse oportet: et q̃ præsens sanatio, non à purgatione facta, sed ab euacuatione, attestatur illi, quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omniũ humorum

† Al. ex antiquis quique pauca assumpsere, omnino, &c.

supra, Aph. 4.

morum æqualiter(quæ quidem exquisitissima est)fit per uenę sectionem.Proxima aũt huic est, E
quæ per malleolorũ scarificationẽ,ut nos facere consueuimus,et q̃ per exercitia, uel frictiones,
uel balnea,et præterea ex accidenti per inediã.Dixi aũt ex accidenti,qm̃ non ꝑ se ipsam inedia
euacuat,ut singula antea dicta uerum naturali mõ per transpiratione euacuatio quidẽ fit, q̃ nul
lo accedẽte alimento in locũ eius,quod fuit euacuatum,tũc sensu manifeste deprehẽditur, q̃ an
tea latuerat.Hæc igit̃ sufficiãt ad aphorismi ex positionẽ. Qui uerò vult sermonẽ de multitudi-
ne diligentius perlegere,unum habet librum integrum à nobis conscriptum,cui titulus est, De
multitudine.Nunc uero hoc tm̃ sufficiet adiungere iis,quæ prius à nobis sunt enarrata,ꝙ incipe
re quidem põt ea,q̃ ad uires refertur multitudo,absq; corruptione:uerum nõ põt bona perma-
nere:nam oĩno necesse est,ut scd̃um qualitatem transmutetur, et processu tẽporis corrumpaṫ.
Verum,et si istud fiat,interim multitudinem ipsam noĩabimus,donec ex superflui euacuatione
residuum bonum fieri possit.Quod.n.in uinis accidit acescentibus : tale quiddã, & in sanguinis
alteratione cõtingit.Quod aũt in uinis accidit,tale est:Vbi ex toto acida facta sunt, non redeũt
rursum ad uini naturã:paruo aũt in ipsis facto momento, ita ut acidum quidẽ habeant saporẽ,
nondũ tm̃ acetum sint,multa multoties ex his pristinã naturam recuperarunt. Hoc idem in san-
guine euenit:nam & ipse,ubi magna in eo sit facta corruptio,non redit amplius ad habitum na F
turalem:si uero pauca contigerit:ubi id,quód est superfluum,fuerit euacuatum:quod residuum
existit,ad suam naturam restituitur.Et quidem consuetum est huiuscemodi dispositionẽ,nõ cor
ruptionem,sed multitudinem nominare:illa(ut dixi)sola uocata corruptione,quę tam effatu di
gnam habet eam,quæ ad id,quod præter naturam est,euersionem,ut non possit iterum ex natu
rę coctione ad primam humoris redire bonitatem.

3.de Caus.is pul suum 4.99.c

18 ‖*Eorum,quæ uniuersim,& uelociter nutriunt, ueloces quoque fiunt excretiones.*

Velociter quidẽ nutrire accipiẽdũ est ab ipso dici ea,quæ paruo post assumptionem tempo-
re statim nutriunt,suæ naturæ ratione:quã in iis exploramus ꝙ integra sanitate fruunt̃. Vniuer
sim aũt quæ,postquam alere cœperunt, exiguo tempore totum ex se prestant corpori alimẽtũ.
Talia igitur,quantum ad hoc solum attinet,ꝙ uniuersim nutriunt,ẽt ueloces habebunt excretio
nes.Si uero aliqua adsit acritudo excitãs ad excretionẽ,aũt lẽtor,ob quẽ magis retineaṫ:illa q̃-
dẽ uelocius ad excretionẽ prorũpent ,hęc uero tardius.Celerrime igitur,& maxime uniuersim
uinũ alit:tardissime aũt,& paulatim caro bubula,& cochleæ,uerticilli marini,squillæ,cammari,
atq; locustæ,&(ut summatim cõprehendam)quęcunq; dura carne constant:eandem cum his na G
turã hñt,& casei duri,carnes salitæ,lentes,ac bulbi,nec non oua , usquequo induruerint,elixa-
ta.Hęc enim omnia multo post assumptionem tꝑe,atq; paulatim nutriũt.Indiciũ aũt tibi sit id,
quod assumptum est,iam nutrire,in pulsibus quidem uehementia,ac magnitudo:in motibus ãt
uoluntariis robur nutritis adiectũ.ipsum uero præcipue oportet explorare in illis, qui sunt disso
luti,uel propter euacuationẽ aliquã sensibilem,uel ꝓpter laborem superfluum,uel propter ine-
diã.In hisce igitur,q̃ supra diximus,oĩbus tardæ fiunt per aluum excretiones , hoc est lõgo post
assumptionẽ tẽpore:in contrariis uero,ueloces.Maxime aũt omnium cõtrarium est uinum,ce-
lerrime(ut diximus)nutriẽs:post ipsum uero per ordinẽ alia,de ꝙbus sermonem faciã,primum
de uinis ipsis percurrens.Etenim aquosa ex eis,paucissimũ præbent corpori alimentũ.Sunt aũt
hæc colore quidẽ alba,tenuia uero sub̃a.Crassa aũt,& fulua multo quidẽ magis his corpus alũt:
sed tm̃ uincuntur à nigris in nutriendo plurimum,quantum superant in præstando uniuersum,
& uelox alimentum.Quæcunq; uero alba quidem sunt,sed crassa:minus quidẽ his alũt,plus au-
tem tenuibus,& albis nutriunt:sed neq; uelociter,neq; uniuersim alunt.Quãtũ uero in hisce dif
ferunt,tm̃ & in excretione.Aquosa.n.celerrime per urinam excernunt̃,quia celerrime tota ferè
anticipant resumi.Ex aliis uerò oĩbus,quãtum aliquid uentrẽ subierit manifeste,proportiona- H
lẽ nutritionis tempori habet excretionem.Hoc idem in aliis oĩbus accidit.Nam succus ptissanę
non multo post assumptionem tẽpore uidetur nutrire , non tm̃ multum præbet corpori alimen-
tum,idq́; breui tempore uniuersum.Alica uero neq; paucum,neq; uniuersum,sed in multo tem
pore multum præbet alimentum.Oportet autem ea,quæ inuicem cõparantur, esse secundũ sub
stantiam similia,et nõ esse hoc quidem exquisite humidum,hoc uero extreme siccũ.In ptissana
igitur,et alica,et huiuscemodi omnibns,quæcũq; parãtur ex miliis,uel fabis,uel aliis quibusdã
fructibus,eodem modo se habeant, quæ comparantur,secundum substantiæ qualitatem.In car
nibus autem propria quidem est uniuscuiusq; consistentia.Sed comparare ipsas oportet secun-
dum modum,quo parãtur,uel utrisq; assis,uel eodem modo elixis. Auferre autem oportet dum
parantur,mordaces humores,quemadmodum in brassica,ac in leguminibus,si certam uelis ha-
bere experientiam eius,quæ in ipsis alit,substantiæ.Auferũtur autem humores dicti,si,dum eli-
xantur,ab una aqua ad aliam transferantur.Si igitur adhibita distinctione,diligentem omnium
feceris inquisitionem: inuenies omnia , quæ quidem in pauco tempore nutriunt (hoc enim est
uniuersim)et paruo post assumptionem tempore(hoc enim est uelociter) etiam uelocẽ habere
excretionem,quando hominibus eodem modo affectis exhibentur(nam, et hoc in talibus om-

nibus

A nibus oportet præfinire)quæ uero cõtrariam naturã hñt,tarde excerni.Cauſam horũ inuenies ex iis,quæ oſtenſa ſunt in cõmentariis de potentiis naturalibus. In his ſiquidem oſtendebatur uentriculus prius cibis frui,familiarem ſibi ſuccum ex illis attrahens, & ſuis apponens tunicis, mox,ubi hic eſſet ſaturatus,tunc ipſos emittere ad excretionem. In hoc autem tẽpore,& hepar oſtendebatur ex cibis attrahere,ubi indigeret alimẽto: nam,ſi non egeat,illo, qđ prius aderat, perfrui:eadẽ quoq; ratione trahere rurſus ex hepate totum corpus,quo tempore,& ipſum indiget alimento.Vnde,in quibus totum corpus eſt uacuum,quiſpiã maxime poſſit experiri, qui cibi ſint uniuerſum,& uelociter nutrientes:quibus & illud(ut diximus)ineſt,celeriter tendere ad excretionẽ,quantũ ad id attinet.Verũ nõ nulli dixere eã,quæ fit ex toto corpore,euacuationẽ, ab ipſo excretionem nominari,ut idẽ ſit,quod nunc docetur,ei,quod dixit in libro De alimento,ubi inquit‖Alimẽtũ,quod difficulter alteratur,difficulter abſumitur:quod facile apponitur, facile abſumitur.Quod dictum ueriſſimum quidẽ eſt,nõ tñ proprie uidetur accipi ſub appellatione excretionis:nã magis proprie dr de ea,quæ ſolum fit per uentrẽ:poſſumus quidem, & ipſam intelligere de ea,quę fit ex toto corpore.Differt enim,excretionẽ(græce διαχώρησιν,)an ſubductionẽ(græce ὑποχώρησιν)dicas.Subductio igitur ſolũ de iis dr,quæ per aluum deiiciuntur: contingit B autem excretionis uocabulum utriſq; eſſe cõe.Carnes itaque ſuillę,& quęcunq; lentos ac craſſos humores habent,in tempore faciunt ex toto corpore tranſpirationem. Olera uero,& piſces ſaxatiles,& ſimpliciter quæcunq; tenuẽ habẽt humorẽ diſtribuẽdum, celeritate quidem diſtributionis,atq; appoſitionis exuperant,ſtabilem uero naturam non habent,ſed facile diffluant.

in lib. De Alim. circa finem.

de Nat. hum. com. 1. t. 1. 1. 17. c. Et com. 2. t. 17. clxxx. e

19 ‖*Acutorum morborum non omnino ſunt certæ prænunciationes,aut ſalutis,aut mortis.*

Acuti morbi,præter id,q̃ celeriter iudicantur,ſtatim ẽt magnitudinem hñt.Nam febres diariæ,quas Græci ephemeras uocant,licet cito finiantr,nõ tñ acuti morbi nominantur. Duplex ãt eſt acutorum morborum natura.Vel enim ab humoribus calidis ſolis,‖qui nullũ obſedere locũ, ſed ęqualiter in oĩbus aĩalis partibus ſunt:uel loco aliquo patiente fiũt,ut in morbo laterali,pulmonis inflãmatione,angina,febresq;,ut plurimum in acutis morbis ſunt continuæ.Rari.n.ſunt ex ipſis,quibus febres non adſint,ut morbus attonitus,quẽ Græci apoplexiam uocãt.morbi uero longi ob craſſos,lẽtos,ac frigidos fiunt humores,q̃ nõ facile cõcoqui poſſunt,& in patẽtibus partibus impacti ſunt,atq; agglutinati ita,ut eorum diſpoſitiones magis præduris tumoribus,q̃ inflãmationibus aſſimilentr.Pauci uero ex ipſis fiuntr̃per cõpaſſionẽr̃abſq; loco patiẽte:in q̃bus C uenæ oẽs æqualiter hñt humores,uel atribilarios,uel pituitoſos putreſcẽtes. In his igitur oĩbus uidetur Hippocrates fidere præcognitionibus,in acutis uero non oĩbus. Sed aliquãdo falli præcognitionẽ confitetur.Tale eſt.n.quod dicit,non oĩno,negatio cum fit:nõ omnino.n.idẽ, quod non prorſus, ſignificat:eſtq; nõ oĩno perinde,atq; non in oĩbus,quod genus ſermonis uſurpare cõſueuerũt,qñ pauca ex multis uolunt excipere,ut cũ dicunt,non oẽs hoĩes mali.Qui.n.hoc dicit,oſtendit pauciſſimos eſſe bonos.Ita igitur & nunc Hippocrates oſtendit,inquiens,non oĩno certas eſſe in morbis acutis prænunciationes,tanq̃ aliqñ,quamuis raro,†medicus aberret:iſtud autem fit propter ſubitam in iudicatione permutationem,quæ naturam humorum ſequitr morbificorum,& quia non nunquam humor noxius ex uno loco transfertur ad alterum.

† ἄριστος *id eſt optimus,additur in antiquo quodã codice.*

2. Aph. 43. 18. e Et Aph. 53. 19. e

20 ‖*Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta eſt,iis ſeneſcentibus exiccatur. Quibus uero iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt,iis ſeneſcentibus humectatur.*

Quòd quidem hoc ex magna parte fiat,& nõn ſemper,oſtendit ipſe inter ſequentes hunc ſcribens aphoriſmum:‖Quicunq; aluos humidas hñt,ſi quidem iuuenes fuerint,melius degũt,iis,q̃ ſiccas hñt:ad ſenectam uero deterius:nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccantr. Oportet ãt D humidas,& ſiccas aluos intelligere nõ ſimpliciter,ſed eadem uictus ſeruata ratione.Si quis.n.in iuuentute Alexãdrinorũ uictu uteretr,ſalſis utẽs cibis,& porris, zythũq̃; ſuperbibẽs,in ſenectute uero nihil horũ aſſumeret, ſed lentẽ eſitaret,& uinũ auſterũ inſuper biberet:male diceremus huius hoĩs deiectiones ætatis rõne permutari.Sic,& ſiquis in iuuẽtute lẽtibus,& meſpilis ueſceretur,uinumq̃; auſterũ potaret,in ſenectute aũt uictu uteretr Alexandrinorũ,atq; ita cum uictu excretiones mutaret:nõ recte iudicium fecerimus.Sed,cũ oĩa alia,nõ ſolũ,q̃ ad cibos attinent, paria agenr̃,& deiectiones cõmutabunr̃:tunc rectum fiet iudiciũ de iis, quæ ab Hippocrate in aphoriſmo dicuntur.Varianr̃ aũt deiectiones ætatum ratione ſcđm eas,q̃ in corpore mutãtur, diſpoſitiones,ex quibus aluus ſiccior,humidiorve fit.Quæ nã uero ſint hæ diſpoſitiones,unũ eſt ex iis,quæ quæruntur:atq; adeo longum mihi futurũ ſuper hoc ſermonem exiſtimo,ſi proprias ſtuduero adhibere demonſtõnes,ut unus ĩteger liber futurus ſit neceſſarius. Sed hoc alias forte à nobis fiet:nunc breuibus capita expediam,iis utẽs,quæ in cõmentariis de potẽtis naturalib⁹, & de cauſis accidentium demonſtraui.Plus,q̃ conueniat,fit aluus humida,quando cibus in chylum in ipſa conuerſus,parcius diſtribuitur:ſiccior rurſus,cum omnis humor in ipſa contenttus, ad hepar fertur.Cauſa uero,ob quam parcius diſtribuitur,eſt,aliquando quidem,quia plus aſſumimus,quàm hepar indigeat:interdum uero quoq;,quia citius deijcitur,q̃ hepar attrahat. Nã,

inferius, Apho. 53. 19. e

eum cibus modum excedit,eius ſuperfluum derelinquitur,ubi hepar tm̃ ad ſe attraxerit,quan- E
to indiguerit.Cum uero ꝓperat ad exeundum,nō ꝓuenit hepar tm̃ attrahere,quātū ipſi eſt ne-
ceſſarium.Citius āt feſtinat ad exitum id,qđ excernit̄,nō nunquā ob multitudinē bilis ad aluū
fluentis,quæ irritat ad expulſionem,non nunquam uero ipſa alui potentia retentiua facta debi
liori,expulſiua uero eius atq; inteſtinorum forti exiſtente.Plura igitur appetimus, cum os uen-
triculi(in hoc enim uis appetendi præcipue conſiſtit)frigidiorem habuerit tēperaturam. Sic ue
ro & hepar minus attrahit propter frigiditatem.Vim aūt retentiuam habet uentriculus imbecil
liorem propter humiditatem,ſicuti propulſiuam fortiorem propter ſiccitatē. Senum igitur cor-
pus,cum frigidum efficiatur,tm̃ augeri contingit in ore uentriculi frigiditatem,ut ad inappetē-
tiam fiat tranſmutatio,atq; ita excrementa exiccentur inopia eorum,quæ aſſumuntur, ut diſtri
buantur.Sic & quicunq; ob multitudinem,uel naturam humoris bilioſi aluum humectā habēt,
ad contrarium tranſmutantur,cum hic humor nō amplius in ſenectute multus generetur. Qui-
bus uero ob uirtutis retentiuæ debilitatē aluus humectatur,nō oībus tranſmutatio aduenit,ſed
pro quantitate caloris adiuncti. Si enim ſtatim ab initio frigidiorem habuerit aluus temperatu-
rā:mox ad immodicam ueniens in ſenectute in frigiditate intēperiē,uirtutem retentiuam ęque
habebit imbecillē,qm̃ oīs immodica intemperies operationes exoluit.Quod ſi exquiſite calida F
fuerit ad longiſſimum uſq; ætatis proceſſum,fortē habebit operationem retentiuā, ut q̄ neutrā
habeat exquiſite intemperiem,neq; eā,q̄ eſt ſecundum ſiccitatem(ſiquidem erat omnino humi
dior natura:alioqui non habuiſſet debilem uirtutem retentiuā)neq; ſecundum caliditatem:hoc
enim ſupponebatur.Liquet igitur,ꝙ ferè oībus,qui aluos habent natura humidiores, fit ad con
traria ſeneſcentibus tranſmutatio:qui uero ſicciores, iis fient in ſenectute humidiores propter
*Al.cauſas. cōtrarias*tēperaturas:uel.n.quia minus aſſumitur alimēti,q̄ potentiæ hepatis congruat,uel pro
pter exiccationē,uel quia parū bilis confluit ad aluum,uel ꝑꝑ potentiæ retentiuæ robur excre-
menta erunt ſicciora.Ex his āt,ꝙ parum appetant,& citius impleātur,fit propter partium appe
tentium caliditatem.Quòd uero cibus aſſumptus exuccetur,contingit, uel mediocriter ſe ha-
bēte hepate ſcd̄m tēperaturā,uel paulo plus mediocri calidiore.Quòd uero pauca bilis cōfluat
ad aluum:hoc ex eo accidit,quia ēt pauca generat̄ ob uiſceris frigiditatem. Fortis āt iuuenibus
ineſt retentiua potentia,qm̃ ad ſicciorem uergunt temperaturam. Non abſq; rōne igitur in om
nibus,quos diximus,ſenibus fit ad contraria tranſmutatio.Nam,qui non appetunt ob caliditā-
tem,in progreſſu ætatis plus ēt appetent,q̄ poſſit hepar euincere. quibus aūt ob innatam ſicci-
tatem uirtus retētiua fortior extiterat,iis ſeneſcentibus fiet imbecillior ob ſiccitatis exceſſum: G
& ea ratione excrementa humectabuntur,qm̃ ciborum exitus feſtinat.Quibus uero propter bi
lis defectum tardante excretione,ob exitus morā multum humiditatis abſumitur, fieri poteſt,
ut eadem diſpoſitio perſeueret:Fieri ēt pōt,ut propter immodicā hepatis frigiditatem, ad ſatis
magnam perueniente alimenti diſtributionc imbecillitatem,fiant excrementa humidiora. Hæc
in præſenti dicta ſufficiant de cauſa earum,quæ fiunt in ætatibus,permutationum,quantum ad
alui attinet humiditatem,ac ſiccitatem:q̄ ꝑꝑ breuitatem ſunt futura obſcura iis, q̄ in nuper di-
ctis commentationibus non ſunt exercitati. Sed poſt hac aliquando uno integro uolumine cla-
riorem doctrinam faciemus:nam,quod ad uſum artis attinet,hoc ſolum ſcire ſufficit,quod fuit
ab Hippocrate dictum,etiam ſi cauſa non adiicitur.

21 *Famem,thorexis,ſoluit.*

Thorexin noīare cōſueuit ipſam uini potionē.In libro ſiquidē de natura hominis,& de uict⁹
de Nat.hum.cō. rōne,in hunc modum ſcripſit:‖Liquet enim,ꝙ uictus ſingulorum non ſunt cauſa qm̃ oēs, ſubin-
2.t.3.7.182.b de morbo corripiunt̄,iuniores,& ſeniores,uiri,ac mulieres,ſimiliter aūt thoreſſomeni, & aquæ
potatores. Cū ergo aquæ potatores thoreſſomenis opponat,oſtēdit ſe per thoreſſomenus uinū H
potantes intelligere.Quare & hic thorexis,uini potus ab ipſo dicitur,quem dicit famā ſoluere:
non(per Iouē)quēcunq; defectū famē noīans,(ſicuti nō nulli arbitrant̄)ſed neq; illā,quæ cū ap
petitu naturali fit,ſed eā quam hñt,qui hac paſſione laborāt,uehementē,& indeſinentē ciborū
appetentiā:quā medici quidā appetentiā caninā noīant.Talē.n.famē,uini potio ſanat nō eā, q̄
uel ex longa inedia,uel alui profluuio,uel fluxu ſanguinis,aut aliqua alia facta eſt euacuatione.
Nam,qui ex tali aliqua indigent cauſa,non modo non aliquam ex uini potu capiunt utiliatem,
ſed etiam plurimum offenduntur,qm̃ & conuulſionibus,& deliriis ſtatim corripiuntur,ſi,ante-
quam cibos aſſumant,uinum potauerint. Qui uero famem,quam diximus, patiuntur,iis uini
potus,non cibi multitudo, remedium eſt. Equidem multos ipſe ſanaui, qui indeſinenter fame-
ſcebant,uinum ipſis abundanter exhibens ex eorum genere,quæ ſufficienter calefaciunt. Neq;
enim acerba uina talē famē ſanant,ſiquidem neq; calefaciunt: ſed,quæ colorem fuluum habēt,
uel rubeum,abſq; aſtringente ſapore,maximo ſunt illis remedio,qui canino laborant appetitu.
Oportet ſiquidem, cum ad prandium accedunt,primū illis afferre pinguia edulia,atq,(ut ita di-
xerim)oleagina,& alia,q̄cunq; ex multo parantur oleo,maxime uero nihil auſterum,aut acer-
bū offerat̄:poſtea unū aliquod ex uinis,quæ diximus,etiam ſi nondum ſitierint,potandum da-

ri

A ri præcipiemus. Statim enim fames tali uictu mitigatur, atq; ita longo tpe faciendo, ceſſat omni no: & hoc mihi magis uidetur in præſenti aphoriſmo Hippocrates docere. Cum canini appetitus fieri conſueuerint uel propter ſolam intemperaturam frigidiorem, uel propter humores acidos, quos exorbuit os uentriculi: & hæc ambo ſanare poſſit uinum, quod diximus: nõ ſine rõne uini potio ceſſare facit caninos appetitus. Qui uero putant uehementem eſuritionem, quã Græci bulimon uocant, fuiſſe nunc famem ab Hippocrate nominatam, non recte mihi uidẽt eiꝰ ſermonem accipere: primum, quia ipſum pro generali, atque uniuerſali faciunt ſpecialem, ac particularem: deinde quia mentiuntur: nam paſſio bulimos nominata, eſt caſus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam.

22 ‖ *Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio: &, quicunque ex euacuatione, repletio: & aliorum, contrarietas.* Idem ferè in li. de Nat. hum. cõ. 2.t.1.7.181.e

Non, ſi quid factum eſt à repletione, neq; ipſa nõ amplius exiſtente ſiquid remãſerit, id curat euacuatio, ſed, quęcunq; eo ipſo, quo fiunt tpe, curare aggredimur, euacuatione indigent. Quòd quidem igitur multitudo morbum efficiat, antea dictum eſt: ꝙ autẽ euacuatio ſit eius curatio,
B non opus eſt dicere: ſicuti neq; de omnibus aliis cauſis, quæ morbos committunt, quòd per contraria curentur. Neq; enim aliud quicquam quimus excogitare, præter cõtrarium cauſis morbos efficientibus, ſicuti in morbis ipſis iam factis rurſus conſiderabimus: quemadmodum & in caſibus, qui eos ex neceſſitate cõſequuntur. Sed nunc de iis morbis, qui adhuc fiunt, ſermo à nobis habetur. Liquet igitur, ꝙ una cum cauſis ipſos facientibus deſtruuntur. Cauſarum uero faciẽtiũ abolitio fit à contrariis: ſi.n. ex refrigeratione morbus fiat, curatio eſt per calefactionem: ſi uero ex calefactione, per refrigerationẽ: ſic, & ſi propter repletionem morbus conſtituatur, tũc oportet repletionẽ euacuare: ſicuti, & ſi ꝑꝑ euacuationẽ, reficere protinus conuenit. Etiãſi nõ nullis uideatur nũquã fieri ab euacuatione morbũ: exiſtimãt ãt (ut apparet) huiuſcemodi homines ſolã febrem eſſe morbum: ꝙ ſi didiciſſent quãlibet lædẽtem operationes diſpoſitionem, morbum eſſe, & ꝙ à uehementibus intemperaturis operationes læduntur, haudquaquã dubitarẽt, an fortes euacuationes morbos efficiant. Sanguis enim, cũ ſupra modũ, aut ex utero muliebri, aut ex uenis, quę hęmorrhoides appellantur, aut ex ulcere fluxerit, tunc uel oẽs, uel plurimas operationes ii, qui ita affecti ſunt, offenſas hñt. Nõ nulli uero ipſorũ nõ modo hæc patiuntur, uerumetiã aqua inter cutem corripiuntur. Lõgæ ãt inediæ iis, qui calorem habent ad igneam naturã pro-
C penſiorem, præter alia mala, inſuper afferunt febrem. Quantum igitur ueritas ipſa, atq; utilitas exigebat, à nobis quãuis dictum ſit, his tñ addamus aliquid propter garrulos, quales ſunt recentiores quidã medici, q de nominibus altercantes putant, ſe de rebus ipſis habere ſermonẽ. Hi igitur ſunt, qui aiunt cauſarum efficientium morbos abolitionem nõ eſſe curationem, ſed pſeruationem. Qui primum quidem docẽdi ſunt, ꝙ de nomine litigant, deinde, quod neq; de hoc recte. Vbi enim cauſa non adeſt, quæ morbum efficiat, hic ſola curatio factorum relinquit. Vbi uero ea, quæ ineſt corpori cauſa, nondum aliquid facit, ueluti quæ plethora, id eſt plenitudo, uocat, ad pręſeruatiuã artis attinet partẽ, huiuſcemodi cauſarum deſtructio. Cum uero iam aliqd agit, miſtum iam quodam modo eſt huiuſcemodi opus ex præſeruatione, & curatione. Nã, qđ facturæ erant cauſæ illæ, prohibitum eſt fieri: & hoc ad artem attinet præſeruatiuam: quantum uero morbi iam factum eſt, propriam exigit curationem. Quapropter, cum miſta ſint talia ex pſeruatione, ac curatione, ꝓprio caremus nominet: atq; idcirco aliàs alia medici utunt apellatione, non nunquã præſeruari dicentes, ne morbus, qui iã incipit generari, ad cõplementum perducatur: non nunquã uero curari, quẽdmodum in iis, quos canis rabidus momorderit. Quæ.n. ipſis adhibentur medicinæ, duplicem habent appellationem. Nam non nunquam rabiei remeD dia dicuntur, ac ſi diſpoſitionis, quę rabiem fecerit, dicerentur. non nunquam uero non remedia præſentis diſpoſitionis appellantur, ſed à rabie futura præſeruantia.

1.de Dieb.de cret.4.154.c. Et.155.b.d.& 156.c.d.e in Progn. cõ. 1.2.25.4.195. b.& com.3.t. 25.209.h

23 ‖ *Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.* Idem in lib. de Iudicationibus & in Coacis prænotionibus iiſdẽ uerbis.

Acuti morbi magni ſunt, & ad ſuum uigorẽ celeriter properant. Nõ abſq; rõne igitur in pauco tpe, & magnas faciunt permutationes: quod idẽ eſt, quod iudicari. Huiuſcemodi enim ꝓmutationes, qñ repẽte in morbo fiunt, Hippocrates criſes uocat, id eſt iudicationes: in ꝙbus nõ nũquam ſubito integra ſanitas reſtituitur, aut moritur æger: non nunq̃ uero magna fit ad ſalutem, uel ad mortẽ permutatio, non tñ aut ſubito ſanant, aut moriuntur: ita ut quatuor ſint in ipſis ſubitæ permutationes, quas ipſe docuit in primo libro Epidemiorũ, inquiens: ‖ Ad ſalutẽ, aut mortem, uel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quòd uero ſit neceſſarium ob morborum magnitudinem, ac † caſuũ uehementiã, uel cito uires proſterni, adeo ut homo moriat: uel ad noxiorum humorũ excretionẽ excitatas, ſi modo quos inuaſerint, exuperent, bonã ſeq; iudicationẽ: ſin ãt exuperent, malã: unicuiq; manifeſtum eſt. Propterea igitur fieri nõ põt, ut in longum tẽpus iudicatio differatur in morbis acutis. Terminũ igit ĩ hiſce oĩbus Hippocrates poſuit duas ſeptimanas, tanq̃ nullus eorũ ulterius progrediat: uerũ ante quartumdecimũ diẽ multi poſſint iudicari.

1.Epid. com. 3.t. 16.3.120.e

† *Symptomatum.*

Etenim

Etenim undecimus,nonus,ſeptimus,& quintus multos uiſi ſunt iudicaſſe in libris Epidemiorũ. E
Iudicat aũt,& ſextus nõ nullos,ſed non bene,ſicuti in libris De iudicatoriis diebus plenius oſtẽ
dimus:in quibus dignum putamus illũ exercitatũ eſſe,q̃ ea aſſequi debet,q̃ Hippocrates breui
ſermone perſtrinxit.Quæcunq; uero iudicationes ſunt ueluti imperfectæ, iis finẽ imponit aliq̃s
in Progn. cõ.3. t 3.5.4.207.b,c alius dies ex eorũ numero,q̃ deinceps ſequunt̃, de q̃bus quales nã ſint,in libris ,,pgnoſticis‖Hip
pocrates docuit;& hic de ipſis aliquid in ſequẽti docebit aphoriſmo.Eſt aũt,& harũ imperfecta
rum iudicationum terminus quidam ulterior,ultra quem non amplius fieri progreſſus põt,dies
quadrageſimus. Quicunq; igitur morbi intra diem quartumdecimum integre iudicantur, hos
ſolet Hippocrates acutos ſimpliciter nominare.Quicunq; uero*imperfecte iudicati,ſeruati fue-
rint in ſequentium iudicatoriorũ dierum aliquem uſq; ad quadrageſimum,hos non ſolet ſimpli
citer acutos nominare, ſed appellatione compoſita his oĩbus uerbis,acutos,qui in quadraginta
diebus iudicantur.Verum manifeſtius illi declarant, qui eoſdẽ morbos,acutos ἐκ μεταπτώσεως.i.
in Progn. com. 1. t.25.4. 194 h ex decidentia uocant.De his igitur in Prognoſtico‖ſcribit in hũc modum.Oportet aũt exiſtima ,,
re ſpirandi facilitatẽ magnã habere uim ad ſalutẽ in omnibus acutis morbis,q̃cunq; febres hñt ,,
adiunctas, & in quadraginta diebus iudicantur. Nunc uero in aphoriſmis de acutis ſimpliciter, ,,
enunciãs,ait,eos intra quartũdecimũ diẽ iudicari:nõ(per Iouẽ)hoc dicẽs,qđ nõ nulli exiſtima F
runt,eſſe quatuordecim numero dies,qui in his morbis faciãt iudicationẽ. Nam ſecundum hãc
expoſitionem,ẽt illos dies,qui iudicant morbos acutos ex decidentia noĩatos dicemus eſſe nu
mero quadraginta,cum idem loquendi modus in utriſq; ſit:hic quidẽ,cũ ait, Morbos acutos in ,,
Ibidem. quatuordecim diebus iudicari:in Prognoſticis aũt,‖cũ dicit. Quicunq; morbi cũ febribus ſunt, ,,
in quadraginta diebus iudicanẽ.Verũ hi non inuenientes, quo mõ poſſint oſtendere utroſq; ſer
mones,& hunc,qui in aphoriſmis ſcribitur,& illum,qui in prognoſtico legitur,ſibi inuicem eſſe
concordes:hanc abſurdam excogitarunt expoſitionẽ.Neq; enim in quatuordecim ſunt uſq; ad
quadrageſimũ dies iudicatorii,ſed cum intercidentibus quidẽ plures,abſq; illis uero pauciores,
quemadmodum clare in noſtra oſtẽdit de diebus iudicatoriis tractatione. Sed & ipſa rerum na
tura ſuffragatur ſermoni, quo dr̃ acutos morbos habere terminũ iudicationis quartumdecimũ
diem.Nullus enim inuentus eſt unquam ab initio uelociter motus, hunc tranſgredi terminum,
qui nõ aliquod ex quatuor iam dictis iudiciis unum acceperit:ſicuti quidam leues, ac parui cir
ca primos dies exiſtentes,quarto aut quinto die continui,uehementes,& acuti fieri incipiẽtes:
ad decimũſeptimũ terminarunt.Alii uero ſexto,aut ſeptimo die exacui incipientes,ad uigeſimũ
terminarunt:adeo ut morbi continui acuties nunquam poſſit plures,q̃ quatuordecim, obtine- G
re dies.Ex iis uero,qui motus hñt inæquales,multi extenduntur uſq; ad aliquod tempus ulteriꝰ
præfinitum.Dico autem inæquales habere motus, eos, qui aliquot diebus uehementiores fue-
re,poſtea ſine aliqua ſignificatione torpuerunt,deinde rurſus adaucti continuitatem acceperũt.
Si quis igitur,ut dixi, faciat in ægrotantibus obſeruationẽ; oẽs inueniet,qui per duas integras
ſeptimanas uelociter mouentur,nunquam ad ulteriorem progredi terminum.

24 ‖*Septenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octauus principium. Eſt autem, & undecimus contemplabilis:ipſe enim,quartus eſt ſecundæ ſeptimanæ. Rurſus uerò,& decimusſeptimus contemplabilis,ipſe ſiquidem quartus eſt à quartodecimo,ſeptimus uero ab undecimo.*

2. de Diebus decret. 4 154 c. Et 156 f.g. in 1. Prorreh. com.1.t.1.4. 161.e in Progn.cõ. 3.t.1.4 206.f 4. Apho. 71. 35.c.

Indices,hoc eſt ἐπιδήλους,& contẽplabiles,hoc eſt θεωρητὰς, ſolet Hippocrates noĩare dies,in
quibus aliquod ſignũ apparet futurę indicationis iudicatiuũ, in altero aliquo iudicantiũ dierũ
quos ipſe in prognoſticis,unamquanq; ſeptimanam in duas diuidens partes, per quaternarios
digeſſit.Primũ itaq; quaternarium ſeptimi diei,ſiquis ab initio numeret,indicem eſſe ait: unde-
cimum autem quartidecimi,qm̃ & hic ſecunda ſeptimana in duas partes diuiſa index prouenit.
Eadẽ ratione,& decimusſeptimus uigeſimi eſt index ex diuiſione tertiæ ſeptimanæ in duas par H
tes:illud tm̃ intereſt,q̃ hanc tertiam ſeptimanam ſecundæ coniungit, quãuis primam à ſecunda
ſeparauerit:nã eius initiũ diẽ octauum eſſe dixit,non tm̃ tertiæ quintumdecimũ,quemadmodũ
nõ nulli poſt ipſum exiſtimarunt: qm̃ neq; uigeſimum primum,terminum ſtatuit,ſed principiũ
quidẽ tertiæ ſeptimanæ quartũdecimum,finem autem,& terminum uigeſimum.Cur autẽ duas
primas ſeptimanas ſecundum diſiunctionem inuicem ordinauerit,tertiam uero ſecundæ ſcd̃m
cõtinuitatẽ,in libro De diebus iudicatoriis docuimus.In præſentia uerò ſufficit etiam ſine cau
ſa nouiſſe,quod experientia cõprobat.Nam ipſe Hippocrates plurimos ægros ſecundum talem
ordinem dierum iudicatoriorũ in libris Epidemiorũ ſcripſit fuiſſe iudicatos. Dico aũt ſecundũ
talẽ ordinẽ,ut primæ tres ſeptimanæ ad uigeſimum,ſequentes tres,ad quadrageſimum perdu-
cantur.Sic enim,& ſexageſimum, & octogeſimum diem iudicatorios habebimꝰ, & ipſos expe-
rientia cõfirmatos,quemadmodũ in libris de diebus iudicatoriis oſtendimus,illos qui in libris
Epidemiorum notantur iudicati ſecundũ talẽ dierũ ordinẽ deſcribentes.Sed,ęgrotos illos quo ,,
niã lõgum eſſet hoc in loco ſermone complecti:ſufficiet ſola ex Prognoſticis uerba in hunc mo ,,
in Progn. com. 3.t.1.2.3.4.206. d.207.b dum ſe habentia ſubſcribere:‖Febres iudicantur in eiſdẽ numero diebus,in quibus ẽt homines
liberantur,& pereunt.Nã mitiſſimæ febres,& quæ tutiſſimis ſignis incedunt,quarto die finiun-
tur,

A tur,uel antea: maligniſſimæ autẽ,& grauiſſima ſigna præ ſe ferentes,quarto die interimunt, aut
" prius.Primus igit earũ inſultus ita terminat:ſecundus uero ad ſeptimũ ducit:tertius ad undeci
" mũ:quartus ad quartũdecimũ:quintus ad decimũſeptimũ: ſextus ad uigeſimũ.Hi igit per qua-
" tuor ex acutis ad uigeſimũ ex adiectione finiunt.Hęc uerba oſtẽdunt manifeſte,ꝙ tertiam ſepti manam per continuitatẽ ſecundæ annumerat,& ꝙ decimamſeptimam indicem facit uigeſimæ.

1.de Criſibus 126 t 3.Aph.23. 24.h

25 ‖*Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues,autumnales longæ,& maxime,quæ hyemem attingunt.*

Non ſolum quartanæ breues æſtate fiunt,ſed & ęgritudines aliæ,propterea ꝙ humores ſuper flui funduntur,& per totũ corpus ferunt atq; difflant.In ꝙbus igit uires ualidæ ſunt,noxiis humoribus euacuatis,morbi ceſſant:in ꝙbus uero ſunt imbecilles,dũ noxii ſucci euacuant,unà ẽt ipſæ diſſoluunt.Quare nõ abſq; rõne nulli morbi æſtate ſunt lõgi.Hippocrates uero de ſolo omnium longiſſimo fecit mẽtionem, tanquam per exemplum de omnibus aliis ex iſto indicans.Si cuti aũt æſtate, & diſcuti humores,& uires diſſolui cõtingit:ſic hyeme cõtraria eueniunt,& humores intꝰ tãquã in latebris remanere,& uires ſeruari robuſtas.Neq; igit morbi ſoluunt manẽtibus iis,qui eos efficiunt,humoribus,neq; ęgroti moriuntur, uiribus interim ſufficientibus.

B 26 ‖*Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt,quàm febri conuulſionem.*

16.Epi. com. 6 t.73.197.e m1.Prorrh. com.2 t.50.4 175.g

Ipſe Hippocrates in ſequentibus dicet‖cõuulſionẽ fieri ex repletione,& euacuatione.Cũ igr aliquẽ ſanũ cõtigerit repente cõuelli huiuſcemodi cõuulſionẽ neceſſariũ eſt ex repletione fieri: replẽtur ãt nerui frigidis,& glutinoſis humoribus,ex quibus ẽt nutriunt:unde cõuulſionem patiunt.Hiſce igitur febris ſuperueniẽs,ſolita eſt magna,ex parte calefacere,extenuare,atq; diſſoluere.Si uero ex febribus adurentibus,totũ corpꝰ cxicceẽt,& neruis deinde ex ſiccitate cõuulſio accidat,maximũ eſt malũ,& penè inſanabile:qñ lõgũ ꝙdẽ tps exigitur ad ſiccitatẽ neruorũ remouẽdã:uehemẽtia ãt morbi tps nõ expectat,ſed cito uires diſſoluit,& ſubito exitium affert. 6.Aph.39.50.f

in 3.Epid. cõ. t.t.8.3.132.c 1.de Criſibus 413 t.e 3.de Dieb.de cr.e.4 145.c.d m1.Prorrhet. com.1.t.17.4. 171.d in Progn.cõ. 34.39.4.212. d

27 ‖*His,quæ non ex ratione leuant,non oportet fidere:neq; multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt.Plurima enim talia ſtabilia non ſunt,neq; multum durare,& permanere conſueuere.*

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris De Criſibus dictus eſt,nunc uero,quãtũ ad propoſitorum expoſitionẽ ſatis eſt,à nobis diceẽt.Cum morbus inuadit uehemẽs,& mox ſubito quieſcit,non mõ per ſudorẽ,aut uomitum,aut alui excretionem,aut profluuium ſanguinis
C corpore nõ euacuato,ſed ne uiſo quidẽ ſigno coctionis:exiſtimandũ eſt ſignũ infidũ talẽ quietẽ eſſe:ſicuti ẽt,ſiquis præter rõnẽ ſpiret difficulter,uel deliret,uel febricitet uehemẽtius,uel magno rigore corripiatur:nam & hęc quoq; firmitatem nõ hñt:tantumq; abeſt,ut malum aliquod ſignificent,ut non nunquã bonum iudicium haud ita multo poſt futurũ enuncient. Quo modo autem hæc oporteat dignoſcere,& præcognoſcere,in libris De Criſibus diximus.

28 *Febricitantium non omnino leuiter,permanere corpus, & nihil minui:uel etiam plus,quàm ratio poſtulat,colliqueſcere,malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc uero imbecillitatem ſignificat.*

Hæc uerba,non omnino leuiter, diſtinctionis gratia appoſuit Hippocrates. Si.n.ſimpliciter dixiſſet,Febricitãtium permanere corpus,& nihil minui,malum:ſermo careret ueritate. Cõtingit.n.in tempeſtate frigida cuiquam ex plenitudine ęgrotanti,nõ collabi corpus, neq; extenuari,cum febres paruæ fuerint. ſed, cũ maiores fuerint, multam adeſſe plenitudinem ſignificatur. Colliqueſcere aũt plus,q̃ ratio expoſtulat,malũ:ẽt ſi non adiiciatur,non omnino leuiter. Siue enim leuiter febricitauerint,ſiue nõ,ſignũ imbecillitatis eſt ea,quæ fit præter rationẽ extenuatio.Neq; enim putandũ eſt uerbo,συνθήκεσθαι.i.colliqueſcere ſeu contabeſcere, in proprio ſignifi
D cato nunc Hippocratẽ uſum fuiſſe,ſed magis abuſum. Recte aũt dixit in ſecunda parte aphoriſmi,magis,q̃ ratio expoſtulat:& melius eſt hæc quoq; uerba priori parti aphoriſmi adaptare,ita ut totꝰ ſermo talis efficiat:Febricitãtiũ nõ oĩno leuiter,ſed ꝑmanere corpꝰ plus, q̃ rõ poſtulat, uel ẽt colliqueſcere magis,q̃ ratio expoſtulat,malũ:ut cõiter de utroq; ꝑdiceẽt,magis,quàm poſtulat rõ.Siue.n.permaneant magis,q̃ ratio expoſtulat,ſiue extenuentur,malum eſt.Melius aũt fuiſſet,ſi hoc,quod ait,magis,q̃ ratio poſtulat,quibus finibus,ſcopisve iudicetur,aperuiſſet. Verum,quia hic doctrinæ modus aphoriſticus eſt,& ſummam conſectatur breuitatem: nos exponentes uerba,ſecundum rõnẽ,ad febris magnitudinẽ referemus,ad tps ægritudinis, ætatem,regionẽ,tps anni,& illam,quæ tunc uiget,temporis cõſtitutionẽ,& præterea ad ſenſibiles euacuationes,uigilias,curas,inedias,& motꝰ plures. Maiores febres magis,& citius corpora extenuãt ægrotantium,ſicuti & diuturnitas morbi,& ex ætatibus puerilis,atq; decrepita: ſed alia ambæ ratione.In pueris enim ꝑꝑ caliditatẽ,atq; humiditatẽ multum defluunt, atq; extenuantur corpora:in decrepita uero ætate hoc idẽ patiuntur ꝑꝑ potentiæ imbecillitatẽ.Ex regionibus autẽ, & anni temporibus,ac conſtitutionibus,calidę quidẽ, ac ſiccæ magis euacuant:humidæ uero, ac frigidæ magis aſtringunt,ac difflare corpora,atq; extenuari nõ ſinunt.De ſenſibilibus autem euacuationibus ꝙd dicere oportet?neminem enim ignorare arbitror, ut merito ex ꝑfluuio ſanguinis

guinis multo,atq, ſudoribus pluriimis,& urina ſupfluente,uel uomitu,uel alui excretione, cito E corpus extenuetur.Accedit aũt dictis cauſis,& inedia:uigiliæq;,& curę ſufficienter extenuãt,ut & plures motiones:ſed hæ raro febricitantibus adſunt:nam magna ex parte iacent quieſcẽtes. Verum aliqñ contingit moueri aliquos,qui itinere cœperint febricitare, uel urgente neceſſitate,uel ſtudio domum reuiſendi.Sed & ex delirio quidam ægroti iugiter exurgentes,uel iacẽtes quidẽ,ſed continuo partem aliquam corporis cõmouentes,aut ẽt delira loquẽtes,intra paucos dies extenuantur.Hæc quidem oĩa ægrotos reddunt macilentos,ſicuti, & contraria his corpus in maiori mole conſeruant.Signũ aũt nullum ex his eſt uirium imbecillium,ſed ſingula ſunt tñ modo cauſæ.Nam,ſicuti ex eis corpus cum ratione extenuatur,ſic & uires deſtruuntur.Abſque his autẽ corpus p̃ter rationẽ extenuari,ſignũ eſſe uirium imbecillitatis Hippocratis inquit: quã & in ualde ſenibus pro cã aſſignãtes,celerrime ipſorũ corpus extenuari dicebamus. Neq; mirũ uideri debet in iis,qui ita ſe habent,imbecillitatẽ quidẽ cauſam eſſe extenuationis,extenuationem uero eſſe ſignũ imbecillitatis:hoc enim contingit oĩbus,quę faciunt,& fiunt. Hæc quidem eſt ſententia Hippocratis,ſemper exiſtimantis eam,quæ eſt citra rationẽ, extenuationem ſignũ eſſe imbecillitatis.Nos uero adiiciamus eius ſermoni,& aliã diſpoſitionẽ,quæ cauſa eſt in febribus extenuationis.Eſt aũt hæc humorum quidẽ tenuitas,corporis uero raritas.Cum enim hæc F ambo conuenerint,celerrime corpora extenuantnr per eam,quę diffiatio inſenſibilis nominat: ſicuti in diſpoſitione contraria,craſſitudine humorum,& corporis ſpiſſitudine,neq; fit humorũ euacuatio,& permanere corpus,& nihil tunc minui de ipſius mole contingit.Hanc itaq; diſpoſitionem oſtendit Hippocrates in prima parte aphoriſmi per ea uerba.Lõgitudinem morbi ſignificat.Alteram uero contrariam prætermiſit:ſed nos & hanc adiicientes,iã totum ſermonẽ integrum proferamus,quantum fieri poteſt,breuiſſime dictum:Febricitantium non oĩno leuiter,p̃manere corpus,& nihil imminui,uel plus,quàm ratio poſtulat,colliqueſcere,malum. Nam permanere,ex acutis ſpiſſitudine accidit, & craſſitudine humorum: & propterea longitudo morbi ſignificatur. Colliqueſcere autem nõ nunquam fit ob humorum tenuitatem,& cutis raritatem: contingit uero,& ob ſolam uirium imbecillitatem.

29 ‖ *Cum morbi inchoant,ſiquid mouendum uidetur,moue:cum uero conſiſtunt,ac uigent,melius eſt quieſcere.* de Toti⁹ morbi temporib⁹ 3.88.c

Cur Hippocrates hoc conſulat,ſequẽti indicat aphoriſmo:quẽ ſiquis nuper dicto annexuerit, totum ſermonẽ talẽ efficiet:Cũ morbi inchoãt,ſiquid mouẽdũ uidetur moue:cũ uero cõſiſtũt, G ac uigent,quieſcere melius eſt.Nã circa principia,ac fines oĩa debiliora ſunt,circa uigores autẽ fortiora.Oportet ãt his adiicere uerbũ,ſymptoma,hoc eſt caſus:nã de his dictionẽ, oĩa,attulit. Diſpoſitio ſiquidẽ,ex qua caſus generãtur,quã & morbũ nominamus,nõ oĩno in uigoribus eſt fortior:uerũ in iis,q̃ ſaluari debent,melior multo,q̃ in morbi principio:in quibus ẽt Hippocrates nunc cõſulit,ut quieſcamus,in morborum initiis,ſiquid uidẽt mouentes.Nã in morbis exitialibus,non mõ,qñ ſunt ſuo uigori uicini, ſed ẽt in prioribus tẽporibus nihil mouere oportet: recordãtibus nobis,q̃ deploratos nõ oportet attingere,ſed relinquere,& morbi finẽ tãtũmodo prænunciare,Circa initia uero illorũ morborũ,in quibus ſperamus ægrotũ cõualiturũ,tentandũ eſt maiora afferre remedia:de quibus Hippocrates dixit.Siq̃d uidẽt mouẽdũ,moue.Sunt ãt hæc,maxime quidẽ uenæ ſectio,non nunquã uero,& purgatio:quorũ neutrum oportet in uigoribus adhibere.Vt enim in libro De Criſibus manifeſtauimus,coctiones morborum tunc maxime fiunt.Vt igitur hæ citius eueniant,melius eſt in principiis euacuare, quo minorẽ iã facta materiam facilius natura poſſit concoquere.Morbo autem conſiſtente, cum iam natura concoxit, ſuperfluum eſt euacuare,cum propter alia, tum quia uis animalis maxima ex parte eo tempore eſt fatigata,licet quàm maxime duæ aliæ,uitalis,ac naturalis,fortes perſiſtant. H

de Curãdi ratione per ſanguinis miſs.6.18.b

de Optima ſecta ad Thraſ. Iſagog.22.d. 27.g.28.a.e.f

30 ‖ *Circa initia,& fines,omnia imbecilliora:circa uigores uero fortiora.* de Toti⁹ morbi. tẽporib.3.88.c.& 90.a

Caſus omnes circa principia,& fines ait eſſe imbecilliores,acceſſiones uidelicet febriũ,& uigilias,atq; dolores,& faſtidium,& ſitim:ſicut ipſas diſpoſitiones,in quibus hæc fiunt,ubi morbi conſiſtunt,neceſſe eſt eſſe meliores in iis,qui debent ſanitati reſtitui. 1.de Criſib.4.t.27.c.Et.128.h

31 ‖ *Eius,qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus,malum.*

in Coacis prænotionibus,Qui ex morbis logis&c. ſupr. Aph.8.11.h

Oportebat,& hunc aphoriſmum,& illũ,qui ſequitur,adiunctũ eſſe illis,qui ſupra ſcripti ſunt, ubi dicebat : ‖ Siquis à morbo cibum aſſumens non corroboratur.In illo igitur aphoriſmo, pro uerbo, ἐυσιτέουτι, i.bene cibatur,ſeu bñ ueſcit,inquiens cibum aſſumere,de caſu aliquid docuit, ſcilicet non corroborari.Hic uero,cibum aſſumere,cõmune utriſq; ſeruauit:caſum autem uariauit,quoddam illi ſcribens proportionale.Nam huic,nõ corroborari, hoc, nihil proficere corp⁹, ſimile quodam modo eſt.Illud enim potentiæ noſtrum corpus regentis, hoc uero ipſius corporis affectio eſt,Euenitq; profecto,ut corpus non bene alatur,atq; proficiat,interdum quidẽ expotentiæ,quę ipſum nutrit,imbecillitate,nõ nunquã etiam ex malorum humorum abundãtia,

Omnes

A *Omnes ferè, qui male ſe habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes: circa finem rurſus cibum non appetunt: qui vero circa initia cibum valde non appetunt, poſtea bene appetentes: ij melius euadunt.*

Hic etiam aphoriſmus de ijs eſſe dictus uidetur,qui ex morbo conualeſcunt: non proficere enim,de his dicere conſueuerunt cum alij,tum Hippocrates ipſe. Siquis igitur bene ab initio cibatus nõ nutriat: quam ob cauſam hunc ſubit affectũ,ob eandẽ rurſus fit male appetens cibũ. Cauſa uero, ꝙ quã bene ab initio cibati nihil proficiant,eſt totius corporis uitiũ cũ partiũ appetentium robore. Verũ proceſſu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore uitio, ipſum ẽt appetendi inſtrumentum male ſe habebit:quare inappetentes fient, qui prius bene appetebãt,quos recte εὐσιτέοντας,i.bene cibatos nominabit.Dixerat aũt hoc ipſum in præcedentibus aphoriſmis hoc mõ:‖Quòd ſi nõ aſſumente cibũ hoc fiat,ſcire oportet,ꝙ indiget euacuatione.Porro eos,qui ab initio male appetũt adeo,ut parũ aſſumant oĩno cibi,poſtea uero ad cõtrarium tranſeunt,melius permutari inquit.Hoc uero ideo euenit,natura eo tempore,quo parũ cibi aſſumebant,ipſam,quæ cauſa erãt inappetentiæ,diſpoſitionem concoquente. Supra apho. 8. 11. h

in 1. Epi. cõ. 2. t. 34. 3. 111. b 1. de Criſib. 4. 131. d

33 ‖*In quouis morbo mente conſtare,& bene ſe habere ad illa,quæ offeruntur,bonum:contrarium uero malum.*

B Neq;,cum aliquod bonũ dixerit eorũ,q̃ ad corpus attinent,oĩno exiſtimandũ eſt ex eo homi nem reualiturũ:neq;,cum malum dixerit, oĩno moriturũ. Nam fieri poteſt,ut bonum ſignum à maiori malo ſuperetur:& malũ à maiori bono uincatur. Tales itaq; enunciationes intelligendæ ſunt de eo ſolo,quod dicitur. Dicitur aũt ſignũ eſſe bonũ,quantũ in ſeipſo eſt,hoc aliquid:& ſignum malum,quantum in ſeipſo eſt,hoc aliquid.De morte aũt,ac uita oportet omnium ſignorũ uires prius bene perpendentes, ita pronunciare,quemadmodũ & ipſe in Prognoſticis conſulit. Sic igitur & nunc, Conſtare mente, & apetitum permanere,bonũ eſt ſignum in quouis morbo. Quædam.n.non in omni morbo bona ſunt,ut ipſe conſueuit nobis ſignificare,inquiens:‖Spirãdi autem facilitatem putare oportet ualde magnam habere uim ad ſalutẽ in oĩbus morbis acutis.Quòd aũt conſtare mente,bonum ſit ſignũ,ex iſto cognoſces: Quæ ad cerebrũ attinent,atq; eius membranas,& ſpinalem medullã, necnon & ſeptũ trãſuerſum,& omnino partes neruoſas, ac præſertim, quæ ſunt iuxta cerebrũ, ſana eſſe omnia ſignificantur ex mentis conſtantia:ſicuti & quæ ad uentrem attinent,& hepar,& cor,ubi adeſt promptitudo ad cibos,qui offeruntur.Cũ uero hæc omnia robuſta ſunt,non parua ſpes de ægroti ſalute haberi poteſt. in Progn. com. t. 25. 4. 194. h

C 34 ‖*In morbis minus periclitantur,quorum naturę,aut ætati,aut habitui,aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit.*

in 1. Prõr. cõ. 2. t. 18 4. 171. h in Prog. cõ. 1. t. 7 4. 191. e. Et cõ. 3. t. 39. 212. d 1. de Compo. medi. ſec. loc. 5. 126. h 3. Aphor. 3. 20. b

Cum natura multis dicat̃ modis,accipiẽda nunc eſt in eo ſignificato,quo multis in alijs locis uſus eſt,& in toto libro de natura hoĩs,in quo eam,quæ fit exprimis elementis,temperatura,naturam nominat:ac ſi ita diceret:In morbis minus periclitantur,quorum primæ corporis tẽperaturæ,uel ei,q̃ nunc ratione ætatis,aut habitus,aut temporis adeſt,magis cõgruit morbus, q̃ quibus ſcd̃m nihil iſtorum congruit. Calidæ.n.naturæ,& ætati,& habitui,& tempori,& anni conſtitutioni,& regioni,morbi calidiores ſunt cõgruentes:frigidiorib⁹ uero frigidiores:eadẽ ratione & ſiccioribus ſicciores,& humidioribus humidiores. Contrarium aũt eſt à Diocle dictũ:itẽ in libro de ſeptimanis,cuius auctores opinantur incitari quidem à ſimilibus morbos,ſolui uero a contrarijs: qm̃ & ab ipſo Hippocrate ſcriptum eſt ‖ contrarijs morbis contraria eſſe remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hyberno tempore,facilius poſſe ſanari ea quæ fit in æſtate:non aduertentes,ꝙ uehemens diſpoſitio cauſa eſt,ut febris ardens hyme fiat:neq;.n.ab initio facta fuiſſet,niſi cauſa potentior,temporis contraritatem ſuperaſſet.Cum igitur anni tempus co

D hibere nõ potuerit cauſæ magnitudinem,quãuis habeat ſanitatem ſibi ſuffragantem:multo minus ipſam morbo iam facto ſuperabit,non amplius aſſiſtente ſanitatis robore.Sed & hoc eſt ipſa compertum experientia.Nam duarum febrium ardentium magnitudine parium,illa,quę aduenit hyeme,eſt perniciоſior:ſicuti,qm̃ in calidiori temporis cõſtitutione ortum quidem habuerit,ſubita aũt ad frigidus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate:cum ipſi utraq; temporis cõſtitutio bona ſit,prima quidẽ,in qua morbus factus eſt,tanquã ſignum:altera uero,in qua ſolutus eſt,tanq̃ cauſa. Hæc igitur omnia magis atteſtantur,& non aduerſantur ſententiæ aphoriſmi:ſicut neq; illud,ꝙ Raucedines,& grauedines in ualde ſenibus non coquunt̃:quamuis hæ paſſiones ſenili ætati maxime congruãt.Primũ etenim non idem eſt,ꝙ aliquid non concoquatur, & ꝙ ſit periculoſum: deinde, ꝙ non ſimpliciter ſenes dixerit,ſed cum adiectione,ualde.Omnia enim in his ſunt periculoſa,ob uirium imbecillitatem. Sed neq; illud,quod ſcribitur in primo Epidemiorum. ‖Et maxime moriebantur,quibus natura uergebat ad phthiſim:ijs,quæ dicta ſunt,aduerſatur. Neque enim eam,quæ fit ex elementis, nunc dixit temperaturam,ſed corporis formam:eſt enim ubi & hanc,naturam nominant. Et,ſicuti uerum eſt calidam temperaturam minus in morbis calidis periclitari: ita,qui anguſtum pectus habent,non ſolum magis incidere in phthiſim,ſed etiam,ubi incidere,periclitari. Nõ nulli Infra,apho.40. in Epid. cõ. 1 t. 18.19 3. 105. t.g

quidem qui aphorismos exposuerunt talibus decepti suasionibus, illum cõgruere naturæ ægro E
tantis morbum dixerunt, qui sit temperatura cõtrarius, quasi aptior esse diceretur: multum (ut
ostendimus) & à ueritate ipsa, & ab Hippocratis sententia deuiantes.

35 *In quouis morbo partes ad vmbilicum & imum vẽtrem attinentes, crassitudinẽ habere melius est: vehemens aũt extenuatio & eliquatio, prauum. Sed & hoc quoq; ad inferiores purgationes, periculosum.*

Partes omnes, quę ad epigastriũ. i. abdomẽ, attinent, omni uacare dispositione, quæ sit præter
In progn. cõ. 1. t. 27. 4. 195. c naturã, oportere, est manifestũ. Et hoc ĩ ‖pgnostico dictũ fuit, ubi his utit uerbis: ‖Hypochõdria
optimũ est absq; dolore esse, & mollia, & æqualia. Sed & ex his ipsis quædã sunt tenuiora, q̃dam
crassiora: de quibus nũc sermonẽ habet: quæcunq; q dẽ crassiora sunt, hæ meliora esse inquiens:
quæcunq; uero tenuia, mala, & tanquã signa uidelicet, & tanquã causas. Signa. n. sunt imbecillitatis in partibus eliquatis. Causæ uero, q coctio bona ciborum nõ fiat in uentre, neq; sanguificatio in hepate. Etenim utrunq; ex his membris à crassitudine dictorũ corporũ cõcalefactũ iuuat. Tm̃ igitur, ubi eliquata fuere, par est, offendantur eorum operationes, quantum integris ipsis iuuabantur. Quòd aũt earum, quas diximus, partiũ tenuitas ad inferiores purgationes sit periculo A. li. 1. t. 4. c. 3
sa, manifestum est. Oportet. n. omnia, quæ sunt infra thoracem, esse robusta, ut bene purgationi- F fol. 72. g
bus seruiant: alioqui magna incommoda patiuntur. Cur aũt de solis inferioribus purgationibus fecerit mentionem, dignum est quærere. Superiores. n. hoc est, quæ per uomitum fiunt, sunt ijs, qui ita affecti sunt, periculosæ. An has quidẽ tanquã manifestas prætermisit, illarũ uero cõmemi nit, ut de quibus magis posset dubitari? Imum autem uentrem (græce ὑπογον) proprie nominat & appellat regionem uentris imam, quæ umbilicum, ac pudenda interiacet: ita ut in hæc tria totũ abdomen diuidatur, in hypochondrium, & loca ad umbilicum attinentia, & uentrem imum.

36 *Qui salubritatem corporis habent cum per medicamenta purgantur cito exoluuntur: & qui paruo vtuntur cibo.*

Qui salubritatem corporis habent, non absque ratione in medicationibus cito exoluuntur. Colliquantur enim, non purgantur. Qui uero uitioso utuntur alimento, ob malorum humorum superabundantiam facile exoluuntur in purgationibus. Siue autem illud, quod exterius assumitur, siue quod in corpore continetur, uitiosum alimentum nominet: uterq; sermo ueritatem habet quoniam cibi uitiosi soleãt sanguinem gignere uitiosum. Sic ergo etiam uitiosi dicuntur per relationem ad sanguinem, qui debet ex eis generari. G

37 ‖*Qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.* 4. Aphor. 16. 28 h
A. li. 1. t. 4 c. 3 fol. 73. f

Non cuiuscunq; medicamẽti assumptionẽ solet Hippocrates medicationẽ nominare, sed tali uocabulo in sola utitur purgatione. Verũ superior aphorismus, casum unũ, qui in ea fit, manifestat. Cito enim inquit exolui in purgationibus, qui corporis habent salubritatẽ. In hoc autẽ generaliori uocabulo de eisdem ostendit, inquiens hos difficulter ferre medicationẽ. Nã & uertigines & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & præterea celeriter exoluuntur. Fiunt autem hæc omnia, purgatorio medicamento proprium quidem attrahere humorem appetente, uel flauam bilem uel atram, uel pituitam, uel aquosam superfluitatem: quia uero iste non adest, sanguinem colliquat, ac carnes, ut ex ipsis, quod sibi proprium est, attrahat.

38 ‖*Parum deterior potus & cibus, suauior aũt, melioribus quidẽ, sed minus suauibus est præferendus.* in 6. Epi. cõ. 4 t. 8. 3. 180. f A. li. 1. f. 3. d. 2 c. 7. fol. 62. f

Non ob id solum hoc est faciendum, ut ægro gratificemur, sed etiam, quia utilius ipsi existit. Nam, quæcunq; cum uoluptate assumuntur, ista uentriculus amplexat, & facilius cõcoquit: sicuti illa, quæ displicent, refugit, ut ad quæ uel nauseæ, uel* flatus, uel fluctuationes subsequãtur: qđ quidem in pluribus cibis bonos succos habentibus fit. Quando igitur cum uoluptate assumitur H
cibus, qui paulo deterior est, non modo non manet deterior, sed quandoq; redditur melior.

39 ‖*Senes iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Qui vero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.* 3. Aphor. 29. 26. c in 6. Epi. cõ. 5 t. 6. 3. 190. c 6. Aphor. 6. 47. b

Non omnes senes minus ægrotant, q̃ iuuenes: neq; enim oẽs maiorẽ habẽt circa uictum continentiã: qui uero non habent, magis ęgrotant, ut q iuuenibus sint debiliores. Quòd uero plures ex morbis diuturnis ipsos ad mortẽ comitantur, clarũ est: siquidem & uis est imbecillis, ut neq; morbos facile coquere possit: & oẽs morbi diuturni, frigidi sunt: unde & magis senibus, q̃ iuuenibus, accidunt. Omnes siquidem congruentibus naturæ suæ morbis facilius corripiuntur.

40 ‖*Raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt.* in 6. Epi cõ. 5 t. 6. 3. 190. c 2. Aphor. 34. 17. d

Si simul iunxerimus ambos aphorismos, utriusque sermo talis erit: Senes iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Quicunq; uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines igitur atque grauedines in ualde senibus coctionem nõ admittunt. Ita ut hic aphorismus sit ueluti exemplum quoddam antecedẽtis. Neq; enim hi soli morbi senes

comitantur

A comitantur ad mortem,ſed nephritis,ideſt paſſio renum,podragra,morbus articularis,coxendi cum dolores,& quæ laxiori inteſtino,ac ſpleni frigidæ inſunt diſpoſitiones:& p̃terea crebri anhelitus(quos Græci aſthmata nominãt)tuſſes, dorſi curuationes, recuruationes, & obliquationes,demum quæcunq; alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent:quę in quibuſdam iuuenibus, nedum in ſenibus,difficulter coquuntur.

41 ‖ *Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta exoluuntur, derepente moriuntur.*

1. de Locis affectis. 4. 29 d

Non omnes,qui exoluũtur,derepẽte moriuntur,ſed ſi tres diſtinctiones adieceris,unam quidem primam,ut ſæpius hoc patiantur:ſcd'am,ut fortiter:tertiam, ut ſine cauſa manifeſta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus cõmorata,frequenter exoluebatur ob temporis diuturnitatem,& qm̃ balneo magna ex parte ligna ſuccendebantur uitiata: uerũ non erat hoc*morbi ſignum,cum cauſam haberet manifeſtam.Altera uero,quã uteri affectus infeſtabant,hoc idẽ patiebatur. Quidam alius,ſi diutius inediam toleraſſet,dum lauaretur,exoluebatur. Alteri etiã, ſi per horã lauaretur,idem accidebat,niſi prius aliquid panis aſſumpſiſſet. Quibus omnibus,aut debile erat,aut ſenſum plurimum habebat os uentriculi .Quicunque uero nulla tali de cauſa fæ-
B pius,ac fortiter exoluũtur, ij ob uirtutis uitalis imbecilitatem hoc patiuntur:ſicut & ille,cui,dũ exolueretur, cor fortiter palpitabat, atque hic derepente mortuus eſt , non aliter,quàm illi, qui acutiſſimis cordis affectibus, quos ſincopas uocant, arripiuntur.

2. de Præſag. ex pulſib. 4, 110.g 6. Aphor. 51. 52.h in lib. qui Introductio , ſeu medicus inſcribitur. Iſago. 56.a

42 ‖ *Soluere apoplexiam, ſortem quidem impoſſibile: debilem vero, non facile.*

In apoplexijs totũ corpus repente ſenſu priuatur,ac motu,ſolus reſtat anhelitus:qui ſi & ipſe prohibeatur,maxima eſt,& acutiſſima hæc apoplexia. Quicunq; uero reſpirant quidem,ſed magna cum ui:fortis adeſt iſtis apoplexia.Fortis autem adeſt & illis,ſed minus,qui neque intẽtum neq; uiolentum,inæqualem tñ,atq; exordinatum,ac prẽterea intermittentem habent anhelitũ: ſicut,in quibus aliquem ſeruat ordinẽ, debilior exiſtit: &,ſi omnia fiant,q̃ ſunt neceſſaria,*cito curatur.Omnes autem apoplexiæ fiunt ui animali nõ potente defluere ad partes infra caput exiſtentes, aut propter aliquã diſpoſitionem inflammatoriã, quæ in ipſo cerebro ſit conſtituta,aut uentriculis ipſis oppletis humore pituitoſo.Verum cauſæ magnitudinem, ẽt paſſionis magnitudo conſequitur.Magna autem ex parte curationem nõ admittit,propter reſpirationis lęſionem. Ac mirari licet,quo modo omnibus alijs muſculis motu carentibus in apoplexijs, illi,qui thora-
C cem attollunt,quamuis difficulter,moueantur tñ plerunque.Videtur autem hoc fieri propter reſpirationis neceſſitatem,quæ neruorum uim excitat ad operationem. Et ob hãc ipſam cauſam, magna exparte muſculi omnes, qui thoracem mouent,in apoplexijs operantur,ẽt ſi raro prius omnes operent̃ : quemadmodum in uehementibus exercitijs in quibus anhelitus plurimus eſt neceſſarius. Verum in apoplexijs nõ ob id,q̃ ſit adaucta neceſſitas reſpirationis,ſed quia uis eſt imbecillis, ideo omnes muſculi thoracis ſimul coguntur operari: quemadmodum & alioqui in ijs,qui cum febre uires habent imbecilles,ob hanc ipſam cauſam omnes mouere coguntur ſeipſos ,in ſummam effatu dignam,ex omnibus operationem colligentes.

* In impreſſi eſt τάχα, ideſt forte.

43 *Qui ſtrangulãtur,ac diſſoluuntur,nõdũ uero mortui ſunt,nõ referuntur,q̃bus ſpuma circa os fuerit.*

A li.1.f.2.d.3 c.5.fo.53.g

Omnis ſpumæ generatio ex duarum ſubſtantiarum miſtione conficitur,altera ſpirituoſa,altera humida. Fit autem earum miſtio ambabus in multas partes perfractis,multisq̃; mutuo complexu paruis ampullis ab ipſis affectis. Cum uero tenacem habuerit is,qui perfringitur humor, conſiſtentiã,quo ſpiritum circumplectente, ampullas cõtingit generari, non facile diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficit̃ : qualis maxime currentibus equis, uel ira percitis apris, circa,os ag-
D gregat̃ . Ambarum uero ſubſtantiarum confractum, ac miſtionem facit non nunquam quidem motus uiolentus uel utriuſque, uel alterius tantum : nunquam uero & fortis calor:niſi & hunc dixerit quiſpiam ſpumam per motum operari. Verum homini ea,quæ manifeſta uidentur, conſectanti tutius eſt dicere ſpumam duabus de cauſis generari : in mari quidem impetuoſis uentis agitato, ob impulſionis uehementiam:in lebetibus autem efferueſcentibus,ob caloris uim . Sic itaque & in corporibus animalium, cum adſunt ex morbo comitiali conuulſiones, uehementia motuum ſolet ſpumam generare: in apris uero calor : in curſibus autem equorum,utraq; cauſa ualida conſpicitur.Nã,cũ continue per reſpirationes aer intro, atq; extra feratur: ſaliua in ipſis extenuatur,& aliquid etiam ex pulmone inſtar uaporis effertur,quod ſaliuæ miſceẽ,ac circumplicatur: unde factam ſpumæ ſubſtantiam augeri contingit . Qui uero opinant̃ hanc ſpumam è uentriculo prodire,aberrant.Neque enim fieri poteſt,ut ſubito tota inde proueniat,cum neque eo tempore animal euomat,neq; nauſeã ullam patiat̃: citra quos caſus quicquã efferri à uentriculo eſt impoſſibile:& multo magis fieri non poteſt,ut plurimus aliquis uapor efferatur,eodem modo , quo in expirationibus : cum nulla talis è uentriculo ſubſtantia efferatur , qualis è pulmone expiratur. Et ſanè ſanguis,qui quidem è pulmone educitur,ſpumoſus eſt,ſimilis uiſceri: qui autem è uentriculo,neque huic proximus eſt.Sed,quæ unà cum ſanguine è pulmone educit̃

ſpuma, ſubito ſimul,& cum tuſſi educitur. Qui uero ex tali humore paulatim uapor expiratur, E
non excitat tuſſim. Vbi autem laqueus collo circundatur, neceſſe eſt quidem cordi atque pulmo
ni, ut fuliginoſam expiret ſuperfluitatem. Hoc enim à nobis oſtenſum eſt in libro de uſu reſpira
tionis. Prohibente autem laqueo, totam uiolenter impellit, quo fit, ut pars propriæ humiditatis
unà expellatur, eo modo, quo fit in ſanguinis eductionibus. Signum itaq; hoc eſt exitiale, quo-
niam pulmonis uiolentiam ſignificat, quam patitur, dum animal ſuffocatur. Præcipue uero hoc
fieri rationabile exiſtit propter eam, quæ ex corde ad ipſum impellit, caliditatem: unde & calo-
ris efferueſcentia, & motu ſpiritus uiolento, & uehementi pulmonis conatu ad educendũ, ſpu-
ma enata, ſignum eſt mortale. Non nulli tamen, quamuis raro, qui ſtrangulantur, relati ſunt, qui
bus ſpuma circa os apparuerat: & forte Hippocrates, non tanquam ſemper intereant, ſed ꝙ con
trariũ rariſſime eueniat, ita pronunciauit, quẽadmodum & paulo antea oſtenderat per alterum
Supra apho. 20. aphoriſmum, ita inquiens: ‖ Quibus iuuenibus aluus humida, ijs ſeneſcentibus exiccatur. Nam
14. c. infra, eo in loco, magna ex parte, dicere prætermiſit, quod tamen uerbum in ſequentibus adiecit, ubi
Aphor. 53. inquit: ‖ Quicunq; aluos humidas habent, ſiquidem iuuenes fuerint, melius degunt ijs, qui ſiccas
habent: ad ſenectam uero deterius: nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccantur.

44 *Qui natura admodum craſsi ſunt, citius intereunt, quàm qui graciles.* F

Eos, qui à prima ætate craſſi ſunt, & graciles inuicem comparãs, de craſſis pronunciat, ꝙ cito
ad mortem perueniunt, magis, q̃ graciles. Optimum ſiquidem eſt, bene carnoſum eſſe natũ, hoc
eſt ita commoderatum, ut neque craſſitudo adſit, neque gracilitas. Tales enim poſſunt ad longã
ſenectam peruenire. Si uero à mediocritate recedatur, melior ad gracilitatẽ, peior ad craſſitudi
nem exceſſus eſt. Anguſtæ ſunt enim horũ arteriæ ac uenæ, atq; ob id paucum omnino ſanguinem, & ſpiritum habent: adeo ut, cum ętate proceſſerint, celeriter in ipſis uel paruam ob cauſam
calor natiuus deſtruatur. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur: quia uero par-
tes principales ita affectæ ſunt, ut nullum habeat munimentũ, à cauſis exterioribus prompte of-
† Al. maior eſt. fenduntur. Qui uero natura quidem mediocres erant, ſed uictu delicatiore utentes poſtmodum
† πῖον ἔυσκεσον craſſi facti ſunt, ijs, licet caro atque pinguedo adnatæ ſint, uenæ tamen atque arteriæ latæ conſi-
eſt in manuſcri- ſtunt, atque idcirco in eis calor natiuus † minus obnoxius eſt extinctioni. ſ
ptis pluribus
exempl. ut ha-
buit Leonice. 45 ‖ *Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, & temporum, & loco-* 5. Aph. 7. 37. a
μείζονα. i. maio *rum, & victuum quoque, liberantur.* G
rem in impreſ-
ſis. Morbus comitialis proximus quodam modo eſt morbo, quem apoplexiam appellãt, cũ idem
locus in utroq; patiatur, & idem humor in cauſa ſit. Verum apoplexia quidem ob omnimodã
carentiã illius potentiæ, quę ad neruos defluit, morbus aũt comitialis propter motum uitioſum
generatur. Frigidus aũt & craſſus humor ambobus eſt cauſa: Atq; idcirco iuuenũ ætas calidam
& ſiccam habens temperaturam, maximũ affert auxiliũ ijs, qui morbo comitiali laborant: ſic &
locorum proportionales mutationes, dico autẽ proportionales, qũ ad calidiorem, ac ſicciorem
commutantur: eodem modo & uictuum. Neq; enim uictus mutatio quælibet morbũ ſoluit co-
mitialem, ſed quæ calidiorem & ſicciorem corporis habitum efficit. Contingit autem ſimplici-
ter etiam uitæ mutationem intelligere morbo comitiali prodeſſe, quoniam magna ex parte ui-
ctus deprauatus paſſionem generat: unde & mutatio multo ad melius perducit.

46 ‖ *Duobus doloribus ſimul non eundem locum infeſtantibus, uehementior alterum obſcurat.* in 6. Epi cõ. 4. t. 3. 3. 179. h

Siquis eundem exquiſite locum intelligat, nunquam duo poſſunt in eodẽ fieri dolores: ſiquis
uero late, poſſibile eſt. Dico autem late, circa membrum maius, ueluti circa brachium, cubitũ, fe
mur, aut tibiam. Verũ hi duo dolores ſimul augent loci afflictionem, cum neuter lateat ægrotan H
tem. Si uero ſint in locis diuerſis, alter quidẽ (ſi ita contigerit) in cubito, alter uero in tibia: tunc
alterum ab altero obſcurari contingit, cũ uis ſenſibilis tota ad uehementiorẽ ducatur, ac diſtra-
hatur. Nam & hoc nobis in mœroribus ſolet accidere, qui ſunt & ipſi ueluti dolores quidam ſo-
lius animi ſine corpore. Nam & horum, qui ſunt uehementiores, occultant minores, modo non
eadem è re ortum habeant: alioqui & illi ſeipſos mutuo augent.

47 ‖ *Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.* de Toti⁹ morbi tẽp. 3. 88. t in 3. Epi cõ. 1. t. 8. 3. 132. c f de Crisibus. 4. 132 b. h de Vict. rat. in morb. ac. cõ. 3 t. 62. 7. 133. e

Pus ex ſanguine ortum habet, qui ſemimalam (ut quiſpiam dixerit) habet tranſmutationem.
Nam mala ſimpliciter, cũ putrefactione, fit olida: ſicuti, quæ ſimpliciter optima, eſt ipſa nutritio
partium animalis: at, quę pus generat, medium inter has obtinet locum, neq; à ſolo calore extra
naturã, neq; à ſolo ſcđm naturam facta. Miſtus enim quodam modo ex utriſq; eſt calor inflãma-
tionis. Fit autẽ dolor extenta ſimul, ac calefacta præter naturam inflammata particula: Febres
uero ſequuntur principio concalefacto: & hæc ambo contingunt ex quadam ueluti ebullitione
atq; exuſtione ſanguinis: qui ubi ex toto exuſtus fuerit, reſiduũ eius fit pus, quemadmodum in
lignorum exuſtione cinis: atq; ideo tempore illo dolores ſedantur, ac febres, præſertiñ cum pus
fuerit

A fuerit excretum,utpote iam consumpta materia,extinctaque ignea caliditate.

de Cõsuetudine 2.61.g in 6.Epi.cõ.3. t.2.3.170.d

48 ‖ *In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.*

Verbum πονεῖν, id est laborare,significat dolere,significat & fatigari:& in utroque significato sermo uerus est. Siue enim membra iam doleãt ex multitudine motionum,siue sint fatigata,ut uix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

de Consuetudine.2.60.c

49 ‖ *Qui consueti solitos labores ferre,etsi fuerint imbecilles & senes,non consuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt.*

Alius alij labor cõsuetus est,huic cursus, uel alius aliquis motus cruribus factus,huic uero manus certa mouere lege, siue quouis alio modo operari manibus,alijs fodere terrã,uel remigare, uel arare,uel simpliciter quoduis aliud agere. Differunt autẽ omnes isti labores,quia uel plures, uel pauciores partes operantur, & quia uel magis,uel minus laborant:hoc tamen omnibus cõmune existit,q; partes exercitatæ fiũt robustiores, atq; idcirco labores cõsuetos facilius ferunt.

B 50 *Quæ ex longo tempore consueta sunt,etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.*

Non de solis exercitationibus hic sermo est, sicuti prior,uerũ de omnibus simpliciter consuetis hic aphorismus enunciat,cibis,potibus,balneis,illotionibus,uigilijs,somno,calefactione,frigefactione,curis. Horum etenim singula minus nocent,cũ fuerint consueta, ijs,quæ natura quidem minus noxia sunt,sed nunquam in consuetudinem peruenerunt. Quòd igitur ita se res habeat in exercitationibus, ad partium,quæ operãtur,robur refertur,ut ante diximus: in reliquis uero,quo modo fiat,iam dicemus. Cibi ac potus naturam aduentitiam efficiunt,maxime quidẽ in uentriculo,cum hoc uero & in alijs partibus. Nam,etsi quammaxime uincantur,& transmutentur à corpore,ipsum tñ quodã modo pro sui natura disponunt ita,ut processu temporis multa fiat permutatio,ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est à nobis in libro de consuetudinibus: ostensum est etiam, quòd unumquodq; facilius à similibus alteratur. Ob hanc igitur causam, quanto similius fuerit id, quod transmutat ei,quod transmutatur,citius alterat ipsum. Saneq; corpus ab alijs omnibus, quibus adhæret,quodam modo afficitur,ueluti in aere frigido,ac calido,densatum quidem à frigido,laxatũ uero à calido:atque ideo consueta

A.li.1.f.3.d.5 c.1.fol.69.c

C facilius perfert,ab insuetis uero molestatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhæsum repente frigus superuenerit:& in imas eius statim partes subintrat,& maxime offendit. Causa itaque de omnibus consuetis dicta est in libro de cõsuetudinibus. Quod uero experientia notum est,id iã noscimus:quod solum ab Hippocrate scriptũ est,qui causam ascribendam non censuit. Nos uero ad eiusdem inuentionem aliquas dedimus occasiones. Hæc igitur dicta sufficiant,quãtum ad primam aphorismi partem attinet. Quòd uero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodam modo ad non consueta,salubris gratia securitatis dictũ est. Est enim omnis uniformis consuetudo,periculosa:cum omnes homines inopinatis rerum sortibus subijciantur. Ne igitur incidentes aliquãdo repente in nobis insueta magnopere offendamur,satius esse inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhærentibus nobis semper ijs,quibus assueuimus,sed & non nunquam contraria tentantibus.

de Ptisana.1. 98.a in 6.Epi.cõ.3. t.27.3.175.h in li. de Renũ affec.dign. & medi. qui Gale. ascribitur. 7.195.b de Optima secta ad Trasyllago.20.c

51 ‖ *Plurimum, atque repente euacuare,vel replere, calefacere,vel refrigerare,siue quouis alio modo corpus mouere,periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum: sed,quod paulatim fit,tutum est,tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.*

D Causam,ob quam plurimũ,aut repente euacuare,uel replere,calefacere,uel refrigerare,siue quouis alio modo corpus mouere periculosum sit,ipse ostendit, inquiens omne nimium esse naturæ inimicum. Nam in elementorum commoderatione natura consistit:quare non absque ratione nimium omne,ut quod destruat cõmoderationem,animalis consistentiam dissoluit. Paulatim uero,inquit,implere scilicet,uel euacuare, & quæcunq; alia subinde dixit, tutum est,cum aliàs,tum maxime,cum ab altero,cui assueuimus,transimus ad alterum. Nã in antecedẽte aphorismo cõsuluit & ad insueta permutari. In hisce igitur permutationibus,quod plurimum existit atque repente,periculosum est satis:quod uero paulatim fit,tutum.

2.de Cõpos. medi.sec.loc. f.136.a

52 ‖ *Omnia secundum rationem facienti si non succedat secundum rationem: non est transeundum ad aliud, stante eo, quod à principio visum est.*

Non paruæ est opus scientiæ, nõ tranfire ab ijs,q; recte uisa sunt,si nondũ manifesta appareat utilitas ex his,quæ ita facta sunt,sequi. Quẽadmodũ.n.gutta subiectã petrã percutiente uix lõgo tpe sensibilis passio in lapide manifestatur:sic accidit etiã in crudis,& quæ difficulter concoqui possunt,dispositionibus:in quibus,qui recta ratione inuenerit id, quod cõducit:nõ discedit ab illo,qđ primo faciendũ existimauit, etiamsi nihil appareat manifestũ ex illius usu subsecutũ.

53 *Quicunque aluos humidas habent, siquidem iuuenes fuerint, melius degunt ijs, qui siccas habent.* E
senectam vero deterius degunt: nam senescentibus magna ex parte exiccantur.

2. Aphor. 53. 19. e
2. Aphor. 43. 18. e

Manifestus est hic aphorismus: &, quicquid de eo dicere conuenit, prius est dictũ in eo aphorismo, cuius principium, ‖ Quibus iuuenibus uentres humidi sunt, ijs senescentibus exiccantur.

Supra, apho. 20. 14. c

54 *Magnitudo corporis, iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis: senectæ vero inutilis, & deterior paruitate.*

Magnitudo corporis proprie quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum uero & quod longitudine sola amplius auctum est corpus, solemus magnum nominare: quamuis huic proprium nomen sit longum. Nam & aliquando, quod scđm latitudinem, ac profunditatem ultra modum corpus est auctum, dicũt esse magnum, quãuis & hoc crassum proprio uocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihilo deterior est in senectute, quàm paruitas. Si uero uel longitudinem corporis, uel crassitudinem intellexit: hæ deteriores, atq; inutiliores senescentibus sunt: uerum neq; crassitudo est iuuentæ decens, neque liberalis. In sola ergo longitudine, quòd sit iuuẽtæ liberalis, senectæ uero inutilis, uere diceretur. Ex hac enim senescentes gibbi fiunt, & uix F
possunt onus perfere: quod Hippocrates * inutile dixit.

* Δύσφορον, i. portatu difficile.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS TERTIVS.

In hoc tertio in aphorismos Hippocratis commentario, eorum, quæ de temporibus, atq; ętatibus ab Hippocrate scripta sunt, expositionem faciemus: maxime quidem, quicquid est in ipsis obscurum, declarantes (hoc enim est proprium expositionis opus) ueruntamen singulis etiam, quæ recte dicta sunt, demonstrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in commentarijs consueuit. Miror autem & hoc loco Lyci inconstantiam, scribentis quidem (ut ipse ait) expositiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum, quę de temporibus, & ætatibus dicta sunt, probationem demonstratiuam apponentis, sed ad experientiam, & obseruationem omnia referentis, cum tñ ipse in aliorum aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat cõsiderationem de ea, quæ G
in ipsis continetur ueritate, non contentus sola experientia. Quòd uero sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandam, id & ipse Hippocrates ostendit, & in processu sermonis ostendetur.

I In lib. de Humoribus mutationes maxime pariunt &c.

MVtationes ‖ temporum potissimum pariunt morbos: & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris: & alia pro ratione, eodem modo.

Infra, aphor. 20. 24 a

Mutationes temporum non nulli existimant dici, quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme ad uer transeunte, fit dictorum morborum generatio, de quibus ipse deinceps loquetur. Vere enim furores, atræ biles, & morbi comitiales. Vere rursus in æstatem desinente, quod est initio æstatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quæ subinde connumerauit. Et de autũno atq; hyeme similiter scripsit, ut inquiunt illi, qui pro eodem accipiunt mutationes, & successiones. Sed uerbũ, potissimum, quod aphorismo adiectũ est, hanc expositionem non admittit. Nam in temporum adinuicem commutatione sicut quidã H
morbi generantur, eodem modo * etiam soluuntur: & hoc ipse etiam Hippocrates dixit. Quare nihilo magis successiones temporum pariunt morbos, q̃ soluunt. Quo modo igitur non sat fuit ipsi dicere, Mutationes temporum pariunt morbos, sed &, potissimum, addidit? Melius itaq; fuerit ob hãc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt secundum illorum temperaturas, alterationes. Hæ siquidem sunt, quæ potissimum generant morbos, quando multæ, alia post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemijs scripsit, & nunc etiam paulo post dicet. At uero unius temporis alteratio * sola efficit quidem morbos aliquos, non tamen potissimum. Quando igitur fiunt morbi potissimum ex unius temporis alteratione? Quando contigerit magnam esse alterationem: & ob hanc causam ipse inquit: Et in quibusdam temporibus magnæ mutationes, uel caloris, uel frigoris, uel alicuius alterius, ut humiditatis, aut siccitatis, uentorum, aut horum defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inueniť tamen & alia scriptura, quæ ita se habet: Mutationes temporum pariunt morbos maximos: potissimũ autem & in quibusdam temporibus magnę mutationes. Quæ scriptura nullam habet obscuritatẽ, ijs præsertim, qui ea audierunt, quæ à me statim antea dicta fuerunt. Sunt uero & aliæ scripturæ huius dictionis, quas intelliges, atque probabis, ab ijs, quæ diximus, excitatus.

† Al. ἄλλα, id est alij.

Naturam

A 2 ‖ *Naturarum, hæ quidem ad æſtatem, hæ uero ad hyemem, bene, malève ſe habent.* In lib. de Humorib. naturę quãtum ad tempora &c.

in 1. Epi. cõ. 1 t. 1. 3. 103. c de Digno. pulſibus. 4. 78 g

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates ſecundum principaliſſimũ & proprium ſignificatum, quod ſcd'm ipſam maxime ſubſtantiã naturæ eſt. Dicebamus autẽ in præcedentibus ipſam eſſe temperaturam quatuor elementorũ, humidi, ſicci, calidi, & frigdi: oſtenſaq; à nobis eſt in libris de temperaturis: vna quidem temperatura bene temperata atq; optima: male autẽ temperatæ atq; uitioſæ, octo numero, quatuor quidẽ qualitate una excedente, calida, frigida, ſicca, & humida: quatuor uero duabus, calida & ſicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & ſicca. Ad æſtatem itaq; frigidæ & humidæ naturę optime afficiuntur: ad hyemem uero calidæ & ſiccæ: ſicuti & male afficiuntur calidæ & ſiccæ ad æſtatem, frigidæ & humidæ ad hymem. Perfectiſſime igitur hæ naturæ, ad dicta tempora optime, ac peſſime afficiuntur: mediocriter autẽ, quæ aliquo modo à temporibus uel iuuantur uel offenduntur, ſicuti humida & calida, ęſtate & hyeme: quoniam æſtate quidę, quatenus humida eſt, melius efficitur: hyeme uero, contra, quatenus calida.

de Dignoſcẽ. pulſ. 4. 78. g

3 ‖ *Morborũ alij ad alia bene, vel male ſe habent, & quædã ætates ad tẽpora, & loca, & victus genera.* In eodem, quantum uero ad regiones, &c.

B Inordinato quodam interpretandi genere mihi uidetur uſus Hippocrates in hoc aphoriſmo. Nam melius utiq; ita dixiſſet: Morbi & ætates, alij ad alia tẽpora, & loca, & uictus genera bene maleve ſe habent. Morbi igitur bene ſe habent ad tempora, ut ad generationem quidẽ, ſimiles: ut ad ſolutionẽ uero cõtrarij. Nos. n. de hoc ipſo determinauimus in expoſitione illius aphoriſmi, cuius initiũ eſt, ‖ In morbis minus periclitãtur. Actates autem, quemadmodum & naturæ, frigidæ quidem ad calida, calidæ uero ad frigida: Senum quidem, ad æſtatem: iuuenũ uero, ad hyemem. Eadem ratione & ad loca nõ morbi tantum, ſed etiam ætates afficiuntur. Nã morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minus ſunt periculoſi: magisq; ſanæ ſunt in frigidis regionibus ætates calidiores, in alijs proportionaliter. Sic uero & ad uictus genera, alij ad alia bene maleve ſe habent morbi, & ætates: Nã calidiores ad frigidiora, frigidiores uero ad calidiora, & ſicciores qdẽ ad humidiora, humidiores uero ad ſicciora bene ſe habent. Et, ut ſimpliciter dixerim, contrarij quidẽ ad contraria bene, ſimiles autẽ ad ſimilia male: præterquã ſi ætas tẽperata, & uictui, & regioni, & loco temperato comparetur: hoc. n. ſolo modo ſimiles à ſimilibus bene afficientur. Quæ uero plus à temperie receſſerunt ætates, ijs ſcd'm temperaturam contraria loca & tempora & uictus genera cõferunt magis. Cum uero omnes morbi à temperie & modo
C recedant: generatio quidem à ſimilibus locis, atque temporibus, ſolutio uero à contrarijs fit. 2. Apho. 34. 17. c

4 ‖ *In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus ſit, autumnales morbos expectare oportet.* In lib. de Humorib. Inæqualis calor, aut frigus, &c. Infra, apho. 17.

1. de Tẽperamẽtis. 1. 11 g 1. Epi. in proę mio. 3. 100. h 2. de Criſib⁹. 4. 134. d etſi eo in loco legitur, Cum uer autumno ſimile factum fuerit, &c. 3. Aph. 6 20. e 3. de Difficul. reſpi. 3. 73. d in 1. Epi cõ 1 t. 1. 3. 103. d ett 8. 3. 104. d in 3. Epi. co. 3. t. 66. 3. 146 b in 6. Epi. cõ. 2 t. 24. 3. 164 g Et cõ. 5. t. 27. 193. c 3. Aphor. 11. 21. b. Et aph. 15 22. g

Cum ratione fit hoc. Neque enim appellatione temporum, cauſæ morborum ſunt, ſed temperaturæ. Cum igitur ipſæ uariant, neceſſe eſt & morbos conuariari.

5 ‖ *Auſtri auditũ hebetãtes, caliginoſi, caput grauãtes, pigri, diſſoluẽtes. Quãdo huiuſcemodi tẽpeſtas pualuerit, talia in morbis patiũtur. At ſi aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, coſtarum dolores, & pectoris. Quando hæc tẽpeſtas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.* Et in lib. de Humoribus, Auſtri auditum grauant, &c.

Id quidẽ, quod fit, declarauit, inquiens: Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes. Cauſam autẽ huius declarauit ſcribens, Vbi hęc tẽpeſtas præualuerit, talia in morbis patiuntur. Semper. n. oportet medicum diſtinguere & ſeparare id, quod à cauſa extrinſeca contingit, ab eo, quod morborum ratione fit: ut præcognitiones faciat diligentiores. Cauſam uero, ob quam auſtri reddant auditum grauiorem, & uiſum caliginoſum, non eſt difficile ex eius temperatura cognoſcere, quæ calida & humida eſt natura. Omnia etenim talia ſunt
D apta replere caput. Ob hoc igitur & ſenſuum inſtrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato, neceſſe eſt & circa uoluntarios motus pigritiam euenire, & ueluti in ſeipſo diſſolutum hominem apparere. Contra uero in aquilonijs (ut ipſe inquiet inferius ‖) corpora reddũtur fiuntq; robuſtiora, uegetiora, ad motus promptiora, & melius audientia. Nunc uero hæc non oppoſuit ijs, quæ ex auſtro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphoriſmo de læſione tantummodo, quæ ex utroq; accidit uento, tractare propoſuerat: ut hæc cognoſcentes, ab illis ſeparemus, quę ex morborũ natura contingunt. In aquilonijs igitur (ut inquit) fiunt tuſſes, propter uidelicet inſtrumentorum reſpirationi obſeruientium intemperiem, & propter faucium aſperitatem, de qua nobis inſinuauit adiungens uerbum illud, fauces, ut ſubintelligeremus, patiũtur. Nam ſolet interdum hoc modo loqui. Paulopoſt igitur inquiet: ‖ Autũno & multi æſtiuorum, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Licet autem & ſimul duo coniungentes legere, fauces, alui duræ, ut non nulli expoſitores legendum exiſtimarunt. Nam fauces in aquilonijs conſtitutionibus apparent duræ, quoniam exiccantur, ac refrigerantur: & uenter inferior dura excernit, & propter temporis conſtitutionis temperaturam, quæ uergit ad ſiccitatem, toto corpore exiccato, & magis ipſo ad ſeipſum trahente eas, quę fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione, quoniam, cum longiori tempore maneant, &

Infra, apho. 17.

Infra, apho. 22.

non excernantur,omnia exiccantur. Vrinæ etiam accidunt difficultates, uesica ſtatu aquilonis E
ob frigiditatem offenſa: eſt.n.exanguis:& propterea ex cauſis frigidis,plus,quã aliæ partes,ipſa
eſt offenſioni parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit,ultra cõmunem
ad alias partes læſionem,illam quoq;, q̃ fit ex reſpiratione,aſſumentis,quæ non pari modo pul-
monem attingit,& cor ob ſui caloris multitudinem. Homines uero horridos fieri in aquilonijs
conſtitutionibus,clarum eſt, conſentanee uidelicet aeris ambientis temperaturæ.

In lib.de Humoribus. Cum uero ęſtas,fiat ueri ſimilis, &c. Supra, Aphor.4.

6 ‖*Quando æſtas ſit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet.*

3.de Diffic reſpir.3.73.e

Quemadmodum pauloantea dicebat:‖Quando die eadem aliquando frigus,aliquando calor
accidit,morbos autumnales expectare oportet.ſic nunc rurſus: Qñ æſtas ſit ueri ſimilis,hoc eſt
temperaturã habet commoderatam, expectare (inquit)oportet multos ſudores in febribus, &
hoc non ſine ratione. Neq;.n.ſine aeris ambientis calore multi ſudores fieri poſſunt,neq; abſq;
hoc,q̃ aliqua redundãs humiditas in corpore contineatur.Horum uero alterum adeſt in æſtate,
alterũ in hyeme, in autumno autem neutrum,in uere utrunq;. Rationabiliter igitur æſtas,quæ
ſit arida ſatis,aſſumit,atq; reſoluit humiditatem:ſimilis autem ueri,ob caliditatem quidẽ attra-
hit ad cutim:ob humiditatem uero non poteſt per modum uaporis reſoluere.Tota igitur humi- F
ditas in morborum iudicijs, dum affatim excernitur, ſudores multos facit.

7 *In ſiccitatibus febres acutæ fiunt:& ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem,tales magna ex parte morbos oportet expectare.*

Infra, aph.15.

Non multas ait febres in ſiccitatibus fieri,ſed acutas,qm̃ paulopoſt inquiet:‖Conſtitutionum
anni,quod in totum dixerim,ſicca tẽpora,pluuioſis ſunt ſalubria magis,& minus mortifera: qui
Infra,apho.16. bus deinceps adiungens rurſus inquiet: ‖Morbi in pluuioſis tẽporibus magna ex parte fiunt fe-
bres longæ:non abſq; ratione.Nã aeris ambientis humiditas pituitoſos aceruat humores,& nõ
paucas generat aquoſas ſuperfluitates: ſiccitas uero pauciores quidẽ humores efficit,ſed quali-
tate bilioſiores:& ob hanc cauſam febres numero quidem ſunt pauciores ijs,quæ fiunt in tẽpo-
ribus pluuioſis,ſed acutiores. Quæ uero deinceps in aphoriſmo dicuntur,manifeſta ſunt.

In lib. de Humoribus. Si tẽpora tẽpeſtiue, & ordinate, &c.

8 ‖*In conſtantibus temporibus,cum tempeſtiue tempeſtiua redduntur:morbi conſtantes,& boni iudicij fiunt:in inconſtantibus autem,inconſtantes,& mali iudicij.*

in 1.Epi.cõ.3 t.1.3.103.d

Conſtantia tempora nominat,quæ ordinatim ſuã recipiunt temperaturã.Quem uero cõſtan G
tẽ appellet annũ, tibi licet diſcere ab ipſo in libro de aqua,aere,locis,& regionibus,ita dicente:
de Aere, aquis, & locis, cap.6. 3.43 ‖Siquidẽ pro ratione facta fuerint ſigna huiuſcemodi in ortibus,& occaſibus ſyderũ,& in autũ-
no ſi aquę deſcẽdũt,& hyems mediocritatẽ ſeruauerit,neq; ualde*ſerena,neq; frigore excedẽs, *ἔυδιος.
& uere aquæ euenerint tempeſtiuæ,& æſtate:ſic par eſt annũ fore ſaluberrimũ. Poſtquã igitur,
qualem uelit eſſe cõſtantẽ annũ,didiciſti:facile eſt ẽt inconſtantẽ intelligere. Oĩa.n.quæ aliqua
ex parte nõ ſeruant anni conſtantis ductũ,ea nunc Hippocrates inconſtantia uocat:& eos,q̃ in
ipſis accidunt morbi,ſimiliter appellat.Ait aũt,ipſos difficulter,hoc eſt male,iudicari. Vel.n.cũ
caſibus periculoſis iudicia ĩ his morbis eueniũt,uel ſtatim sũt p̃nicioſi,uel oĩno faciũt recidiuã.

2. Epid. ſect.1. 9 ‖*Autũno morbi acutiſſimi,atq; exitiales,maxima ex parte. Ver aũt ſaluberrimũ,et minime exitiale.*

1.de Temper. t.11.f 3.Aphor.20. 24.a.b

Cum tempora cõuenientẽ ſeruant totã temperaturã,inter ipſa uer quidẽ erit ſaluberrimum.
Morbos autẽ acutiſſimos,atq; morbiferos,aliorũ temporũ cõparatione autũnus afferet,qm̃ uer
quidẽ bonã temperaturã habet.Autumno uero hoc in primis ineſt,q̃ eadem die aliqñ calorem,
aliquando frigus cõtinet. Deinde,q̃ æſtiuo ſuccedat tempori,in quo multis quidẽ humores aſ-
ſati fuerunt,quibuſdam uero & uires debilitatæ. Non ſolum uero hac ratione autumnus malus H
eſt,ſed etiam quia primum quidem humores mouebanẽ ad cutem,atq; difflabant:autumno ue-
ro ab aeris ambientis frigiditate,retruduntur,atq; ad interiora impelluntur.Hæc itaq; ſunt om-
nibus hominibus cõmunia:ijs uero,qui malo uictu utuntur,hoc amplius accedit,q̃ ęſtiuo tem-
pore fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarunt.

in 3.Epi.cõ.3. t.66.3.146.b in 6 Epi.cõ 5 t.27.3.193.c 3 de Diffic.reſpir.3.73.e in 1.Epi.i pro ęmio.3.101.b in 1.Epi.cõ.1 t.1.3.102.i in Progn.cõ.1 t.44.190.f Et cõ 3.t.38. 212.a 3.Aphor.13. 22.a

1. Epid. ſect.7. 10 ‖*Autumnus tabidis malus.*

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente aphoriſmo:nunc autem præcipue no
centem tabidis rurſus uituperat:Vtrum uero ſolũ illos nominet tabidos,quibus pulmo eſt exul
ceratus,an omnes quomodocunq; colliqueſcentes,non poſſumus coniectari.Liquet autẽ utriſ-
que autumnum eſſe malum,cum ſit ſiccus ſimul,ac frigidus, & inæqualis.

11 *De temporibus autem,ſi quidem hyems ſicca,et aquilonia fuerit,ver autem pluuioſum & auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri,& lippitudines(Græci ophthalmias vocant)& inteſtinorum difficultates, præcipue vero mulieribus,& viris,qui natura ſunt humidiores.*

De alteratione, quæ in temporibus fit, hic docet,ab hyeme quidem ſicca,& aquilonia initiũ
ſumens,

A ſumens,uere autem pluuioſo,& auſtrino. Paruæ igitur quamuis ſint tales mutationes, ꝑter naturã tamen ſunt:quapropter & in æſtate ſequi ait hos morbos,febres acutas,& lippitudines,& inteſtinorum difficultates. Cauſam uero, ob q̃ ſuperabundant in tali conſtitutione huiuſcemodi morbi,ipſe explicauit in libro de aquis,locis,& aere. Verba autem eius ſe habent in hũc mo
" dum.‖Si hyems quidẽ ſicca,& aquilonia fuerit,uel autẽ pluuioſum,& auſtrale, neceſſe eſt ęſta-
" tem febribus abundare,lippitudinesq;,& difficultates inteſtinorum aduenire.Quando.n.æſta-
" te ſuffocatio repẽte ſuperuenerit,& terra madida pluuiis uernalibus, & ab auſtro fuerit, neceſ-
" ſe eſt æſtum duplicari,& à terra madida,atque calente,& à ſole comburente, nondum cõſtanti
" bus hominum uentribus,neque exiccato cerebro. Neque enim poſſibile eſt tali uere exiſtente,
" non [a]*inflammari corpus,ac carnem:unde febres accidunt acutiſſimæ tum reliquis oĩbus, tum
" præcipue pituitoſis.Difficultates uero inteſtinorum mulieribus, & uiris humidioribus cõuenit
" fieri.Hæc Hippocrates in libro de aquis,locis,& aere dixit. Nos uero latius eius ſermonem explanabimus:& primo quidem ob quam cauſam,neque in hyeme, neque in uere per talẽ conſtitutionem dixerit uulgari morbos. Cum tamen in ſecundo Epidemiorum, in ipſo tẽpore uitia-
" to dicat apud Cranonem factos eſſe carbones.Verba autẽ eius hæc ſunt:[b] ‖Carbones in Crano
B ne æſtiui.pluebat in æſtibus aqua ruente per totum. fiebant autem auſtro magis. Manifeſta igit̃ eſt ex ijs,quę dixit,cauſa quoq;, ob quam apud Cranonẽ facti ſint æſtate carbones. Neq; enim paulatim mutauit temperaturam naturalem, ſed ad talẽ peruenit conſtitutionem, in qua facile putrent,quęcunq; naturam habent,ut putreãt.Habiles enim ſunt humiditates,quæ modum exceſſerint,ad putredinem faciendam.Nã (ut ipſe inquiet)morbi in tẽporibus pluuioſis fiunt,magna ex parte febres lõgę,& alui flux[9],atq; putredines:ædhuc aũt magis, q̃ humiditates, putredinem calores faciunt,In unũ itaq; conuenientibus adeo fortibus,atq; immoderatis diſpoſitionibus,ueluti in Cranone,ſecundum tempus corpus non expectat, uerũ anticipat in priore plurimum offendi.Per hyemem uero ſiccam & aquiloniam,corpora quidẽ tali modo afficerent̃,quali ipſe dixit ꝑ hęc uerba:[c] ‖Si uero aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alui duræ,urinę difficultates,
horrores,dolores laterũ,pectorum:non tñ effatu dignus morbus cõtrahet̃: nã & alioqui ſiccio
res conſtitutiones ſunt ſalubriores.[d] ‖ Ex toto.n,ait ſiccitates pluuioſis tẽporibus eſſe ſalubrio-
res,& minus mortiferas.Hyems uero aquilonia, ac ſicca nocebit quidẽ rectis ſtãtibus hominibus ad tuſſes,& alui ſuppreſſionem,& difficultatem urinæ,atq; dolores locorum ad thoracẽ attinentium:non tamen febres,uel difficultates inteſtinorum,aut tale quiddam operabit̃.Cur igi
C tur non etiam in uere pluuioſo,atque auſtrali morbi uulgantur?Quoniã anteceſſit hyems frigida ſufficienter,ac ſicca. Ipſe uero dixerat,non ſimpliciter præſentes cõſtitutiones fore cõſiderãdas,ſed ex qualibus,ad quales fiant permutationes.Præexiccatum itaq; corpus per hyemẽ ſiccam,atq; aquiloniam exiſtentẽ,non modo nihil ex uernis pluuiis patietur,ſed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si uero totum uer humidiũ fuerit,ad cõtrariam ducetur corpus conſtitutionem illi,quæ prius inerat,id eſt ſiccæ, trãſcendens illã, quæ medium tenet,mediocritatem.Quare æſtas ſubſequens,paratũ excipiet offenſioni,cũ terra adhuc humecta ſit:atq; ob hanc cauſam ſuffocationem efficiat,utpote Eteſijs nondum ſpirãtibus, Nam poſtea flare incipiunt poſt Canem etiã.Quare totum tempus medium habebit febres acutas,ꝑꝑ caliditatẽ,& humiditatẽ humorib[9] in corpore putreſcentibus,necnõ lippitudines,& difficultates inteſtinorũ,pro aptitudine partiũ, quæ offenſionẽ recipere natura aptæ ſunt. Aliæ.n. aliis magis, aliæ minus paſſibiles ſunt, ſecũdum corporum temperaturas. Nã lippitudines ferè oẽs infeſtant repleto capite,quibuſdã exceptis,quibus oculi ꝑualidi ſunt: Difficultates uero inteſtinorũ,ſicut ipſe dixit,eos,q̃ naturas humidas habẽt, & mulieres: hæ ſiquidẽ uiris ſunt humidiores.Si igitur totã cõſtitutionẽ,tanquã noſtra putrefacientẽ corpora, dãnamus,liquet,ꝙ pu-
D tredo magis humidis aduenier corporibus. Ipſum ſiquidẽ humidum,quod in noſtris putret corporibus,quædam ueluti materia eſt à ui caloris patiens.Humiditas uero ambientis aeris,quatenus exiccari non finit humorũ in corpore ſuperabundantiam,eatenus adiuuat uim putrefaciẽtem.Nihil itaq; mirũ,ſi in talibus conſtitutionibus plus offenduntur naturę humidiores:& propterea ait,febres pituitoſis magis aduenire:hi ſi quidẽ neceſſario ſunt humidiores. Manẽte igit̃ putredine in corpore,febres fiũt:ſi uero per uentrẽ euacuetur,difficultates inteſtinorũ. Et hęc per totam æſtatẽ contingent,niſi fiat circa Canis ortũ permutatio,de qua ipſe in libro de aquis, locis,& aere tranſegit poſt uerba paulo antea ſcripta,poſt illa uidelicet:‖Difficultates autẽ inteſtinorum par eſt fieri mulieribus,& uiris humidioribus.Nam ſermonem cõtinuãs,ſcribit in hũc
" modum:‖Et,ſi quidẽ ſuperuenerit circa Canis ortũ aqua,& hyberna tẽpeſtas,& Eteſiæ perfla-
" uerint,ſpes eſt quietis,& quod autumnus ſalubris erit:alioqui periculũ eſt,ne pueri morianẽ,&
" mulieres,minime uero ſeniores:& ne,qui euaſerint,in quartanã finiant, & ipſa quartana in aq̃
" inter cutem terminetur,Verum de ijs,quæ adiecit in libris de aqua,aere,& locis, cum librũ illũ exponemus,diligentius conſiderabimus. De ijs uero, quæ in præſenti aphoriſmo proponunt̃, ſufficienter eſt dictum,excepta una dictione,ex neceſſitate,quã non ſolum appoſuit in aphoriſmis,ſed etiam in libro de aquis,locis,& aere,oſtendens per eam,ꝙ rei natura perſuaſus,non aliqua

De Aere, aquis, & locis. cap.6. 2.4.a.

A In Græcis codi. impreſſis legitur hoc in loco συντήκεσθαι, i.coliquari. in libro aũt de locis, aere &c.legit̃ πλαδᾶν, ideſt humectari,& madeſcere.Manuſcripti autẽ aliqui habẽt φλυδᾶν cuius explanationẽ lege apud Gal.ĩ explan.linguarum Hipp. & apud Erotianum. Laurentianus uertit rebullire.

B 2.Epid.primę ſect.principium.
C Supra,aph.5.
D Infra,aph.15

De Aere, aquis, & locis. cap.6. 2.4 b

Ibidem.

qua obſeruatione ductus iſta notauerit. Quoties igitur neriſimile fit ipſum uidiſſe talẽ conſtitu E
tionem,uel quot in locis,nunquid bis,uel ter,uel quater? At neq;, ſi ſæpius inquies, adhuc poſſu
mus dicere,ꝙ ita ſemꝑ erit: ſicuti neq;,ſi ex medicina aliqua uideris purgatos ſex,uel ſeptẽ ho-
mines,dicere certe poteris, ꝙ omnes poſt hac hnmines ex neceſſitate purgabuntur. Quare pro
manifeſto relinquitur,ꝙ rei naturam Hippocrates ſequens,& non aliquã obſeruationẽ, ita ſcri
ptitauerit: Neceſſe eſt æſtate febres acutas,& lippitudines, & difficultates inteſtinorum fieri.

A de Aere, aquis, & locis, ca. 6.2.4.b

B * *Vox hæc ἐυδιος, quam alij ſerenam, alij tepidam, alij clementem interpretãtur, male a quibuſdam hoc in loco expungitur, cum in libro de Aere, Aquis, et locis ſcripta reperiatur, & in ſecundo Epid ſectione 3. à Gal. item & hic in cõ. & alibi hoc modo citetur.*

1. Epid. cõ. 1. t. 1. 3. 102. f g.

12 a ‖*Si uero hyems auſtralis, & pluuioſa & b * ſerena fuerit, uer autẽ ſiccũ, & aquilonũ: mulieres, qui bus partus ad uer ineſt, ex quacunq; occaſione obortiunt: quæ uero pariunt, imbecilles, & morbidos infan tes pariunt: quare uel ſtatim intereunt, uel tenues, & ualetudinarij uiuunt. Cæteris uero mortalibus dif- ficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt, ſenioribus autem diſtillationes, quæ cito interiment.*

Contrario modo ſe habet tẽperatura duorum temporũ, quæ in priore aphoriſmo dicta ſunt, ad intemperaturam illorum tẽporum, quæ in hoc dicuntur. Qualis enim erat hyems prius in il lo, tale nunc eſt uer: quale autẽ erat in illo uer, talis nunc eſt hyems. Quòd igit nõ erat in illis ne ceſſarium in uere morbos uulgari uehementes, ſufficienter dictum eſt. Nunc autẽ, quòd hyeme humida quidem, ac calida exiſtente, uere autem frigido, & ſicco, neceſſariũ ſit in ipſo uere homi F
nes ægrotare, monſtrandum eſt. Mulieres itaq;, quibus partus ad uer eſt, ex quacunq; abortiũt occaſione. Corpora ſiquidẽ humida, ac mollia, & laxa ab hyeme * ſerena, facta, ad intimas ſui partes aeris ambiẽtis frigiditatẽ facile admittunt ita, ut infantes, qui lõgo tẽpore calori iã ſunt aſſueti, uehementer à frigore percuſſi, non abſq; cauſa hi quidem prius in utero, hi uero mox in partu moriantur. Qui uero uiui in lucem eduntur, non ferentes ſubitam ad contrariũ mutatio- nem, uel breui poſt tempore moriuntur, uel exiles, atq; inſalubres effecti, uix in uita perdurãt. Alijs uero ceu pituitoſis, ac mulieribus, difficultates inteſtinorũ ait accidere ex pituita à capite ad uentrem defluente. Hunc enim humorẽ par eſt in dicta conſtitutione plurimũ generari, per hyemem quidem capite repleto, circa ueris autem initia ſubito refrigerato: nam cerebrũ ſua na tura generandis pituitoſis ſuperfluitatibus aptum eſt, cum refrigeratum, alimentum cõuincere non poteſt. Ineſt autem & hoc pituitæ generarioni, ut, quæ à forti fit frigiditate, acida euadat, q̃ uero à caliditate replẽte caput, ſalſa: ſicuti ſanè, & quæ à pauca fit frigiditate, uel paucã dulcedi nem, uel nullam manifeſtam qualitatem habeat. Ea igitur, quæ fit in præſenti conſtitutione pi- tuita, propter eam, quæ fuit in hyeme, caliditatem, ſalſa erit: & hac ratione maxime difficultatẽ inteſtinorum generabit, quando longiori tẽpore mordens, atque abradens, inteſtinũ offendet. G
Nam propter lentorẽ inter exeundum inteſtinis adhærens, & immorans, ſemperq; ipſa propter
Ibidem. qualitatem detergens, facit inteſtinorum difficultatem. ‖Iis autẽ, qui natura calidi ſunt, ac bilio ſi, inquit ipſe Hippocrates, lippitudines ſiccas accidere. ſic autem uocat eas, quæ ſunt ſine fluxu. par autem eſt calidis, ac ſiccis naturis in ſicca, ac frigida conſtitutione, quæ calidam, atq; humi- dam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum eſt in calida, atque humida cõ- ſtitutione: frigus autem ſuperueniens, ueluti manus quædam extrinſeca, comprehendens, ac ꝑ- mens cerebrum ueluti ſpongiam quandam, exprimit illam, quæ in ipſo cõtinetur, humiditatẽ. Hæc uero delata ab uno loco ad alium, ex ijs, qui faciles ſunt ad patiendũ, multos generat mor bos: atq; ita in iis, qui oculos habẽt natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil uero ex ipſis fluet extra, propter aeris ambientis frigiditatem denſantis ſuperficiem exteriorem. Quòd uero Hippocrates ipſe omnia, quæ diximus, ad cauſas referat antedictas, manifeſtum eſt ex ijs, q̃ ſcri
Ibidem. pſit in libro de aqua, locis, & aere, in hæc uerba: ‖ Pituitoſis itaq; par eſt difficultates inteſtinorũ ,,
aduenire, & mulieribus, pituita à cerebro defluente, propter naturæ humiditatẽ: bilioſis autem ,,
ſiccas lippitudines ob carnis caliditatem, ac ſiccitatem. Quod uero ſcribitur circa finẽ aphoriſ- ,,
mi, Senioribus uero diſtillationes, quæ ſubito interimant, ipſe in libro de aqua, locis, & aere, per H
Ibidem. hæc uerba ſcripſit: ‖ Valde autem ſenibus deſtillationes propter raritatem, & uenarũ colliqua- ,,
tionem, ita ut repente intereant: quoſdam uero contingit dextera, ſiniſtrave parte reſolutos fie ,,
ri. Per hæc uerba uidetur Hippocrates, nõ quas cõmuni uocabulo deſtillationes (hoc eſt κατάῤῥους conſueuimus nominare, quæ ſcilicet ex capite feruntur ad pulmonem per aſperam arte- riam, ſed omnes, quæ feruntur fluxiones per uenas à capite ad partes inferiores. quare & cito interimentes, bene uidetur adiectum, quoniam hæ uelocem criſim faciunt, cum alię diutius per durent. Quidam uero expoſitores per deſtillationes intelligentes illas, quæ a capite ad pulmo- nem fiunt per fauces, & arterias, cum negatione, non, hunc ſcribut ſermonem, hoc modo, Non cito interimentes, Et recte quidem. Neq; enim frigidæ fluxiones in ipſis concoquntur, ob æta tem. In quibuſdam uero exemplaribus ſcriptum eſt, Cito interimentes, quoniam, & in libro de
Ibidem. aqua, locis, & aere ipſe inquit: ‖ Ita ut repente intereant.

Ibidem. 13 ‖*Si uero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus uero pluuioſus, & auſtralis: dolores capitis ad hye mem fiunt & tuſſes: rauedines, atq; grauedines: quibuſdam autem & tabes.*

Eandem temperaturã nunc attribuit æſtati, & autumno, quam paulo antea pronũciauerat

de

A de aere,atq; hyeme,cũ ita dicebat: ‖ Si hyems ficca, & aquilonia fuerit, uer autẽ pluuioſum, & auſtrale. Verũ ibi quidẽ in hac conſtitutione æſtate dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates inteſtinorũ fieri: nunc uero in hyeme dolores capitis, tuſſes, raucedines, atq; grauedines. Nõ adiecit autẽ uel ibi æſtiuam conſtitutionem, uel hic hybernam: ut qui utrunq; tẽpus ſuã ſeruare temperaturã ſuppoſuerit. Nã ſi & in his alia aduenerit aeris ambientis intemperies, erit & in prædictis morbis propter illam aliqua alia propria intemperies. Verum in illa quidem conſtitutione, qua dixit hyemẽ fieri ſiccã, & aquiloniam, uer autem pluuioſum & auſtrale: ipſe ſubiecit cauſas, ob quas tales morbi æſtate fiũt, in libro de aere, locis & aquis ‖ de præſenti uero cõſtitutione nihil dixit in illo. Nã poſt duas antea ſcriptas conſtitutiones, alteram quidẽ, in qua hyemem aquiloniam, & ſiccam uult fieri, uer aũt pluuioſum & auſtrale: alteram uero, in qua cõtrarium pluuioſum, & auſtralem hyemem, uer aũt ſiccum, & aquiloniũ: hãc, q̃ poſt ipſas tertia fuerat, de qua præſens eſt ſermo, non ẽt adiecit, ſed eius loco alteram talem: Si uero æſtas pluuioſa fuerit, & auſtralis, & autumnus ſimiliter: neceſſe eſt hyemẽ fore inſalubrem: Deinde per ordinẽ quaſdam alias, quarum nulla eodem modo, quo iſta nunc propoſita, ſe habet. Sed de illis quidẽ, cum ad earum expoſitionem peruenerimus, ſermonem faciemus. Nunc uero de ea, q̃ ab ipſo di-

B citur in aphoriſmis, agamus, idẽ noſtro ſermoni initium facientes, quod ẽt paulo ante diximus. Par etenim eſt ſeruare ipſam hyemẽ ſimilem ei, quæ eſt naturalis, hoc eſt frigidã, atq; humidã, quantũ hæ duæ qualitates conueniunt tẽperatæ regionis habitationibus, ſde q̃bus, & ipſe loquitur, & nos paulo poſt nominatim mẽtionẽ faciemus. Seruante itaq; hyeme ſuum tẽperamentũ, nulla fortior in ipſa ęgritudo cõſiſtet, ſed tm̃ capitis dolores, tuſſes, raucedines, atq; grauedines, quæ ſunt repleti capitis accidentia. Si igitur, ut prius diximus, in utroque tẽpore, æſtiuo ſcilicet, atq; autumnali, fieri pluuias auſtrales contigerit, forte & in ipſa æſtate, ſin minus, ſaltẽ in ipſo autumno uulgabuntur morbi proprij conſtitutionis humidæ & auſtralis. Nunc uero cũ æſtatem ſiccam, & aquiloniam præceſſiſſe ſuppoſuerit, autumnum autem humidum, & auſtrinũ: par eſt non ſolum quoſdam non incipere ſtatim ægrotare, uerum & immodicæ per æſtatẽ ſiccitatis habere remedium non mediocre, eam, quæ facta eſt in autumno, humidam cõſtitutionẽ. Quia uero totus autumnus talis eſt ſubſecutus: neceſſe erit ijs, qui naturam habent humidiorẽ, plus, q̃ deceat, repleto capite, nuper dictos caſus hyeme aduenire: quibuſdã aũt eorũ & phthiſin, id eſt tabem, qui ſcilicet ad hunc affectum apti natura ſunt. Sunt autẽ apti natura, & qui anguſto ſunt pectore, & quibus à capite ad pulmonẽ fluxio defertur. Hi igitur tabidi fient. Alijs uero nullus

C quidem fortior morbus aduenier, ſed tuſſes, atq; raucedines, & quicũq; alij hniuſcemodi caſus fient, tempore hyberno capita ſuſcipiẽte auſtrinis pluuiis antea repleta, atq; ita in quibuſdã quidem hoc ſolum efficiente, quòd ſuperfluitas in capite permanens ſit ipſi doloris cauſa. Nullã ſiquidem plenitudinem ulla in parte corporis hyems diſſoluit. In quibuſdã uero coacto amplius & uelut compreſſo capite expreſſa materia inutilis, ad loca capiti ſubiecta deſcendit: hoc, itaq; ueluti purgatio quædam capitis eſt, & euacuatio. In quibus uero multa materia grauatũ caput antea laborauit, nec potuit hybernum frigus tolerare propter maiorem intemperiem refrigeratum, maiorum eſt fluxionum ſubiectis ſibi partibus cauſa.

Supra, apho. 1.

De Aere, aquis, & locis, c. 6. 2. 4. 2

14 *Si uero aquilonius, & ſiccus, ijs, qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ, & febres acutæ, & *grauedines, non nullis uero & atræ biles.*

* Al. diuturnæ.

Hic ſermo nũc dictus liquet, q̃d non eſt integer aphoriſmus, ſed pars ſecunda unius aphoriſmi, cuius priorem partem nuper deſtitimus explanare. Nam manente cõmuni ea, q̃ eſt æſtatis diſpoſitione utriſque ſermonibus: prior quidem pluuium, & auſtralem ab ipſa ſupponit autumnum, ſecundus uero, qui inſtat, ſiccum, & aquilonium. Quòd uero nil differt, ſiue ſiccum, ſiue

D ſquallentem, ſiue inaquoſum dixerimus, unicuique eſt manifeſtum. Ambobus ergo tẽporibus ſquallidis, & ſiccis effectis, humidæ quidem naturæ non modo nihil offendentur ex tali cõſtitutione, ſed potius aliquam ſentient utilitatem. Cauſam uero ipſe dixit in libro de aquis, locis, &

« aere, ſcribens in hunc modum: ‖ Pituitoſis uero hæc omnia auxilio ſunt. Exiccantur enim, atq; « ad hyemẽ minime *laxi perueniũt, ſed exiccati. § Reliquis uero, qui nõ ſunt tali natura p̃diti, lip- « pitudines ſiccæ, febres acutæ, atque *grauedines accidunt, & nõ nullis eorũ atræ biles. § Cauſam « uero horũ generationis, ipſe in libro nup dicto, his uerbis explicat: ‖ Bilioſis uero hoc eſt inimi- « ciſſimum, quia ualde exiccãtur, & lippitudines his ſiccæ eueniunt, & febres acutæ & diuturnæ, « quibuſdam uero, & atræ biles. Deinde cauſam ſubinferens, inquit: ‖ Bilis enim pars humidiſſi- « ma, atque aquoſiſſima exiccatur atq; abſumitur: craſſiſſima uero, & acutiſſima linquitur, & ſan- « guis pariter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipſis contingunt. Hæc itaque à nobis in propoſitas conſtitutiones dicta ſunt ſufficienter. Cur uero de his ſolis conſtitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures aliæ ſint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare methodum, qua quiſpiam utens, omnes conſtitutiones complecteretur. Eſt autem talis. Primum igitur incipere eſt neceſſarium, ueluti ab elementis, à ſimplicibus aeris ambientis intemperaturis, atque ipſas diuidere in ualde paruas, ualde uehementes, ac medias: & tũ dicere de qualibet

Ibidem. c

* παλαδιῶντες.

* *Hæc uerba non reperies in eo libro.*

Ibidem.

Ibidem.

earum

earum,quæ dictæ ſunt intemperaturarũ in ſingulis tẽporibus contingentiũ, quos ſcilicet morbos ſcd̃m unã quanq; naturã generabunt. Poſt hac duorum temporum intemperaturas inuicẽ connectere, quemadmodũ conatus eſt nunc Hippocrates facere.His uero tranſactis omnibus, deinceps trium temporum coniũgere omnes omnibus intemperaturas,deinde quatuor. Sic.n. foret integra atq; perfecta meditatio.Hęc igit̃,& nos forte aliquãdo, ſi plus otii nacti fuerimus, ſeorſum ſcribemus.Sufficiat autem in præſentia hoc dixiſſe ſolum,quòd paucos admodũ intẽperaturarũ complexus ſcripſit Hippocrates,adeo, ut hæ potius quoddam exemplum uideãtur, quàm pars aliqua effatu digna totius circa talia diſciplinæ.Dicemus autẽ plenius de ipſis,cũ librum de aquis,locis,& aere,& de Epidemijs primum exponemus.Quod uero paulo antea ſum me dicturum pollicitus,nũc adiungens,in ipſo finiam orationem. intelligere nos enim oportet omnes,de quibus ſcripſit Hippocrates,cõſtitutiones,in locis terræ habitabilis tẽperatis fuiſſe: exceptis ab hoc ſermone Thracię locis,quæ à mari diſtant.Hæc enim in frigiditate atq; humiditate modum exceſſerunt: ſicuti & quæ ad Aegyptum ac Libyã attinẽt,loca calida ſunt ac ſicca: exceptis & hic illis,quæ mari adiacent,locis.In frigidis enim,quales ſunt circa Thraciam ac Põtum regiones,quoniam loca mari adiacentia humilia ſunt,ob hanc cauſam calidiores habẽt tẽperaturas.In calidis uero,quales Aegyptus ac Libyà:quoniam æſtate à uentis ab arcto flãtibus refrigerantur,idcirco minus ſunt calida ijs, quæ ad mediterranea receſſerunt.Zona uero exquiſitam habens temperiem,ac media orbis terrarum,eſt,quæ per Gnidum,& Co,& quæcunq; loca non multum ab his receſſerunt,uel ad aquilonem,uel ad auſtrum.Oportet autem,ut temperatã zonam nominatam ab ijs,qui talium habent peritiam,perfecte intelligas, excogitare quãdã lineam rectam ab oriente ad occidentem extentam per ea,quæ dixi loca.Quidam autẽ aſtronomi nõ zonas,ſed parallelas, id eſt æquidiſtantes uocãt tales in terra habitationũ ſimilitudines, quæ ab ortu ad occaſum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur de ijs præcipue, q̃ diximus,locis.Ordo autem temporum, ſicuti ipſe ſæpius in libro Epidemiorũ oſtendit, & ſicuti ij,qui hoc ſtudio excelluere,ſcripſerunt,hic eſt:Ortus Pleiadum,principiũ eſt æſtatis: poſt quẽ Canis ortus oporam appellatam inchoat,quam etiam ſecundam partẽ æſtatis uocant. Poſt hãc Arcturus oriens,initium facit autumno. Deinde occaſus Pleiadum, hyemis principiũ adducit. Et inde, quod hyemem ſequitur æquinoctium, ueris exordium affert.

15 ‖*Ex anni autem conſtitutionibus(quod in totum dixerim) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.*

in 1.Epi.cõ.8 t.1.3.103.d
Et cõ 2.t.60. G 3.113.f
in 3.Epi.cõ.3 in proœmio 3. 140.f & 141. b.t.2.
in Prog.cõ.3. t.38.4.212. a b
3.Aph.7.20.f & aph.11.21 b

Quòd melius fuiſſet inter antea ſcriptos aphoriſmos, in quibus agit de tẽporum conſtitutione,hunc primum ſcribere aphoriſmum, quem nũc prę manibus habemus, ex ipſis rebus didicimus,quoniam ad confirmandos priores aphoriſmos hoc etiã eguimus. Et hoc ex neceſſitate dicimus:qm̃ prius eſt natura,atq; doctrina,ſimplex cõpoſito. Poſt illum igitur aphoriſmum cuius initium eſt:‖Auſtri hebetantes auditum,caliginoſi,caput aggrauantes,pigri, diſſoluẽtes.primo loco ponemus illum,cuius principium:‖Quotidianæ cõſtitutiones,aquiloniæ quidẽ corpora in unum cogunt.Secundo loco hunc nunc propoſitũ: in quo ex oĩbus anni conſtitutionibus ſiccitates imbribus anteponit,& hoc cũ ratione.Nã in ſiccitatibus ſuperfluæ humiditates diſſoluũtur:per imbres aũt intra corpus collectæ putrefiunt, niſi quis ſingulis diebus collectas exercitijs expurget.Quæ.n.fit per balneas euacuatio, parua eſt,& ſolã ferè cutem euacuat:q̃ aũt ſunt per carnẽ & partes ſolidiores diſperſę ſuperfluitates,haud ſufficiẽter balneis euacuantur. Neq; tñ ea,q̃ fit per purgãtia pharmaca,ſuperfluitatum euacuatio idonea eſt. Nã ualde indigẽtibus, & ex lõgis interuallis utilis eſt.Earũ uero,quę quotidie generãtur in corpore,ſuperfluitatũ euacuatio minor eſt,q̃ ut exigat purgantis pharmaci operationẽ.Si uero quiſpiã uoluerit bis in mẽſe,aut ſemel ſaltẽ ea uti,ueritus ne ſuperfluitatum multitudo aggregetur: præter id, q̃ nocebit, H corpora ẽt in malã trahet conſuetudinẽ. Alimenti ſiquidẽ pars una ſeroſa eſt, & humida, q̃ ipſi gratia diſtributionis admiſcetur.Altera ueluti *fuliginoſa ſuperfluitas,quæ in plurimis cibis, q̃cunq; ſunt peiores,continetur:hęc naturæ operationem ſubterfugit, cũ neq; aſſimilari corpori quod nutritur,neq; agglutinari queat.Hę igitur oẽs diebus ſingulis ſunt euacuandæ: uerũ magis in ſiccis conſtitutionibus euacuantur: q̃ in humidis, atq; ideo has dixit eſſe ſalubriores.

Supra, Aph.5. Intra, Aph.17.

A.l.1.t 4.c.5. fol.75.d

* Al. lutoſa, ac fæculenta.

16 ‖*Morbi autem in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt,febres longæ,alui profluuia,putredines,morbi comitiales,apoplexiæ,& anginæ. In ſiccitatibus autem,tabitudines,lippitudines,articulorum morbi,ſtillicidia urinæ,& difficultates inteſtinorum.*

in 1.Epi.cõ.1 t.1.3.103.d
in 3.Epid.c.3. in proœmio 3 140.f
3.Aph.7.20.f

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis,non eſt mirum: ſiquidem ægroti ad morborum ſolutionem egent coctione: plures autem humiditates non niſi in longo tempore concoqui poſſunt. Accedit ad hoc,quod frigidiores & magis pituitoſi generantur humores in multitudine pluuiarum: ſicuti cõtra in ſiccitatibus bilioſiores:quare in temporibus pluuioſis febres erũt diuturniores,in ſiccitatibus autẽ acutiores. Alui autẽ profluuia in tẽporibus pluuioſis rationabiliter euenire ex humorum ſuperabundãtia per aluum expurgata,non eſt obſcurũ:

ſicuti

A ſicuti etiam,q̃ eiſdem temporibus putredines fiãt, quoniam perſpicuũ eſt humida ſiccis magis eſſe putredini obnoxia.Sũt utiq; & morbi comitiales,& apoplexię,morbi ex pituita ortũ habẽtes.Angina autem fit non nunquam ſuperfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiã magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus.Quòd aũt in pluuioſis tẽporibus fluxiones,& potiſſimũ ex capite uenientes ſuperabundent,& manifeſtũ eſt, & dictum à me ſępius. In ſiccitatibus autẽ & tabidos morbos ait abundare,& lippitudines,& articulorũ paſſiones, & ſtillicidia urinæ,& difficultates inteſtinorum,ſatis(ut mihi uidetur)indiſtinctũ de hiſce faciẽs ſermonem.Morbi ſiquidem tabidi has duas ſequuntur conſtitutiones:unã ſumme frigidã, ob quã non nulla ex uaſis,quæ ſunt in reſpirationis inſtrumẽtis,dirumpuntur: alterã,quæ cõiunctã habet cũ caliditate humiditatẽ,quarũ occaſione caput repletũ mittit ad pulmonẽ fluxiones: ſiccã uero cõſtitutionẽ,quæ tñ quo ad caliditatẽ,& frigiditatẽ naturaliter ſe habeat,oĩa potius, q̃ tabitudines,conſequuntur.Quare mihi uidẽt nõ nulli fuiſſe coacti de oculis,tabitudines intelligere,ut ſit ſermo huiuſcemodi:In immoderatis aũt ſiccitatib⁹ lippitudines tabidæ fiũt,hoc eſt ad tabem oculorum terminãtes:ex qua fiũt extenuati, ac ſicci plus,q̃ naturæ cõueniat,facta ſimul & ipſa pupilla anguſtiore,exiccatis uidelicet humoribus,à quibus diſtẽta moderate quidẽ,
B modum ſeruabat naturæ conuenientem,plus uero,q̃ oporteat,ad prauã latitudinem extẽdebatur.Si uero ipſas per ſeipſas dictas lippitudines ĩtelligamus,uerbũ,ſiccas adiũgemus. Diximus autem paulo ante,cauſam,ob quam ſiccæ lippitudines in magnis fiant ſiccitatibus. Iã uero articulorum morbi,qui quidẽ ex fluxionibus fiunt,nullo modo in immodicis ſiccitatibus fiẽt. Qui uero ab aliqua acrimonia accidunt,ſi & caliditas immodica acceſſerit,tũc ſolũ euenient. Quas igitur articulorũ paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri,dignũ eſt inquiſitione.Si enim immodicæ factæ conſumpſerint articulorũ humiditatẽ:difficilẽ ſanè quẽquã motũ ob ſiccitatẽ efficiẽt:forte uero & dolorẽ nõ nunq̃:eam uero paſſionẽ,quã arthritin uocant, haudquaquã efficiẽt: niſi quiſpiã omnem articulorum dolorem ita uelit noĩare. Atqui ipſe in libro ſecundo Epidemiorũ ita inquit.In ‖Aeno famis tempore,qui leguminibus ueſcebantur,infirma habebãt crura:q̃ oro bos comedebant,genuum dolores patiebantur.nõ arthriticos,ſed genua dolentes ipſos appellauit.Quiſpiam uero fortaſſe reſpondeat non unius articuli dolorem,ſed multorũ ſimul arthritin nominari:& idcirco genua dolẽtes,nõdũ arthriticos appellari.De morbo igit̃,qui artrhitis nominat̃,hæc dubitaſſe ſufficiat.De urinæ uero ſtillicidijs deinceps uideamus. Neq; enim ad ſiccitates & ipſa ſimpliciter cõſequuntur,niſi tribus adhibitis diſtinctionib⁹, quarũ prima eſt immo
C dica ſiccitas,ſecunda,ſi caliditas adiungat̃,tertia,ſi frigiditas: de quibus non fecit mẽtionẽ Hippocrates: ſed,ut dixi, ſicui libeat omniũ anni cõſtitutionũ naturã inueſtigare, ſic ipſum facere oportet.Erit autẽ ſermo exẽplo manifeſtus hujus propoſitæ cõſiderationis.Nã immodica ſiccitas in naturis bene tẽperatis aliã efficit corporis diſpoſitionẽ, aliã in ſiccis, uelut, & in humidis aliã:ſic,& in calidis,ac frigidis,aliã in utraq; faciet diſpoſitionẽ:ſcd̃m ẽt coniugationes ſimpliciũ intẽperaturarũ,aliã q̃dẽ in calida,& ſicca:differẽtẽ aũt ab ipſa,in frigida & ſicca: & in reliquis duab⁹ eodẽ modo.Sicuti uero ſimplicẽ paulo antea ſeruãtes aeris ambiẽtis tẽperaturã, in unaquaq; natura propriã dicebamns facere diſpoſitionẽ:ſic cõpoſitã ſupponẽtes, in unaquaq; rurſus natura futuras diſpoſitiones cõſiderabimus. Erit aũt cõpoſita ſicca aeris ambiẽtis cõſtitutio quando frigiditati,uel caliditati adiungetur,quanq̃ & ſimplex uidebatur quodã modo & ipſa cõpoſita:nam miſcebatur bene tẽperatæ conſtitutioni mediæ inter immoderantiã utrãq;, eã,quæ ſcd̃m caliditatem,& eam, quæ ſcd̃m frigiditatẽ. Cum uero conceſſum ſit in doctrinis, ſimplices quidẽ intẽperaturas eſſe eas,quę ſecundum unã qualitatẽ à modo naturę receſſerũt, non ſimplices autem eas,quæ ſecundum plures:non ſine ratione,cum aer ambiens,ea, q̃ eſt ſecundum ſiccitatem,&humiditatem,oppoſitione,fuerit male tẽperatus:in altera aũt,q̃ eſt ſcd̃m
D caliditatem,& frigiditatem,bene tẽperatus:ſimplicem dicemus eſſe intẽperaturam.Hac igit̃ habita in omnibus conſideratione,non obſcurum,quàm prolixus fiet ſermo de reliquis conſtitutionibus,& nunc propoſitus de ueſica.Nam urinæ ſtillicidia fiũt,& propter acrimoniã urinę, & propter uis retentiuę,quæ eſt in ueſica,imbecillitatẽ,q̃ rurſus imbecillitas ex immodica intemperatura contingit.Cum uero octo ſint immoderãtiæ, in ſingulis earũ debilis ueſica erit:atq; id circo ad eã urinæ ſtillicidia conſequentur.Iam uero,& urinarum acrimoniæ à quibuſdã fiũt intẽperaturis,ſed potiſſimũ ab ea,quæ eſt ſecundum caliditatem,deinde ab ea,quę eſt ſecundum caliditatẽ,& humiditatẽ,tertio ab ea,q̃ eſt ſecundum humiditatẽ. Fiet itaq; & ob hæc urinę ſtillicidiũ,demptis ijs,quæ ſunt propriæ ueſicæ paſſiones,ad quas urinæ ſtillicidia caſus ratione cõſequũtur:ueluti cum ob ulcus,aut eryſipelas, aut abſceſſum in ea factum,uel inflammationem, aut tale quid aliud,urinæ ſtillicidium contigerit. Nunc enim nõ de his ſermo exiſtit,ſed ſolum de illis,quæ aeris ambientis ratione proueniunt:ſicuti neq; de illis,quæ ex malo uictu habẽt occaſionem.Quæ uero in urinæ ſtillicidio ſunt dicta,hęc ẽt à nobis dici cogites in difficultate inteſtinorum,de qua neq; ipſe idem cum Hippocrate ſentio. Difficultas enim inteſtinorũ non ſimpliciter ad ſiccitates conſequitur, niſi prius diſtinctio adhibeatur: primũ quidẽ ut ſit exuperãs ſiccitas,deinde,ut aer ambiens ſecundum caliditatẽ, & frigiditatẽ permutetur,poſtremo ut na

turæ

2.Epid.ſect.4.& 6.Epid.com.4.t. 13.3.183.c

turæ corporum patientes considerentur. Non est autē æquum adeo de Hippocrate dubitare, q̄ E primus talis conditor contemplationis, non totam perfecerit, quantū de Diocle primū, & post ipsum de Mnesitheo, tū multis alijs medicis, qui ueras Hippocratis uias ingressi, multa sibi particulatim elaboranda proposuerunt. Cum enim deceret eos, si quicquam aliud, eā quoque, quę de temporum constitutionibus est, contēplationem, ut paulo antea suppositi, articulatim, distinctęq; tractare, totamq; elaborare, ipsam omnino contempserunt. Nos uero id facere aggrediemur proprio his dicato opere, si prius hæc, quæ prę manibus habemus, absoluerimus.

17 ‖*Quotidianæ autem constitutiones, aquilonię quidem corpora densant, & bene firma, & bene mobilia, bene colorata, & melius audientia facīt. & aluos exiccāt, oculos mordent, &, si pectus dolor aliqs prius obsederit, dolorem augēt.*‖ *Austrinæ dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & uertigines faciunt, oculis, atq; corporibus difficilem motum præstāt, & aluos humectant.* in 1 Epid.cō. 1 t.1.3.103.e 3. Aphor. 5. 20.d 3. Aphor. 15. 22.g

Supra, apho. 5.

Cum frigidus, ac siccus uentus sit aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur aūt adiicit ipsis instrumentis ex eo, q̄ stringit, & in unum cogit densando substantiā. Ob hoc igitur (ut inquit) omnia meliora fiunt secundū animales, & naturales operationes. Nā animales q̄dē operationes ostendit per ea uerba, Bene mobilia, &, melius audiētia: Naturales uero cū inquit, F Bene colorata. Cōmune autem utrisq;: bene firma, ac robusta esse. Et clarum est, q̄ ex uno sensu auditus, ueluti exemplo quodā, etiam de aliis ostendit. Hæc igitur bona adsunt aquiloniis cōstitutionibus, quibus maxime perfruuntur, q̄ salubre corpus habēt, & ex his ipsis humidiores. Adsunt uero & mala quædā hisce constitutionibus, uerū parua, & non similia malis, quæ auster affert. Cur enim nō parua sint, aluū cohiberi, morderi oculos, & pręcedētes dolores pectoris exacerbari? Nosces autē ipsorum paruitatē australibus cōparans cōstitutionibus, quas dixit dissoluere corpora. Maximū enim est hoc malum ad omne opus uitale, ac animale: non parum autē aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De uertiginibus autem (*ἰλίγγους*, græce uocant) quid dicere oportet? q̄ proximę sunt morbis comitialibus, & ijs, quos apoplexias nomināt. Ilingos. n. est tenebricosa uertigo, quæ fit, cū humor cum crasso spiritu in capite mouetur, & iccirco p̄cedit epilepsiam, & apoplexiam. Sed & difficilem (inquit) præstant oculorū, & totius corporis motum. praui autem sunt, & huiuscemodi casus. Solū aūt inest ipsis hoc mediocre, quòd aluos reddunt humidiores. Hoc autē & alia omnia efficiunt, maxime quidem propter humiditatē: sed & insuper etiā propter caliditatē. Id autē, quod in initio sermonis scribitur, melius ordinē cōmutasset, ut primum quidē foret uerbum, humectant, secundum uero, dissoluunt, deinde ea, quę de G inceps sequuntur. Quia enim humectant, ob hoc & singula alia operātur, coadiuuāte ad hæc & caliditate. Fiunt siquidem operationes per solidas animalis partes, quę uere sunt eius partes. Aggrauantur autem hæ, quapropter & deterius operantur, propter humiditatum excessum.

18 ‖*Per tēpora aūt anni, uere quidē, et prima æstate pueri, & qui hos sequūtur ætate optime degūt, & sani sunt maxime: æstate uero, & autūno usq; ad aliquid, senes: reliquū, & hyeme, qui mediā ætatē habēt.* in 6. Epid. cō. 5. t.36.3.194. e 8. de Hippoc. & Plat. decr. 1.277.a

Non solū in ætatibus, uerū in omnibus alijs, quæ secundū temperaturam, uel modice se habent, uel immodice, si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, uerū inueniet. Naturis siquidem, ætatibus, & regionibus bene tēperatis, optimū tēpus est, quod optimā habet tēperiem: cum eū, quo præditæ sunt habitum nō permutari, sed conseruari desiderent, qm̄ omne, quod est, à similibus quidē conseruatur, à contrariis autem transmutatur. Quare puerorū ætas, adhuc aūt magis adolescetiū (hæc enim est omnium ętatum optima) uere optime degunt: & ea dē ratione quæcunq; uel regiones, uel naturæ sunt bene tēperatæ. Adiunxit aūt ueri principiū æstatis Hippocrates, in latū extendens uniuscuiusq; theorematis utilitatē. Magis aūt exquisitus sermo fuisset, si ita scripsisset: Adolescētes uere, pueri æstatis principio optime degūt: in senibus H uero propter temperaturæ frigiditatē æstas utilissima est: sicut ijs, qui in ætatis uigore cōsistunt, hyems maxime confert. Hæc enim contraria est illi, quæ in his fit ex bilis multitudine, intēperaturæ. Sic & naturarū, biliosiores quidem hyeme optime degunt: pituitosiores autē, æstate: bene autem temperatæ, uere. Similiter & regiones, quæ quidem sunt bene tēperatę, optimum uer habent: ex aliis uero frigidæ æstatem, hyemem uero calidæ. Iam uero pessima tēpora unicuiq; ætati, atq; naturæ, & regioni, ex ijs, quæ dicta sunt, possumus inuenire. Nā pessima sunt optimis maxime contraria. Eadē ratione, & media inuenias inter optima, & pessima. Illud prēterea animad uertere oportet, q̄ uer quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs uero oībus medium: neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas, & regiones se res habet. Autumnus omnibus utiq; malus est, ætatibus, naturis, ac regionibus. Ex ipsis tamen per autumnū minus, quàm aliæ, calidæ & humidæ lædūtur.

19 ‖*Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam uero magis in quibusdam ipsorum, & fiunt & excitantur.* 8. de Hipp. & Plat. decre. 1. 276. g in 3. Epid. cō. 3. t. 71. 3. 147. c

Si ambientis aeris temperatura sola esset morborum causa: tūc omnes quolibet tēpore illos morbos

A morbos,pateremur,qui ſunt accõmodati naturæ temporis.Nunc uero,cum etiam ob errata,q̃ in uictu contingunt,morbi fiant, omnes quidem in omnibus tẽporibus fient,plures uero in ſingulis temporibus naturæ temporis accommodati. Nõ parum autem in his confert & differẽtia naturarum. Neq; enim ſimiliter ab eadem cauſa calidum corpus, ut frigidũ,offendi aptum eſt, uel humidum,ut ſiccum:neq; temperatum æqualiter iſtis,neq; illis, quæ ſecundum aliquã qualitatum coniugationem à bono temperamento recedunt,ut antea diximus.

8. de Hippoc. & Plat. decr. 1.276.g in 1.Epi.cõ.1. t.1.3.103.c in Prog.cõ.3. t.38.4.212.a 3.Aph.1.19 g

20 *Vere‖etenim furores,& atræ biles,& morbi comitiales,& profluuia ſanguinis,& anginæ,et graue dines,& raucedines,& tuſſes,& lepræ,& impetigines,& uitiligines,& puſtulæ ulceroſæ plurimæ,& tubercula,& articulorum morbi.*

Et quo modo antea recte ab eo dictum uidetur,‖ Ver autem ſaluberrimum, & minime mortiferum,cum multæ in eo fiant paſſiones?Videtur ſiquidem magis quodlibet tempus adæquare morborum,quos generat,uarietate.Furores etenim, & atræ biles,& morbi comitiales, & anginæ ſunt morbi autumnales:grauedines autẽ,& raucedines,& tuſſes, ſunt hyemales. De æſtate autẽ ipſe deinceps dicet,communionem eius oſtendens ad uer:‖Aeſtate uero quædam horum, Supra, Aphor.5. Infra,aphor.21.
B hoc eſt prius dictorum in uere:Ex ſuperabundanti autem,præter alia tẽpora, uer profluuia ſanguinis,lepras,impetigines,uitiligines puſtulas ulceroſas plurimas efficit, tuberculaq́;,& articurum morbos.Sed certe hæc,quæcunq; ſunt uerni temporis propria,omnia periculo uacant:tãtumq́; abſunt,ut aphoriſmum illum falſum oſtendant,in quo dixit: Ver autẽ ſaluberrimum, & minime mortiferum : ut potius ipſum uideantur confirmare. Nam hoc ipſo tempore profundum corporis expurgatur uitioſis humoribus à partibus principalibus ad cutẽ peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & uitiligines, & impetigines,& puſtulæ quædã ulceroſæ multæ generantur. Alio uero modo in tuberculis,& articulorum morbis,profundum corporis expurgatur,uitioſis humoribus ad loca uiliora trãſpoſitis.Quòd autem profluuia ſanguinis, & multitudinem, & uitium humorum euacuando,cohibeant morbos,qui ex ipſis oriuntur, perſpicuũ exiſtit. Si uero aliquod corpus bonos humores habens,uernum tẽpus excipiat : hoc ſeruat ſaluberrimũ, nihil innouans ex propria natura:nõ ſic æſtas,uel autumnus,uel hyems. Hæc enim tẽpora etſi purũ corpus,& omni uacans reprehenſione ſuſcipiant : illa flauam bilem ultra modũ generare ſolet, hic atram,hyems uero pituitam. Tale quiddam enim uere contingit, quale in exercitationibus euenire uidemus.Etenim hæ quoq; ſunt ſaluberrimæ. Verum,ſi hominem uel pituita , uel flaua
C bile,uel atra,uel ipſo etiam ſanguine plenum, uolueris ad exercitationẽ perducere,aut ei morbum comitialem,aut apoplexiam efficies exercitatione:aut ſi hæc mala non euenient,periculũ imminet,ne rupto aliquo in pulmone uaſe,in morbum incidat inſanabilem.Multi uero cum febricitare cœpiſſent: ꝓpter exercitationes acutiſſimis morbis fuere correpti. Quibus uero uicẽ purgationis humorum,qui ſunt in profundo corporis,exercitatio ſuppleuerit,ad cutẽ euocans malorum humorum abundantiã:his & ulcera,& ſcabies inde generantẽ.& hoc innuens dicebat Hippocrates,‖Si impurgatus laboraueris,ulcera erumpent. Et quidem uerno tempore calor aeris ambientis humores diffundens educit ad cutem:atq; hoc quoque opus ipſius, exercitationi bus ſimile exiſtit. Non ſolum autem exercitationum operibus, ueris opera aſſimilantur , ſed & earum naturæ,cuius opus eſt & occultam per totum corpus facere tranſpirationem , per quam excernuntur ſuperfluitates, & corpus in morbis uarijs modis expurgare. 6.Epid.com.5.t. 34.3.194.c

8.de Hipp. & Plat. decre. 1. 176.1 de Crifib.4.134.c & 135.c 3.Apho.20.a & 23.h

21 *Aeſtate‖autem non nulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & §quartanæ,§& uomitus,& alui profluuia,& lippitudines,& aurium dolores, & oris ulcerationes, & genitalium putredines,& ſudamina.*

D Aeſtate inquit & non nullos ex uernis morbis fieri,circa initia eius uidelicet.Nã,quæ fini ueris continuantur,ſicuti ſimilem habent temperaturam cum uere,ita,& in morborum generatione communicant. Inquit enim alios quoſdam æſtate generari illi proprios, ueluti febres continuas,& ardentes,& tertianas:& (ut ſimpliciter dixerim) quæcunque ex flaua bile, mala corporibus accidunt.Nam & uomitus bile per ſumma natante fiunt,& uẽtris profluuia ad inferiora defluente.Lippitudines quoque æſtate plurimæ fiunt,utpote repleto capite.Sic & aurium dolores,& alia ſimilia æſtate corpus patitur ex capitis repletione,aliàs ad alias corporis partes ſuperfluitatem deponentis.Oris autem ulcerationes, quòd propter bilioſum humorem cõtingãt, perſpicuum exiſtit.Genitalium uero putredines,non ſimpliciter, quando æſtas aut humida magis fuerit,aut nullus flauerit uentus,aut auſter in ea abundauerit. Nam cum plurimum à modo naturæ receſſerit ad humiditatem,aut flatuum carentiã:non genitalium tantum putredines facit,ſed cuiuſcunque partis alterius:qualis eſt illa, quæ ſcribitur in tertio Epidemiorum ‖ conſtitutio,& quæ in ſecundo‖circa eius initia. Quæ uero paruę ſunt aeris euerſiones,genitalia tangunt,ut,quæ ob humiditatem,ac caliditatẽ ex quacunq; occaſione ſint parata putreſcere. Qua re,cum propriam æſtas ſeruauerit temperaturam,qui multis ſuperfluitatibus infeſtantur,quando hæ aliquam ob cauſam ad genitalia defluxerint,ipſorum putredines patiũtur. Sudamina autem 3.Epid.com.3.t. 1. & c.3.140.f & c. 2.Epid.ſect.1.

tem (græce ἰδρῶτες) è genere puſtularum ſunt in ſumma hærentiũ corporis parte,quæ inflar ul- E
cerum cutem exaſperant,proueniunt autem,quemadmodum, & ipſum oſtendit nomen, ꝓpter multos ſudores,qui uel bilioſiores,uel omnino mordaciores exiſtunt.mordent enim hi cutem, & pruriginoſam efficiunt , & per modum ulcerum exaſperant.

22 *Autumno ‖ uero,& multi æſtiui morbi fiunt,& febres quartanæ,& erraticæ,& lienes,& aquæ inter cutem,& tabes,& ſtillicidia urinæ,& difficultates inteſtinorum, & læuitates inteſtinorum, & cõxendicum dolores,& anginæ,& anhelationes, (quas græci aſthmata uocant), & ilei, & morbi comitiales,& furores,& melancholiæ.*

8. de Hippoc. & Plat. decre. 1.276.g
2. de Criſib. 4. 125.c
3. Aphor. 5. 20.d

In autumno (inquit) & æſtiuorũ morborum permulti fiunt,manente adhuc æſtiuo humore in ipſo,flaua bile ſcilicet.Neq; enim,ſicuti æſtas ueri ſuperueniens humores euacuat,ita & autũ nus æſtiuos:ſed contrarium ex toto accidit. nam ex partibus extimis ad intimas ducit:cũ rõne igitur æſtatẽ inquit nõ nullos ex morbis uernis generare, autumno uero nõ ex æſtiuis aliquos, ſed multos.Nã & quartanas febres in hoc ipſo tẽpore fieri inquit, quia ſcilicet ex atra bile ortũ habẽt,quæ duplicẽ habet generationẽ: alterã quidẽ ex flaua bile ſuperaſſata:alterã uero ex ſan guine craſſo. Fiũt aũt,& erraticæ febres in autumno,propter tẽperaturæ inæqualitatẽ:& lienes F
magni,ob atræ bilis ſuperfluitatẽ:& aqua ĩter cutẽ ex liene cõtingit.Et, ſi qua diſpoſitio tabida in dubio eſt,maxime autumno deprehendiẽ ꝓpter frigiditatẽ,ſiccitatẽ,& tẽporis inæqualitatẽ, nihilominus aũt & propter humorũ prauitatẽ. Fiũt quoq; ob eaſdẽmet cauſas eo tẽpore potiſſi mũ urinæ ſtillicidia.Nam ueſica in inordinatis,ac repentinis ad calidum, & frigidum permutationibus,refrigeratur:& quæ ex malis humoribus fiunt acritudines,ipſam moleſtant:tũ præſer tim,cum facta ad frigiditatẽ ſubita cõmutatio,eos,qui antea difflabanẽ,& per ſudores euacuabantur humores,ad ueſicam cõuerterit.Lęuitates uero inteſtinorũ ſunt ueloces,& ſine ulla om nino trãſmutatione ciborũ deiectiones,aut propter exulcerationẽ in ſuperficie uentriculi, aut inteſtinorum,quę eorũ modo fit,quo illę,q̃ in pueris græco uocabulo aphthæ, id eſt oris ulcera nominantur:uel propter potentiæ retinẽtis imbecillitatem.Quorum primũ ex mordacibus, & ſubſtantiã tenuẽ habentibus humoribus fit: ſecũdũ uero ex magna uentriculi,atq; inteſtinorũ prouenit intemperie.Hæc aũt ambo maxime autumno fieri contingit. Coxendicũ autem dolo res ex malignitate humorũ,& frigiditate fieri par eſt . Anginæ uero ex bilioſis humoribus ortũ habent,qui ad fauces autumno decumbunt:ab illis,quæ uere fiunt,differentes,quoniã illæ ſunt quodã modo pituitoſiores.Iã uero aſthmata,(id eſt anhelationes,ſeu crebri anhelitus,)tũ pro- G
pter humorũ motum ad partes interiores,tũ propter frigiditatẽ fieri conſueuerunt.Propter hęc eadem,& qui ilei,id eſt uoluuli,nominantur:ſunt aũt cibi ſuperfluitatũ, quę per aluum inferiorem excernuntur,retentiones, quæ magna ex parte fiunt ex alicuius inteſtinorũ partis inflãma tione.Maxime uero par eſt,ut in frigido,ſicco inęquali,& malos gignente humores tẽpore, par tes ad uentriculũ,atq; inteſtina attinentes offendantur.Nã,qui in æſtate tenues,& bene mobiles humores ſunt generati,autumnus excipiens,q̃ frigidus ſimul,atq; inæqualis exiſtit,ad ꝓfun dum corporis agit.Sunt autem in profundo etiam inteſtina. Morbi uero comitiales accidũt iis, qui naturam habẽt ad hãc paſſionẽ procliuẽ, propter repentinam ad cõtrariã tranſmutationẽ. Calor enim media die,frigꝰ uero in prima & ultima parte fit.Nihil aũt adeo comitiales acceſſio nes,ſicuti talis uarietas,aptum eſt generare.Furores uero ob tenuium,ac bilioſorum humorum eueniunt malignitatem:ſicuti melancholiæ ex atra bile,de qua pauloante dictum eſt.

23 *Hyeme ‖ uero morbi laterales,& pulmonis inflammationes,grauedines,atq; raucedines, tuſſes, dolores pectoris & laterum,atq; lumborum,capitis dolores,uertigines,& apoplexiæ.*

8.de Hippoc. & Plat.decre. 1.276.h

Hyemales morbos poſt autũnales exponẽs,nõ eodẽ modo,ſicuti prius, dixit, neq; q̃ hyeme H
Paulo ſuperius aphor.21. & 22. multi ex autumnalibus.Atqui prius in æſtiuis ipſos comparans uernis,ita dixerat:‖ Aeſtate aũt non nulli horum:In autumnalibus autem,Autumno uero & æſtiuorum multi.Nunc autẽ morbos hyemis ſimpliciter connumerauit,uel ex cõmuni uolens hoc quoq; in loco,nos aliquid dictorum ſubaudire,uel ſimpliciter enunciãs nihil autumnale tempus cum hyemali cõmunicare. Atqui primas partes hyemis rationabile eſt,& ita experientia comprobatur, cũ autumno mor-
2.Aph. 25. 16.a bos cõmunicare.Inquit enim & ipſe:‖Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues,autumna les uero longę & magis,quæ ad hyemẽ coniunguntur.niſi quis dixerit,ipſum de illis,quæ in ex trema autumni parte generantur,facere mentionẽ . Verũ morbos hyemis proprios hoſce uult eſſe,morbos laterales,& pulmonis inflammationes, quoniã inſtrumẽta reſpirationi ſeruientia, frigiditate lędunturcum alia ita bene poſſimus obtegere,ut nihil,aut minimum ſentiãt ambiẽtis frigiditatem.Reſpirationẽ uero nemo poteſt cohibere : neq; aliter datur reſpirandi facultas. Ob hãc igitur ipſam frigiditatem,tuſſes hyeme maxime fiunt, & laterum dolores : ob eandẽ ẽt caput oblæſum,grauedines,tuſſes,atq; raucedines operatur.Fiunt autẽ ſicuti dolores laterũ ob frigiditatẽ,ſic & capitis,atq; lumborum,& omniũ partiũ neruoſarũ. Vertigines quoq;, cerebri læſionęs conſequuntur,ſicuti & apoplexiæ:nam,& hæc paſſio fit,cum caput repletũ eſt pituita.

In ætatibus

8.de Hipp.& Plat.decre.1. 276.h 1.Epid.có.i.t. 1.3.103.c.Et cóm.3.t.1.3. 117.f.

A 24 ‖*In ætatibus autem talia contingunt: paruis, & nuper natis puerulis oris ulcera (quæ aphthæ uocantur) uomitus,*tusſes, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.*

**Dictio hæc in quibuſdã manuſcriptis cod. græcis non reperitur, nec in tralatione Burgondionis, nec Laurentiani: quin nec à Galeno in commẽto eius fit mentio.*

Quæ ad ætates attinent, diligentius elaborauit, q̃ quę ad anni tẽpora, facta in minores partes diuiſione. In puerulis igitur nouiter natis ait fieri aphthas: ſic aũt Græci uocant ulcera q̃ ſummã oris occupant partem, ob mollitiem maxime facta inſtrumentorum, quæ neq; tactum, neq; qualitatem lactis ſuſtinent, quod non paruã in ſe ſeroſam continet partẽ. hæc aũt pars uim hẽt abſtergendi. Quare non eſt mirũ, ſi in corporibus mollibus quaſdã per ſumma facit exulcerationes. Vomitus aũt tunc his fieri par eſt, propter lactis, quod aſſumunt, multitudinẽ. Vigiliæ uero haudquaquam ipſis ſunt aſſuetæ, ut qui maiori parte temporis dormiãt: niſi forte ob ipſam paſſionem fieri infantibus uigilias opinetur. Qm̃ uero ſomni abundantia ipſis maxime ſecundum naturã ineſt, pauores ẽt per ſomnum infantib⁹ adſunt, iis præſertim, qui ſunt natura edaciores: q̃ loca ad uentriculum pertinentia ſenſu quidẽ uigeant, ſed imbecillia exiſtãt: cibus uero corrumpitur. Nos quidem obſeruauimus, non in tantillis ſolũ, ſed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per ſomnos imaginationes, quando multi, & uitioſi humores grauant, & mordent uen-
B triculũ, præſertim ipſius os. Hæc enim particula præcipuum habet ſenſum. Vmbilicorũ autẽ inflãmationes non multo antea præciſorũ, non ſine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non ſecus, ac ſiqua alia pars foret ulcerata. Verũ & aurium humiditates paſſionibus annumerat, quã uis palati, & nariũ in eodem numero non ponat, qm̃ naturæ conuenit per nares, atque palatum cerebri ſuperfluitates per deriuationem expurgare: & fit hoc ẽt iis, qui ſunt ætate perfecta. A natura autem aliena eſt expurgatio per aures. Verum, & infantibus etiã ꝑ aures cerebrum expurgaẽ: & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis paſſiones, etiã auriũ ſcripſit humiditates. Eſt ſiquidẽ & totũ corpus nouiter natis puerulis maxime humidũ, adeo ut & oſſium natura in ipſis potius cerea, quàm lapidea uideatur. Præ cæteris uero partibus cerebrum admodum humidum exiſtit, quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Quare non abſque ratione: in puerulis, cum ſuperfluitates abundent, per foramina excernuntur.

8.de Hipp.et. Plat.decre.1. 276.h

25 ‖*In progreſſu uero, cũ iã dentire incipiunt, gingiuarũ prurigines, febres, cõuulſiones, alui profluuia & maxime cum caninos edunt dentes & ijs præſertim pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.*

Prurigines quidem gingiuarũ fieri, cũ dentes pullulare incipiunt puerulorũ, nihil mirũ. Pruri
C go.n. (Græce ὀδ'αξισμὸς,) pruritus quidã eſt cũ exigua quadã moleſtia. Febres uero, cõuulſiones, atq; alui profluuia accidunt pueris, qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodum & ipſe oſtendit inquiens. Et maxime cum caninos edunt dentes. Liquet autẽ, ꝑ perforatis gingiuis à dẽtibus prodeuntibus, †hi caſus eueniunt, quẽadmodũ ubi ſtimulus infigitur carni: & ſanè plus dentes affligunt, q̃ ſtimuli. Hi ſiquidẽ ſemel firmati, in membro quieſcunt, cui ab initio infixi ſunt: dentes uero tm̃ procedunt, quantum augentur. Febricitãt ergo hac ætate pueruli, & propter dolores, & uigilias, & inflãmationes. Conuulſiones autem eis accidunt tum propter hæc, tũ propter crudũ alimentũ, & quia neruoſæ partes nõdũ ſatis ualidæ ſunt. Ad hæc omnia ẽt ex neceſſitate, uentris profluuia cõſequuntur, qm̃ alimentum non bene coquitur, neque diſtribuitur. Quod autem dicitur, Pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent, ad conuulſiones refertur: cum his maxime pueris dicat conuulſiones fieri, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundãs ſuperfluitatibus, & ideo† conuulſionibus facile capiuntur: maxime uero ꝫ naturas has conuulſiones offendunt.

A.li.f.3.d.1.c.3. fol.58.e

†hæc ſymptoma.

†*In quibuſdã cod. græcis hæc uerba nõ legũtur, nec in Burgondionis uerſione, nec ẽt in Laurentiano.*

8.de Hipp.& Plat.decre.1. 276.h in 1.Pror.cõ. 2.t.55.4.176. d

26 ‖*Cum uero iam magis adoleuerint, tonſillæ, & uertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, anhelationes, quas Græci aſthmata uocant, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, uerrucæ, quas Græci acro*
D *chordonas uocant, ſatyriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipue antedicta.*

Primũ quidẽ ſcripſit de recens natis puerulis, dein de illis, qui dentes edunt, nunc uero de iis, qui mediam hñt ætatem inter illos, qui iam dentes ediderunt, & qui ſunt pubertati proximi. Nam deinceps ſequenti aphoriſmo illorum cõmeminit, qui quartum ab iis ordine locum obtinent. Verum tertiam ætatem, quæ nunc proponitur, quæ uſq; ad duodecimum, & tertiumdecimum annũ progreditur, multis capi ait paſſionibus: quarum primas tõſillas (græce pariſthmia) nominat, quæ ſunt locorum ad iſthmũ attinẽtium inflãmationes. Hic autem per iſthmum oportet intelligere partem illam, quæ os, & gulam interiacet, & quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab iis, qui proprie dicũtur iſthmi. Sunt autẽ anguſti quidã terræ proceſſus inter duo maria ſitæ. Hæ autem tonſillæ ſunt non nunquam ſolius tunicæ uentriculo, ac gulæ, & faucib⁹, totiq; ori communis inflammationes: non nunquam uero & ſubiectorum ipſi muſculorum, quãdo & uertebræ, quæ eſt in occipite, fiunt ad interiora inclinationes, de quibus poſt tonſillas inquit: Et uertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes. Nam à muſculis inflammationẽ patientibus uertebra hæc tracta, ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non anteriorem, ſed interiorem, ut ad uertebram retro locatam

ſuum ſermonẽ referẽs. Corporis ſiquidẽ ad profunda traductio, ſiue ex anterioribus, ſiue ex po E
ſterioribus fiat partibus, per unum uerbũ, intra monſtratur. Cur igitur Hippocrates in nouiter
natis puerulis, neq; de tõſillis, neq; de uertebræ, quę eſt in occipitio, luxatione aliquid dixit, cũ
tñ, & iſti nihilo minus cerebrum humidũ, & plenũ habeant ſuperfluitatibus, adeo ut ſubiectis
partibus demittat fluxiones? An quia hac ætate prius moriunt, q̃ ſubiecti faucibus muſculi unà
cum neruis fortem ſubeant inflãmationẽ? Adde, ꝙ hi partes eas habẽt molles, atq; ideo nõ poſ-
ſunt uehementius intendi, ita ut uertebra intus ad ipſa attrahatur. Iam uero aſthma (ſic aũt Grę A.li.1.f.3.d.1.
ci uocant crebram reſpirationem, qualis currentibus accidit, aut quouis alio modo uehementi c.3.fol.58.g
agitatis motione) in his quidẽ fit ob exercitiũ, quòd multa indiget animal reſpiratione: in aliis
τῦ πνεύματος, autem, in quibus non adeſt exercitiũ, ob anguſtiam eorum, quæ ſunt in pulmone, uentriculo-
i. ſpiritus. ad- rum*: hæc uero anguſtia fit repleto uiſcere ab iis, q̃ deſuper ueniunt, fluxionibus: hæ aũt fluxio-
dunt aliq cod. nes plures quidẽ in recens natis puerulis fiunt. Cito aũt ipſos inficiunt, qm̃ & aliter male ſe ha-
græci. & ita ue bent. Nã & ex utero ad aerem ambientẽ tranſitus, & alimenti mutatio, & inflãmatio ab initio
tus tralatio quidẽ locorũ ad umbilicũ attinentiũ, poſtea uero ob dẽtiũ generationẽ, eos oẽs imbecilles red
Burgund:o. et dit, & uix ea, q̃ dixi, tolerãt mala: tñ abeſt, ut adhæc, ẽt fluxionẽ poſſint ſuſtinere, ubi ad pulmo
Laurentian⁹. nẽ decubuerit. Lapis uero maxime propria paſſio eſt taliũ puerorũ, ut qui ob edacitatẽ nõ pau- F
cos crudos humores coaceruent: ex quibus pars craſſior unà cũ urinis ad ueſicã perueniens, fit
lapidũ generationis materia: accedit altera cã, uehemẽtia caliditatis. Aceruãt ſiq̃dẽ & ſenes hu
morẽ crudũ nõ paucũ nõ ꝑꝑ edacitatẽ, ut pueri, ſed ꝑꝑ potentiæ concoquentis imbecillitatẽ:
nõ tñ calorẽ fortem hñt, qui ex materia craſſa uaporẽ reſoluens lapidẽ generet. Lumbrici uero,
*πολλῶς, id eſt atq; aſcarides uidentur aliis animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex ſemine, ſed ex pu-
multo, eſt ī im tredine hñt generationẽ. Sola.n. putredo hæc non eſt ad generandũ ſufficiens, ſed & calore* plu
preſsis. in ma- rimo indiget. Cibus itaq; plerunq; corrũpitur in uentriculo, & præcipue in inferiore puerulis:
nuſcriptis ina- uerum caliditas in ualde tenellis nondũ materiã ſuperat, in adultioribus aũt, & materia idonea
νῶς, i. ſufficiẽti, eſt ad animaliũ taliũ generationẽ, & prẽterea caliditas adeſt. Aſcarides igitur ſunt tenues quidã
& ita Burgun lũbrici, qui in parte prẽcipue inferiore craſſi inteſtini gignuntur: & plurimi manifeſte gigni cõ-
dio, & Lauren ſpiciuntur in iumentis male cibũ coquentibus: quorũ malã coctionẽ fœtor indicat excremẽto
tianus. rũ. Aliud uero genus lũbricorum eſt rotundorum, in ſuperioribus magis inteſtinis generantur,
adeo ꝙ ad ipſum qñq; uẽtriculum aſcendunt. Multo uero plures hi, q̃ aſcarides gignunt in pue-
ris. Rarior aũt eſt lũbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt, & ſæpe per tota extenditur inteſti G
na. Verum de hoc nullam fecit Hippocrates mentionẽ, qm̃ neq; eius erat propoſitum de oĩbus
agere paſſionibus, quæ mortalibus accidunt, ſed de illis tantũ, quę ſingulis ætatibus ut plurimũ
accidunt. Ob hanc igitur cauſam ipſe enumeratis iã dictis, deinceps uerrucarũ genus, quod Græ
ci acrochordonas uocant, & ſtrumas adiecit, qui ſunt morbi, germina uitioſæ multitudinis ad
exteriora, & cutem repentis. Omne autẽ ipſorũ genus tubercula (græce phymata) nominat, ita
deinceps ſcribens: Acrochordones, ſtrumæ, & alia tubercula. Quædam autem ex his præcipuo
uocabulo tubercula nominantur, quædam ſponte naſcẽtes, & celerrime factæ inflammationes,
quæ celerrimæ in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam ſuppurantur: & plurima eſt ho
rũ in inguinibus, & aliis generatio, quoniam & in his partibus plures ſunt adenes, (id eſt glandu
læ) qui apti natura ſunt ad has ſuperfluitates prompte excipiendas. Horum adenum paſſio ſtru-
ma quoq; eſt, non ex calida materia, neque ad ſuppurationem properante, ſed potius quodam-
modo pituitoſiore, & frigidiore conſiſtens.

27 ‖*Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ ma-* 8.de Hipp. &
gis, & ex naribus profluuia ſanguinis. Plat.decre.1.
H 276.h

Incipiũt quidem pueri pubeſcere poſt annum quartumdecimũ. Qui uero prope hãc ætatem
accedunt, ſunt qui duodecimum, aut tertiumdecimum, aut quartumdecimum ẽt agunt annum
Neq;.n.eſt unus omnium certiſſimus terminus pubertatis, propter caliditatẽ, & frigiditatem tẽ
peraturę. Calidi enim citius, frigidi uero tardius pubeſcunt. Laborant autem pueri hi multis qui
dem morbis antea dictis, propter ſimilitudinem temperaturæ, & præterea febribus diuturniori
bus, q̃ priores: non tñ aliquid dixit de iis, quæ illa ætate febres abundãt: uerum ex eo, quod nũc
* Vetus trala- dicitur, clarum eſt, ꝙ oſtendit ipſas acutas eſſe. Alterantur.n. puerorum diſpoſitiones citiſſime ꝑ
tio habet forti pter corporis humiditatem, & naturalis potentiæ* imbecillitatem. Sanguinis uero profluuia ex
tudinem. Bur- naribus fiunt in tali ætate conſtitutis, quoniam hic humor in ea incipit abundare, non quia nũc
gundio robur. plus de eo generetur, quàm prius, ſed quia nunc minus abſumitur ex ipſo, propterea, quòd & de Nat. hum.
Laurentianus augmentum minus eſt hac ætate, quàm priore, ut ad corporis proportionem. cõm. 1.t.42.
firmitatẽ. quæ 26 ‖*Plurimæ autem paſsiones puerulis iudicantur, ut non nullæ quidẽ in quadraginta diebus, non nul-* 1.33.d
idem ſunt. *lę in ſeptem menſibus, non nullæ uero in annis ſeptem, quædam uero iam ad pubem accedentibus. Quæ ue* 8.de Hipp. &
*ro permanſerint, nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis, cum menſtrua erumpunt, * conſeneſce-* Plat.decre.1.
συγγηράσκειν. re conſueuerunt. 276.h
eſt in antiquis Si uerbum diutinæ ſermoni adiectum eſſet, melius foret: unde & non nulli nomen paſſionis 1.de Diebus
codicibus. Decret.4 149
de diutinis d Et.2.155.d

A de diutinis tantum ipſum arbitrãtur intelligere. Verum contra hoc ſunt ſermones tales, quibus ipſe utitur in aphoriſmis, ‖In acutis paſſionibus raro, & in principiis uti medicationibus: &, ‖Tenues uictus, & in longis ſemper paſſionibus, & in acutis. Manifeſtum itaq; ex his eſt, quòd non in diutinis tm̃, ſed etiã in acutis dicere conſueuit Hippocrates nomen paſſionis. Videtur itaque hoc in loco, aut de diutinis paſſionibus intelligere, aut mancum ſermonẽ protuliſſe. Nos uero ipſum ſupplentes, dicemus ita: Plurimæ autem diutinę paſſiones puerulis iudicantur, non nullę in quadraginta diebus, non nullæ in ſeptem menſibus, quædam in ſeptem annis. Ex diebus autẽ, quadrageſimus, primus eorum eſt, ex quibus morbi diutini iudicantur, ultimus autẽ inter illos, qui acutos ex intercidentibus iudicant, ſicuti etiam ſupra notauimus. Quicunq; uero hunc tranſcendunt numerum, ad ſeptimanæ rationem habent iudicium, non ſeptem diebus connumeratis, ſed primum quidem menſibus, deinde annis: q aũt, qui hoc tempus tranſcendunt, ad quartũ decimum annum perueniunt, eſt ſanę manifeſtum. Nam ſecunda ſeptimana in hoc completur tempore: & aliàs in pubertate magnæ fiunt corporis commutationes, ac in fœminis maxime propter menſtruorum eruptionem. Quare, ſiqui morbi, neq; hac ætate finiuntur, uſque ad longum tempus perdurare conſueuerunt.

1. Aphor. 24. 10. f

1. Aphori. 4. 4. f

8. de Hipp. & Plat. decre. 1. 276. h

5. Aph. 9. 38. c

B 29 ‖*Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febre acutæ, morbus comitialis, & alij, ſed præcipue antedicti.*

Cum primas ætates ad pubertatem uſq; minutiſſime diuiſerit, neſcio, quo mõ adoleſcentum ætatẽ prætermiſerit, quæ medium obtinet, locum inter puberes, & illos, qui conſiſtentis ætatis uigorem hñt. Verũ ex aliis, quas tetigit, licet, & de iſta coniicere: quæ in multis quidem cõmunicat illis, quæ ex utraque parte ipſam circunſtant, ſed hoc habet peculiare in maribus, ſanguinis ex naribus profuſionem, de qua commeminit in illis, q ſunt prope pubertatem. Nã† hic caſus incipit in illa ætate apparere, ſed maxime in adoleſcentibus, deinde ſubſiſtit in uiris. Verum hanc ætatem tranſgreſſus Hippocrates, ad illam, quæ eſt iuuenum, peruenit: & primum ſanguinis ſputum ſcripſit, ac tabem, deinde febres acutas, & poſt has morbum comitialẽ: deinde poſt hæc ait. Et alii morbi, ſed præcipue antedicti, recte quidem hoc adiiciens. Nam rem ita ſe habere indicat uiſus. At uero non ſat plenè de febribus acutis dixit. Neq;. n. dicere ſimpliciter oportebat acutas, q̃ & in pueris nihilo minus fieri uidẽtur, ſed ex acutis tertianas maxime, & cauſos, i. febres ardentes. Hæ enim præ cęteris febribus ſunt bilioſiſſimę, & multis iuuenibus accidunt:

† *hoc ſymptoma.*

C qm̃ & flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ætate, à qua morbi tales in ſummo uigore conſiſtentibus accidunt. Tabem autem, & ſanguinis ſputum, non ſecundum ætatis naturam patiuntur, ſed ſcd̃m aliquid eorũ, q̃ eis accidunt: quare & antea dicebat, ‖ q ſenes ut plurimũ, minus ægrotant iuuenibus: ubi & nos diximns, q ob incontinentiam iuuenibus, nõ ob ætatis imbecillitatẽ, ęgritudines plurimæ accidunt: ob hoc igit̃, & iuuenibus ſpuitiones ſanguinis accidunt, quia aut p̱cutiuntur, aut contunduntur, aut ſaliunt, aut clamant uehementius, aut refrigerantur, & humi cubant, aut replentur, aut p̱ p̱ aliquam huiuſcemodi cauſam. Ad ſputum uero ſanguinis, tabes cõſequitur. Quaræ et p̱ p̱ hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primũ, neq; ætatis ratione. Morbi aũt comitiales, quãuis malo uictu utantur, tñ ipſis non accidunt multi: ut mihi mirari ſubeat, quo modo, & hos Hippocrates ſcripſerit: cum in aliis, non modo, q abundant in pueris, dixerit, ſed q etiam ex hac cauſa paſſio puerilis nominatur, & q ætatis mutatione ſanantur. Fiunt igitur, & in quibuſdam iuuenibus morbi comitiales, qui prius nõ erant, propter uictus errorem, quem in iis, quæ aſſumuntur, admittunt, & in aliis, quæ ab ipſis aguntur, operibus, & q̱a humi cubant, & Soli ſe exponunt, & imbribus, atq; aliis ſimilibus. Verum hi morbi non multi ſunt. Et fiunt quidem alii morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita ſcribere aphoriſmum:

2. Aph. 39. 17. h

D Iuuenibus autem, & omnes alii morbi, quos diximus aliis accidere ætatibus, ſed præcipue cauſi, id eſt ardores, & tertianæ febres.†

† *Additur ẽt in aliquibus codic. græcis* ἰσέον δ' ὅτι ἡ ἀκμαστικὴ ἡλικία λε ἔτεσι περιγράφεται, ἡ δὲ παρακμαστικὴ μθ. *Sciendũ autẽ eſt quòd uigens ætas triginta quinque annis circunſcribitur: declinans autẽ quadraginta octo. Quę etiã uerba ſunt in Burgund. et Laurentiano. Quã quam in initio explanationis aphoriſmi ſub ſequentis hic ſenſus legitur.*

8. de Hipp. & Plat. decre. 1. 277. a

30 ‖*Vltra hanc ætatem aſthmata, id eſt anhelationes, & morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, læuitates inteſtinorum, hæmorrhoides.*

Iuuenũ ætas quinta ſeptimana terminatur. Iuxta hoc igitur, & ipſe in Prognoſticis dicebat:

cc ‖Magis autem expectare oportet ſanguinis quidem profluuium in iis, qui nondũ trigintaquinq;

cc annos attigere. Nã, q̃ iuuenibus ętas continuat̃, ad duas ſequentes ſeptimanas extendit̃: in qua ætate oĩa uitæ munia, æque, atq; illi, q in uigenti ætate cõſiſtunt, conant̃ peragere, nõ tñ eodem mõ ad labores ſufficiunt. Nã ex aduſtione, & algorib⁹, & humi cubatu, uigiliis, atq; repletione, pl⁹, q̃ illi offendunt̃. Sanèq; horũ tẽperatura atrabilioſior quodã mõ eſt, atq; ideo ĩ ea multi melãcholia afficiunt̃: ueluti ex anni tẽporib⁹, ĩ autũno. Sicuti. n. hoc tps frigidũ exiſtẽs, pallidã excipit bilẽ tpe æſtiuo exaſſatã: ſic declinãtiũ ętas iuuenilẽ, q̃ maxime æſtati ſimilãt̃, ſubſequit̃. Mirãdũq; eſt, cur in ea nõ ſcripſerit melancholiã. Ego tñ in quibuſdam exẽplaribus hãc quoq; ſcriptam inueni, ſiue aliquis ſit auſus apponere id, quod defęcerat, tanquam ab Hippocrate prętermiſſum, ſiue ab aliis, qui exemplaribus mendoſis crediderunt. Moriuntur autem, et ex tabe hac

ĩ Prog. com. 1. t. 33. 4. 196. d

ætate multi, & ex iuuenibus, quicunq; ex ſanguinis ſputo in tabem incidunt. Non tñ hac ætate E
multi ſanguinẽ ſpuunt, qm̃ neq; in talibus ſanguinis eſt multitudo. Anhelationibus uero, & pul
monis inflammationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur, quàm iuuenes: ut qui, & uictu
ſimili, & laboribus etiam utantur, ſed multo imbecillius, quàm illi corpus habeant. Et oĩno eos,
quos prætermiſit in ætatibus uigore cõſiſtentibus morbos nominare, nunc oẽs enumerat. Nã
& phrenitides, & cauſi, i. ardores, & choleræ, & difficultates inteſtinorũ nihilo minus iuuenib⁹,
q̃ declinãtibus, accidunt, occaſionẽ ſui ortus ex flaua bile capiẽtes. Diuturniora aũt in declinã
tibus uentris profluuia contingunt, p̱ p̱ aliměti diſtributionis defectum. Nam oĩum ferè ætatũ,
ea, q̃ iã declinat, pauciſſimis indiget ad corporis reſumptionẽ: ſiquidẽ & id, quod ex ipſis reſolui
tur, pauciſſimũ eſt. Neq; n. corpus ſimiliter calidũ eſt, ut prius: neq; amplius in augmentũ quic-
q̃ aſſumitur: ſed neq; p̱ uirtus cõtentiua multũ imbecillis ſit, ut in ſenibus, plus aliq̱d ex corpo-
re defluit. Quia igit uẽtris profluuia, uel coctione, uel aliměti diſtributione fruſtratis accidũt,
aut p̱ p̱ bilis acritudinẽ abradentis inteſtinũ, hæcq́; oĩa in declinantibus ſunt: non ſine rõne in
eis alui profluuia diu perſeuerãt. Febres quidẽ lethargicæ fiunt ex humore pituitoſo in cerebro
aceruato. Prioribus ãt ætatibus humor hic deficit magis, q̃ ſuperabundet. In ſenili autem ætate
plurimus quidem eſt, uerum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In iis aũt, q̱ ab ęta F
tis uigore declinant, & hic humor ſuperabundat, & nõdum corpus frigidum eſt. Leuitates uero
inteſtinorum oſtenſæ ſunt, hæ quidem à frigida fieri pituita, hæ à ſola intemperatura, quæ uim al
ui contentiuam reddit imbecillem, hæ autem ab ulceroſa diſpoſitione: atq; hæc omnia in decli-
nantibus ſuperabundant. Hæmorrhoides autem propria uere ſunt huius ætatis paſſio, ſicuti me
lancholiæ: fiunt. n. ex atra bile quando ad uenas, quæ in ſede ſunt cumulatius decumbit. A me q̱
dem oĩum enumeratarũ paſſionũ cauſa fuit explicata: ſciẽtia autem horum cum probatione il-
lis adueniet, qui legerint demonſtrationes, quas de his in noſtris ſcripſimus tractationibus: quæ
quot ſint, ac quales, & quã doceãt cõtemplationẽ, legenti librum De ordine noſtrarũ, cõmẽta-
tionũ, licebit diſcere. Ex his enim promotus, quomodo earum ſingulæ ſint p̱legẽdæ, cognoſcet.

31 ‖ *Senibus ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſſi, urinæ ſtillicidia, urinæ difficultates, articu lorum dolores, renum paſſiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, uiſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.* 8. de Hipo. & Plat. decre. 1. a 77. a

*πρεσβύτας. *γερόντων. Senes* à ſenioribus* non nulli Hippocratis ſectatores diſtinguunt: nomẽ ſeniorũ ultimæ ętati tribuentes, & hoc perpetuũ eſſe exiſtimantes: ſenes ãt in priori ætate ſtatuentes, quæ media eſt G
inter iuuenes, ac ſeniores. Sed nunc manifeſte monſtrauit ſe ſenes eos, qui extremã agunt ætate
nominare: in ipſis ergo ſermonẽ terminauit, ut qui iã oẽs ætates percurriſſet. Hi uero ſæpiſſime
à deſtillationibus, quę ſunt cum tuſſi, capiuntur: qm̃ partes ad caput attinentes, in ipſis facillime
refrigerantur, & quia multæ in ipſis fiunt pituitoſæ ſuperfluitates, cum iam admodum frigidam
cerebri habeant temperaturam. Aſthmata uero ex iis deſtillationibus ortum habent: cum alio-
qui & ipſa ſpirandi inſtrumenta non raro habeant propriũ ſui algoris principium, quando in ip
ſis multę, ac craſſæ ſuperfluitates generẽtur. Ad hæc, cum uires ſunt imbecillæ, renes ſæpius ob
ſtruuntur, & lapides generantur, qm̃ tenax, uel craſſa ſuperfluitas ibi firmata tophoſam cõſiſten
tiã aſſumpſerit. Articulorũ aũt dolores aliqm̃ fiunt fluentibus ad hæc loca ſuperfluitatibus, ali-
qm̃ propter inſtrumentorum ipſa mouentium, frigiditatem. Vertigines autem ſæpe quidem ip-
ſis accidunt propter ſpiritum uaporoſum, qui in regionibus cerebri inordinato cietur motu: ſæ
pe etiam in uentriculo uitioſis ſuperfluitatibus aceruatis, ad cerebrum fertur exhalatio uaporo
ſa. De apoplexia autem quid oportet dicere? Nullus eſt. n. morbus adeo ſenili ætati familiaris,
qm̃ in ea cerebrũ pituitoſis repletur ſuperfluitatibus. Siquod uero ulcus aduenerit ſenibus, dif-
ficulter ſanatur propter defectum ſanguinis. Vehementius inſuper ſe ſcalpũt, qđ pruritũ appella H
uit: quoniam illæ, quæ pruritum operantur ſuperfluitates, difficilem habent per cutem euacua-
tionem. Rationabile ſiquidem exiſtit, & cutẽ in ipſis ex frigiditate denſiorem eſſe, et ſuperflui-
tates plures ſimul, ac craſſiores exiſtere. Pluresq́; ipſorum (neq; enim oẽs) continue uigilant: qđ
eis accidit, et quia ſenectus plena curarũ eſt, ſed magis, quia corpus hñt exiccatũ: unde et tunc
magis uigilant, qm̃ integra ſanitate fruũtur. Dictum aũt à nobis eſt, et in cõmentariis de tẽpera-
turis ipſas quidem corporis partes in ſenectute fieri ſicciores, ſed multitudinem ſuperfluitatum
pituitoſarum aceruari: ob quam cauſam à multis putatur ſenectus frigida, et humida. In quo ãt
tẽpore hę plures in cerebro aggregant, fiunt ſenes potius ſomnolẽti: in quo uero bene excernũ
tur, peruigilant. Contingit autẽ et pauciores ſuperfluitates generari, et citius excerni eo tempo
re, quo ſalubriter degunt: unde et maxime propria paſſio ſenilis ætatis uidetur eſſe uigilia. Hu-
miditates autem in ipſis, et oculorum, et narium liquet fieri, propter cerebri ſuperfluitates: qui
bus eiſdem ad aluum defluentibus, et ipſa ſæpius humectatur. Hebetes autem uiſus, et graues
auditus, propter potentię ſenſibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines uero propter immo-
dicam inſtrumentorum ſiccitatem, et quia ſpeciem habent ſuffuſionis

GALENI

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARIVS QVARTVS.

in 1. Epi. có. 3. 1 t. 30. 3. 126. f

‖ *Tero gerentes ſunt medicandæ, †ſi materia turget, ξquarto menſe, & uſque ad ſeptimum, ſed hæ minus. Iuniora autem, & ſeniora uereri oportet.* †ἢν ὀργᾶ. & ita in commento. 5. Apho. 29. 40. c

Ad uteros, fœtuum cõnexus eandem habent proportionem, quam fructuum connexus ad plantas. Hi ſiquidem in prima generatione debilioribus copulis continentur, & ideo facile decidunt, quãdo uehementior uentus ipſos concuſſerit: poſt aucti, difficilem habent à plantis diſſolutionem, ſicuti rurſus, cum perfecti ſunt, ſponte ſua ſine ui extrinſeca decidunt. Eodẽ modo, & conceptus, in primo quidem tempore à ſeminis iniectione, ſiquando ſaltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, ſiue quouis alio modo, uel animo, uel corpore moueri uehementius, facile dirumpũtur. Sic etiam, & cum iã perfecti ſunt. Tempore uero intermedio firmio
B rem habẽt coalitum: quare mulier utero gerens poteſt fortiores motus ſuſtinere ſine fœtus offenſione. Quæ omnia Hippocrates noſcens, recte inquit, Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe, uſq; ad ſeptimum: quod eſt medio tempore fœtationis, cum fœtus utero firmiter alligatur. Non tñ oẽs, quæ hoc tempore indigent purgatione permittit purgari: ſed ſi materia turget, inquit, hoc eſt, † cogat accelerare. ξ Tractum enim uocabulum eſt ab animalibus ad coitum concitatis. Cum igitur ſuperabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nondum in aliqua parte firmati: tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos uero, qui aliqua in parte ſunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur, & illud dictum eſt: ‖ Quicunq; inflammationes in morborum principio medicamẽto conantur ſoluere: nihil de eo auferunt, quod intentum eſt, atque inflammatum: (neque enim paſſio, ut quæ cruda ſit, cedit) q̃ uero ſana ſunt, & morbo reſiſtunt, colliquant. Quòd autem Hippocrates uerbo, medicari, pro purgare medicamento, conſueuerit uti, omnes confitentur, quicunque uel paruam habent de eius dictione notitiam. Nam, ut quiſpiam alia omittat ipſius uolumina, & de ſolis poſt hac ſcriptis aphoriſmis meminerit: nihil aliud per uocem, medicari in eis poſſe ſignificari intelliget, ue-
C luti paulopoſt fiet manifeſtum. †ἐπείγηται. *ὀργώντων. 4. de Vict. ra. in mor. acut. t. 22. 7. 137. c

Videtur Cal, innuere hunc Aphoriſ. 17. de Vſu par. 3, 221, g

2 ‖ *In medicationibus talia educere è corpore, qualia & ſponte prodeuntia, utile: quæ uero contrario modo prodeunt, cohibere oportet.*

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcunque ſine aliqua medici opera excernuntur, non nunquam ea, quæ noſtrum regit corpus, potentia ipſum expurgante, non nunquam † ex irritamento aliquo, aut ξquia à uaſis non contineantur. Cum itaque natura ſuperfluum euacuat, iuuatur animal: cum uero alioqui excernitur, caſus ratione: neq; inde utilitas ulla prouenit, & talis euacuatio prauæ diſpoſitionis eſt ſignum. Recte igitur Hippocrates conſulit ‖ imitari naturam. Eſt autẽ imitatio, in unoquoq; morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in ſpontinis prodeſſe euacuationibus. Prius itaq; dictum eſt ab ipſo de omni euacuatione generalius. ‖ Sic & uaſorum inanitio, ſiquidem talis fiat, qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt. Nunc uero de ſola purgatione eundem fecit ſermonem, quoniam de hac docere propoſuerat in præſentis libri loco. Melius igitur fortaſſe fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici mo-
D liuntur circa ægrotantium corpora, nos quoq; ſermonem repetere. Fiunt enim hæ aliquando p medicamenta totum corpus expurgantia, per uomitus, & deiectiones: aliquando medicina partis alicuius eſt euacuatiua, ueluti quæcunq; per palatum, & nares à capite abducunt ſuperfluitates: E genere autem ſuperfluitates abducentium ſunt, & quæ per tuſſim expurgant, quæcũq; in pectore ſunt, atq; pulmone, & quæ per urinas abducunt totius ſanguinis ſeroſam ſuperfluitatẽ. Clyſterem quoq; ex hoc genere feceris, & quodcunq; aliud totũ corpus æqualiter nõ euacuat, quemadmodũ & uenæ ſectio creditur euacuare, & omnino ſanguinis extractio quæcunq;, quouis modo facta. Ex talibus autem eſt euacuationibus, & quæ per uterum fit, & quę per ora uenarum ſedis, & quæ per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atq; calorẽ, & balneas calidas, præſertim nitroſas, ſulfureas, & bituminoſas, & ex accidenti, inedia. Hæc ſiquidẽ omnia uidentẽ quidem totum corpus æqualiter euacuare. Siquis tamen exactius perquirat, inueniet nõ æqualiter euacuare: uerum in his, cum ſit paruus exceſſus alterius ad alterum ſecundum eorum, q̃ euacuantur, qualitatem, & quantitatẽ, ideo æqualis euacuatio uidetur. Quæ uero pharmaca purgatoria nominantur, ſpeciem faciunt euacuationis manifeſte differentẽ: de quibus, ut dixi, nũc ipſi docere propoſitum: non tamen quicquã plus docet, q̃ quod de omnibus euacuationibus ipſe iã dixit. Vna etenim eſt omniũ intentio, ac ſcopus humor ſuperabundans, cuius notitia eſt per-

†*Hæc uerba in aliquibus cod. græcis non habentur, nec in Burgundione, nec in Laurentiano. Vetus autem interpres impreſſus totã hanc ſententiã hoc modo hẽt: aliquãdo furor humorum pungit, unde intra uaſa contineri non poſſunt.* 1. Aph. 21. 10. a. 1. Apho. 2. 3. b

†ſymptomatibus

quirēda ex eo,qui toto corpore præter naturā color repræſentat,& inſuper ex †caſibus,& morbis,& tempore,& ratione,& ætate,& conſtitutione,& natura ægrotantis,& uitæ inſtituto,& uictu:ueluti(ſi ita contigerit)colore pallidiori in toto corpore apparente,quēadmodum in illis,q regio morbo laborant,non euacuata per ſedem bile, aut puſtulis aliquibus bilioſis per totū corpus diſperſis:particulatim autem,ſi morſus in uentriculo aliquis,atq; faſtidiū ſentiatur,& adſit cibi appetentiæ defectus,ac ſitis,ore amareſcēte,aut quia in aliqua parte corporis ſit eryſipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat,aut ex ardentibus illa,quæ ex amara fit bili.Nā in his omnibus flaua bilis abundat:atq; idcirco conabimur ipſam educere illis medicamentis,q̄ cho-

2. Aphor.25.10. h. & infra.aph.3.

lagoga,id eſt bilis eductiua ab effectu nominantur.Atq; hoc eſt,quod ab Hippocrate dicit: ‖Si, qualia oportet purgari,purgentur:confert,& leuiter ferūt.Quod.n.dicitur,qualia oportet,abūdantiā ſignificat humorum uidelicet ſua qualitate infeſtantium ægrotantem. Ob hāc igitur cauſam ait tales conferre euacuationes. Sed,qm̄ oēs artificioſæ cōiecturæ in actionibus aliqñ aber-

6.Epi. ſect.3. circa finem.

rant:‖(ſimilitudines etenim,ut ipſe inquit,nō ſolum uulgares,ſed ēt medicos eruditos aliqñ decipiunt)alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationū,tolerantiæ facilitatē:ut & in hoc fiduciam habeamus,cum recte fecerimus euacuationem. Quod igit in flaua bile dixi, ueluti in exemplo,hoc idem mihi & in atra intellige.Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tē dit,& puſtulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore:& quicunq; morbi ex eius fiunt exuperantia,multitudinem humoris indicant manifeſte:quemadmodum elephas,cancer,& quartanus circuitus ex melancholico humore generant:& lien magnus, & uarices nigricantes ſunt eiuſdē humoris alumnæ paſſiones,quēadmodū,& quæ melancholia nominatur,& omne mentis deliriū,cui ira,

1.de Morbis mulierib. ubi ait, Cum mēſes prodeunt, linteum cōplicatum.&c.

temeritas,atq; immanitas iungitur.Hippocrates uero etiam‖ex menſtruis,ſuperabundātē in fæminis humorem coniecturabatur:& ſcripta ſunt ab eo indicia,in primo libro De mulieribº.Ex his igitur,q̄ atra bilis abundet,dignoſcere oportet:& has habētem intentiones,ad eius accedere euacuationem.Secunda autem in ipſa euacuatione intentio habenda eſt,tolerantię facilitas. Quæcunq; uero in atra bile,& flaua ſunt dicta,hæc mihi & in pituita intellige,tumores œdemato ſos,hoc eſt,inflatos,puſtulas, totius corporis colorē pro humoris ſpecie, febres quotidianas, mētis pigritiē,atq; torporem,ſomnos profundos,capitis grauitates,& quoſdam acidos ructus, quando in uentriculo pituita abundarit. Hæc enim omnia ſuadent medicamentum dare pituitam purgans.Facta uero iā purgatione,tolerantiæ facilitas atteſtabitur,& dignotioni, & ei,quā auſus es facere propter ipſam,euacuationi.Ad dignotionem uero,& ſpem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non ſolum ætatem,uel naturam ęgrotantis,ſed etiam anni tempus, & præſentem conſtitutionem,præterea,& regionem,& uictum antecedentem,una cum aliis uitæ inſtitutis. Etenim didiciſti,ut hæc omnia,non nulla pituitam,nō nulla flauam bilem,non nulla atram exaugeant.Hæc quidem omnia,ut dictum eſt,ſunt intentiones exhibendi medicamentum,uim habens humorem infeſtantem expurgandi.In ipſa uero euacuatione altera erit intentio,uel nobis ferens recti iudicii teſtimonium,uel erroris.Recti quidem iudicii,tolerantię facilitas:erroris autem,difficultas.Nam infeſtantium humorum euacuationē facile tolerabunt ægrotantes.Siquid uero aliud,& non quod infeſtat,euacuatur:neceſſariū eſt oīno male ipſos tolera-

1.Aph.2.3.b

re.Quod igitur,ut dixi,in principio libri per unum oſtendit aphoriſmum,ita ſcribens:‖Sic & uaſorum exinanitio,ſiquidē talis fiat,qualem fieri oportet,cōfert,& leuiter ferunt: Id in hoc loco nunc in duas ſecans partes in medicationibus,ꝑ priorē quidē hunc ſermonem,quæ ſint cōferētes uacuationes,docet,per alterum autem,qui ſequitur,admonet, ut tales euacuationes firmū indicium ſubſequatur,facilitas tolerantię.Exēpla uero ipſe appoſuit earum,q̄ ſponte fiunt euacuationum ad bonum,multa quidē in libris Epidemiorū, pauca uero in hoc ipſo libro Aphoriſ-

9.Aphor.14.47.f ibidem.17. Infra, aph.28. 30.d

morum,qualia huiuſcemodi ſunt :‖ Quem aqua inter cutem habet : per uenas in uentrem aqua fluente,ſolutio.‖ Si lippitudo adſit:ab alui profluuio capi,bonum. ‖Quibus bilioſæ deiectiones, ſurditate ſuperueniente ceſſant: &,quibus ſurditas,bilioſis factis ceſſāt.

1.Aph.25. Et.6 Epid.com. 4.t. 12.3.183.b

3 ‖ *Si,qualia oportet purgari purgentur,confert,& leuiter ferunt:contraria uero grauiter.*

Prius hic aphoriſmus à nobis expoſitus eſt in præcedentis aphoriſmi expoſitione:ſcriptus ēt in ſuperiori libri parte, iiſdem uerbis:quare,& non nulli eum de hoc loco ſuſtulerunt.

5 li.Quos purgare oporteat.5.88.e in Cōm.de Salubri diæt.15. 2.41.e Et infra,aph.6. de Sectis ad eos, q̄ introduc.Iſago.18. b Al.1.t.4.c.11. fol.76.e

4 ‖ *Medicari æſtate ſuperiores magis,hyeme uero inferiores.*

Subaudire oportet,uidelicet uentres.Recte autem æſtate purgat ſuperius,quoniam & q̄ tūc humor ſuperabundat,flaua bilis eſt,& omnino tota natura animalis propter ambientem calidi-

In principio.

tatem magis ad ſuperiora mouetur.Quælibet autem ſuperfluitas,eò,quò uergit, ducenda eſt ꝑ loca conuenientia:quemadmodum ipſe in libro ‖ De humoribus ſcripſit.Addidit huic aphoriſmi ſermoni uerbum,magis:neq; ſimpliciter dixit,Medicari æſtate ſuperiora, hyeme uero inferiora.Nam,etſi non ſæpe,raro tamen tempore æſtatis humor pituitoſus uiſus eſt abundare, ſicuti hyeme aliquando flaua bilis.

Sub

de Theriaca ad Pisonē. 5. 97.b.de Sectis ad eos qui introd.Isago.18 b.

A 5 ‖*Sub cane, & ante canem difficiles sunt medicationes.*

Nam & exusta tunc natura nostra non fert eam,quæ à medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam.Quare plures quoq; purgati hoc tẽpore incidunt in febres:&natura ob ęstum imbecillis,magis ex purgatione dissoluitur.Sed & purgatio hęc parua fiet,cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei,ad quam medicina ducit humores. Sicuti enim balneæ calidæ natura aptæ sunt obsistere purgationibus,sic & calor æstatis,tunc præcipue,cum se ipso uehementior extiterit.

de Cathartici.Spur.94. c

6 ‖*Graciles,& facile uomentes,purgare superius,cauentes hyemem.*

Hic addere oportet,quod paulo ante dictum est,uerbum,magis.Magna enim ex parte graciles sunt biliosi.Si igitur hoc accesserit,ut sint ad uomendum faciles : sunt per superiora purgandi,nisi obsistat hyems.‖Nam supra dictum est medicari æstate superiores magis , hyeme autem inferiores oportere.

A.li.1.f.3.d.5 c.1.fo.68.h

Supra, Apho.4.

7 *Vomentes uero difficulter,& mediocriter bene carnosos, per inferiora,cauentes æstatem.*

B Si facilis ad uomendum & gracilis sit,per superiora purgandus est, nisi sit hyems,hoc est æstate,autumno,& uere.Sin difficulter uomat,& mediocriter bene carnosus sit:per inferiora, si res urgeat,solum cauendo æstatem:aliud autem anni tempus non oportet cauere.

8 *Tabidos uero,cauentes ad superiora purgationes.*

Ad superiores,inquit,purgationes nunquam tabidos duxeris,ueritus scilicet instrumentorũ, quæ respirationi obseruiunt,imbecillitatem.Per tabidos autem intelligere oportet,uel eos, qui
cc morbum à Græcis phthisin nominatum patiuntur,uel qui ad eum sunt natura proni: de quibus
cc ipse in primo libro Epidemiorum scribit:‖Et maxime moriebãtur,quibus natura ad tabem pro na erat.Est autem his pectus angustum,& qui in eo continetur pulmo.

1. Epid. com.1.t. 18.19.3.105.f.g

9 *Melancholicos autem plenius per inferiora,eadem ratione contraria apponentes.*

Ventres,inferiores uidelicet,melancholicorum oportet eadem ratione plenius medicari.Plenius autem dixit pro fortius.Quia uero ad inferiora declinat hic humor,non sine ratione ipsum iubet per uentrem inferiorem euacuari,sicuti flauam bilem per superiorẽ,cum sit leuis humor,
C & sponte continue fluitet.Commune igitur ambobus est,ut ducantur,quo uergunt,per loca cõuenientia:proprium aũt alteri quidẽ humori,per superiora loca euacuari, qm̃ ad hæc uergit, alteri uero per inferiora,quoniam & ipse ad ista declinat. Cõtraria itaq; est per superiora euacuatio illi,quæ fit per inferiora:quorum utrunq; fit secundum unam communem rationem.Quare recte dixit Hippocrates,eadem ratione contraria apponentes.

in 6.Epi.com. 2.t.9.3.162.b in 1.Prot. cõ. 2.t.37.4.174. d

10 ‖*Medicari in ualde acutis,*†*si materia turget,*ξ*eadem die:tardare enim in talibus malum est.*

†ὧν ὀργᾶ.

Dictum est,& à me prius,quòd uerbum,turgere Hippocrates transtulit ab animalibus , quæ ad coitum properant,cum naturali quadam concupiscentia moueantur ad seminis excretionẽ. Ostensum est enim in libris De semine,ꝙ fœmina etiam in coitu semen excernit.Quando igitur uel in toto corpore similis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem superfluitatum,uel si nõ toto corpore,saltem in partibus principalioribus:tale quid consueuit Hippocrates per uerbum turgere,significare:& statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat prius,quàm uel uirtus uitiata fuerit,uel febris caliditas aucta sit,uel ad aliquod membrum principale decu-
D berint ii,qui per corpus uagãtur humores.Quòd autem ualde acutos morbos nunc nominauerit,quos prius peracutos dixit, unicuiq; liquet.Et quidem , quòd iudicationis horum terminus est prima septimana,dictum & à me prius hoc est.

in Coacis prænotionib, Dolor supra umbilicum &c.

†*Græci codic. impῆssi habent.* καθάπερ ὁ ἐν τῶ βάθει τῶν τοιούτων ὑδέρων. *Multi tamẽ ex manuscriptis habent,* καθάπερ ἐν τῶ πάθει τῶν τοιούτων ὑδέρων. *qđ Burgundio ita transtulit. quemadmodum in passione taliũ hydropum. et ita ẽt antiquus interpres impressus,& Laurentianus.*

11 ‖*Quibus tormina,& circa umbilicum dolores,& lumborum dolor,qui neq; à medicamento, neq; aliter soluitur in aquam inter cutem siccam firmatur.*

Tormina fiunt,& propter morsum uehementem,& propter spiritum flatuosum, qui non habet exitum,sed in intestinorum inuolucris est interceptus . Quòd uero dolores ad tales dispositiones cõsequãtur,nemini dubium.At,cum circa umbilicum,ac lumbos se firmauerint,& neq; à medicamentis,neq; ab aliis soluuntur auxiliis:quædam est earum partium habitualis intẽperatura:quæ magna ex parte perseuerans,eam aquam inter cutem efficit, q̃ ab Hippocrate sicca nominatur . Vocatur autem hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniã abdomen percussum talem somnum edit,qualem tympana.Nam & in illis per cutem extentam subiectus aer percutitur,†quemadmodum aer in hoc morbi genere,qui in profundo locatur . Quòd uero & hoc morbi genus ex tumoris similitudine hydropem , id est aquam inter cutem Hippocrates nominet, est manifestum : Non tamen humidum est , sicuti qui ascites ab utris similitudine

dicitur:in quo materia collecta non est flatuosus aer,sed humor aquosus.Videtur autem à maio E
ri frigiditate generari aquosus hydrops,quem asciten uocant, qñ in membrana abdominis in-
teriore,peritonæo græce dicta,humor ueluti in utre quodã continetur:à minore ãt tympanias.
Neque enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

12 *Quorum alui intestinorum læuitate laborant : hyberno tempore supra medicari malum.*

Morbum,in quo celeriter ea,quę comeduntur,talia deiiciuntur,qualia deuorata fuerint,lęui
tatẽ intestinorum nominant:fitq; ex potentiæ cõtentiuæ debilitate: sed cõsequitur ad oĩum, q̃
ad aluum pertinent,instrumentorum tẽperaturas,hoc est ipsius uentriculi,in quẽ cibos deuora-
mus:& eorũ,quæ ex hoc suscipiunt,atq; trãsmittunt,intestinorũ : fit etiam qñq; læuitas intesti-
norum ex aliqua summas partes occupante exulceratione,simili illis,quæ in ore fiunt,quas Grę
ci aphthas nominant.intẽperaturæ igitur non nunquã fiunt,ut quispiã dicat,habituales:(sic ue
ro nominant illas,quæ ipso corporũ habitu læso fiunt): qñq; propter pituitam , qualis est acida
maxime.Earum autem,quæ in summa parte hærent,exulcerationum,causa est humor acris , &
tenuis.Hic igitur etsi per superiora medicari debet,qm̃ huiuscemodi humores magis fluitare so
leant,q̃ ad inferiora secedere:non tamen hoc hyeme faciẽdũ est:sicuti etiam superius est dictũ. F
Alter uero pituitosus,quando adhæserit intestinis,nunquam est per superiora purgãdus,hoc est
per uomitoriam medicinam.Sola enim euomi natura apta sũt, quæ in uentriculo continẽtur:
eorum uero,quæ continentur in intestinis,nihil potest per uomitus euacuari.

in Epistola ipsi⁹ Hippocratis ad Democritum.

13 ‖ *Ad elleboros qui non facile supra purgantur,eorum corpora ante potionem pluri cibo, atq; quiete humectanda sunt.*

in 6.Epi.cõ.5: t.29.3.193.g

Prius oportet tentare naturã eius,qui elleborum sumpturus sit, quo modo se habeat ad supe
riores purgationes.hoc est ad eas,q̃ fiunt p̃ uomitiones.Fiat ãt periculum per medicamenta uo
mitoria,q̃cunq; sunt mediocria.Si igitur non facile purgari uideatur, non oportet huiuscemodi
hominem ad elleborum ducere antequam præparetur.Hoc autem fieret, si per continuos uomi
tus assuescat is,qui est sumpturus elleborum,ad prompte uomendum.Verum hoc,ut paruũ ali-
quod,atq; omnibus notum,Hippocrates prætermisit.Melius autem fieret præhumectando cor
pora.Præhumectantur autem pluri alimento,atq; quiete.Ac de quiete quidem clarum est.Sicut
enim exercitia sunt apta natura exiccare:sic & requies(quod ocium est,& ab exercitatione ua-
catio)seruat humiditatẽ.Cibus uero non simpliciter copiosior est aptus natura humectare , sed G
quicunq; nullã hẽt fortem qualitatem,hoc est neq; acerbam,neq; acrem,neq; salsam,neq; ama-
ram.Forte autem neq; simpliciter cibus hic, qui talis est,est appellandus,sed hoc totũ,cibus me
dicinalis:sicuti illi,qui est cibus simpliciter,soli hoc inest ex omnibus,ut ex sua natura,non autẽ
ex accidenti solidas partes animalis humectet,cum hoc ipsum nõ per se,sed ex accidenti aliquo
faciat quies . Quia enim eam,quæ prouenit ex cibo,humiditatem non exiccat : idcirco dicitur
humectare.Aqua uero,neq; epota,neq; extrinsecus occursans,natura apta est solidas animalis
partes humectare . De talibus autem perfectiorem posset quispiam habere doctrinam legendo
librum nostrum de potentiis naturalibus,& librum de tabe.

in eadẽ epistola.

14 *Cum biberit quis elleborum,ad motiones quidem corporum ducere magis : ad somnos uero,atque quietem,minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.*

Ipse attulit causam,ob quam eorum corpora moueri prȩcipiat,qui assumpserunt elleborum.
Quies siquidẽ in eodem statu conseruat, motus uero transmutat,atq; alterat corpus:ut indicat
nauigatio,quæ motus quidem est,turbat autem corpora adeo,ut & uomitum excitet.Cum igit̃
talis motus fuerit sufficiens etiam solus ad uomitum corpus præparare,fit sanè rationabile,ut,si H
uomitorio medicamento coniungatur,longe maiorem habeat efficaciam.Quidam pro nauiga-
tione nauseam scribunt,ut sit sermo talis.Ostendit autem,& nausea, quæ uehementioribus cor
poris aduenit motionibus,ex motione corpus perturbari.Liquet autem,quòd & hic sermo ean
dem uim habet cum priore.

in eadem.

15 ‖ *Cum uolueris magis ducere elleborum,moue corpus:cum uero sistere,somnũ facito, & nõ moueto.*

Prior quidẽ aphorismus,quo modo oporteat hominem,qui elleborum sumpsit,ad purgatio-
nem præparare,nos docuit:præsens uero,quo modo sistere purgationem . Non est autem absq;
ratione,p̃ ea,quæ sistunt purgationem,sint contraria iis,quę uomitum cient.Si igitur motiones
ciebant,sistent quietes:& multo magis somnus,in quo actiones animales ociantur , quæ & per
sensum fiunt,& præterea per musculos in motibus, qui fiunt ex appetitu.

in eadem.

16 ‖ *Carnes sanas habentibus elleborus periculosus:facit enim conuulsionem.*

2.Aphor.37.17.g

Quod in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus,hoc nunc in ea sola dicit,quæ fit
per elleborum:adeo ut duo aphorismi possint inuicem iungi, tali modo : ‖ Qui corpore bene se
habent,

habent,difficile eſt medicari. Sic ergo & elleborus carnes ſanas habentibus periculoſus eſt. cõuulſiones enim facit. Habet nanq; elleborus iſtud præcipuum, facere conuulſionem, propter operationis vehementiam.

de Vict. rat. in morb. acu. cõ, 4. t. 115. 7. 151. a

17 ‖ *Siquis febrem non habens, abſtineat à cibo, & cordis morſum, & tenebricoſam vertiginem patitur, & oris amaritudinem ſentit; medicatione indigere per ſuperiora ſignificat.*

Apoſitia. i. abſtinentia à cibo, idem ſignificat, quod anorexia. i. inappetentia. Cardiogmos autem id eſt cordis morſus, eſt cordis, hoc eſt oris ventriculi, paſſio. Priſci ſiquidem & hoc, cor nominabãt. Scotodinos autem. i. tenebricoſa uertigo, eſt, quando ſimul res conſpectę uidẽtur circumuolui, & ſenſus uiſus repẽte deſtruitur, cũ ægrotus ſibi tenebras circunfundi opinetur. Fit aũt hoc ore uẽtriculi à malis humoribus morſo. Nam propter neruorum magnitudinẽ, qui ad ipſum à cerebro ueniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentũ patiũtur. Hi itaq; † caſus ſunt cões humorũ omniũ mordacẽ habentiũ naturã. Os autẽ ſentire amaritudinẽ, ſolius bilis, quæ pallida & flaua nominaẽ, eſt op⁹: quare recte in huiuſcemodi inqt Hippocrates ſignificari, ꝙ oporteat medicari per ſuperiora: qđ explanatũ, talẽ habebit interpretationẽ: Huiuſcemodi B caſus ſignificant medico, indigere hominẽ medicatione per ſuperiora, hoc eſt per uomitiones.

† *Al. Dolores qui ſunt ſupra ſeptum tranſuerſum, purgatione indigentes medicatione per ſuperiora opus eſſe ſignificant: quicunque autem infra, per inferiora. Et ita Galenus in cõmento.*

18 † *Supra ſeptum tranſuerſum dolores, purgatione, indigere per ſuperiora ſignificant: quicunq; vero inferiora moleſtant, per inferiora.*

Hic aphoriſmus, quod antea in uno dolore docuit oris uentriculi, hoc ad oẽs extendit dolores: nam clarũ eſt, ut, quicunq; ſupra ſeptum tranſuerſum conſiſtunt, purgatione indigentes cõſulat per ſuperiora purgari, quicunq; infra ſeptum trãſuerſum, per inferiora. Addidit aũt ſermoni, purgatione indigentes, nequis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores ſimpliciter per euacuationem, neque enim nunc dicit hoc: ſed ꝙ ſecundum humorum infeſtantium inclinationes, oportet etiam facere euacuationes: & neq; ſupra ſeptũ tranſuerſum dolores per ſubducentia medicamenta euacuare: neq; infra conſiſtentes, per uomitiones.

19 ‖ † *Qui in medicamentis purgati non ſitiunt: non quieſcunt prius, quàm ſitiant.*

† *Paulus Magnolus ita vertit. Quicunq; in medicamentorum potionibus haud ſitiunt, purgandi non faciunt finem priuſquã ſitiuerint.*

Qui purgantur, nonnulli ſtatim ſitiunt, nõnulli poſtea: fitq; hoc propter ipſius uentriculi diſpoſitionem, & propter datũ medicamentum, & propter humoris, qui uacuatur, naturã. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, uel ſiccitate, uel ambabus qualitatibus prompte ad ſitiendum perducatur, ſiue hoc natura inſit ei, qui biberit medicamẽtũ, ſiue illo ſolũ tẽpore. Ratione autẽ medicamẽti, cũ acre fuerit, & calidum, ac mordax. Propter humorem uero, qui uacuatur, quando bilis amara fuerit. Hiſce quidem de cauſis fiunt ſitibundi. Ex contrarijs uero lõgo tempore ſine ſiti perſeuerant, quãdo uel frigidiorem, & humidiorem uentriculum habuerit homo, qui purgatur, aut ab initio, aut tempore purgationis: uel quando medicamentum omni uacat mordacitate: & tertio quando humor pituitoſus, aut aquoſus extiterit. Verum & in his, quando abunde fuerint euacuati, conſequitur ſitis: ſufficiẽs etenim eſt ea, quæ ex euacuatione prouenit ſiccitas, ipſam efficere. Accedit præterea medicamenti purgantis uis, habentis aliquã etſi neque manifeſtam, neq; ſenſibilem, attamen latentem acrimoniam, ac caliditatem.

in Epiſtola ipſi⁹ Hippocritis ad Democritum.

20 *Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, medicari inferius oportere ſignificatur.*

Sicuti paulo antea docuit ſigna eorũ, quos oporteat medicare ſuperius, ita nũc docet ea, per quæ cognoſceret aliquis, quando oporteat inferius medicare. Eſt autem cõmunis utriſq; ratio D in differẽtibus caſibus. Nã pro inclinatione noxiorũ humorum, facere oportet euacuationes.

4. Aphor. 23. 29. h

21 ‖ *Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis & niger, ſponte venientes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ: & quanto colores magis praui fuerint plures, peius: cum medicamento uero melius, & quanto colores plures non praui.*

in Coacis præn ot. Egeſtio alui nigra velut ſanguis, &c.

De deiectionibus nunc ipſi eſt ſermo, quæ à priſcis medicis quidem nigræ uocantur, bilis uero nigra exquiſite nõ ſunt. Nã acre, & corrodens, & acidũ non habent: ac, quod multo plus eſt, in terram effuſæ ipſam non fermentant: uerũ ſunt, ut quis eius deſcribẽs imaginem planè diceret, ueluti ſanguinis limus, qualis etiam uinis craſſioribus iã conſiſtentibus ſolet ſubſidere, quẽ fæcẽ nominãt. Hæc ſi diutius moretur in corpore, & neq; per aliquem ſenſibilem effluxũ neq; occultum excernatur, uerum tranſmutetur, atq; putreſcat, fit bilis nigra exquiſite. Antequã uero hæc genita ſit, ſplen trahit eam, quæ eſt ueluti ſanguinis fæx, hepar expurgãs: quemadmodũ in commentarijs de potentijs naturalibus eſt demõſtratum. Abutitur itaq; & hoc melãcholico humore ad ſui nutritionem ſplen: &, quã rurſus ipſa fecerit, ſuperfluitatem totam expellit ad uentrẽ, unà cum alijs ſuperfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque ſplen bene expurgauerit, & ille, qui in hepate cõtinetur ſanguis, multũ huius limoſæ ſuperfluitatis habuerit: ac-

creſcet

ereſcet debilitas viſceri ita,vt in ſeipſo continere ſuperfluitates non poſſit,& tunc illæ,quæ ni- E
græ vocãtur,fient deiectiones,de quibus nũc ſermo habetur ab ipſo. Adiecit aũt ſuo ſermoni,
Veluti ſanguis,tale quiddã oſtẽdẽs:Qualis fit ſanguis denigratus,dũ per inteſtina defertur, ta-
les ſunt nigræ deiectiones,Nã extremæ demẽtiæ fuerit exiſtimare, ſanguini ſecundũ naturã ſe
habẽti,tales deiectiones aſſimilari. Fiẽt etenim hę & rubræ,& nigræ. Atqui impoſſibile eſt ſan-
guinẽ eundẽ & rubrum,& nigrũ eſſe:Plurimas uero huiuſcemodi deiectiones in peſtilenti hoc
morbo longo cõſpeximus,quæ non magis in ijs,qui exitio proximi erãt, q̃ in alijs ſaluãdis ap-
parebãt:nõ tamen vel in principio,vel incremento morborũ conſpiciebantur. Tunc enim,quę
euacuabanť,erant & flaua,& rufa colore colliquamẽta:quę vero mox apparebant, nigra erãt,
veluti ſanguinis fæx:ſiue ipſo ſuperaſſato habuiſſent generationẽ, ſiue aliquã extraneã putre-
dinẽ adepto,illis,quæ in ventriculo fiunt,cruditatibus proportionalem,quãdo ad uitioſos hu-
mores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidẽ nũquã ad bonũ fiunt huiuſcemodi deie-
ctiones,magnã viſceris * læſionẽ oſtendentes: ad morbos vero in vigore conſiſtentes ſequũtur
ſæpius, natura ſuperfluitates expurgãte. Non tñ iſtud hoc in aphoriſmo adiecit Hippocrates,
quãuis alibi quidẽ dixerit in vniuerſum. ‖ Signa iudicatoria non ſtatim appareant: in ſequenti
autẽ aphoriſmo particulatim,dũ inquit:Morbis quibuslibet incipiẽtibus,ſi atra bilis,vel ſupra, F
vel infra exierit,lethale eſt. Nũquid igitur ſatis viſus eſt ſui animi manifeſtare ſentẽtiã,utẽs hoc
uerbo,uenientes,quod tẽporis ſpatiũ oſtendit,tanquam uel per morbũ totũ,uel per longũ ipſi⁹
tempus tales ueniãt deiectiones? Si enim aliquod vnum tempus oſtẽdere uoluiſſet:omnino uel
quæ poſt apparuiſſent,vel quæ ueniſſent,protuliſſet:non ſponte uenientes. Hoc enim uerbum,
uenientes,non aduenisſe,ſed aduenire ſignificat. Aſſumpto tamen medicamẽto, quod uim ha-
bet purgandi nigra,talia deijci nihil mirum. Sic itaq; plures deiectionum colores præter natu-
ram,ſponte quidem euacuati,multarum,atq; malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna: à
medicamẽto aũt ducti uim habẽte plures humorũ ſpecies euacuare,nihil abſurdũ ſignificant.

* κἀκωσιν al. ἔγκαυσιν, ideſt, eſtuationem. 2. Epid. ſect. 1.

in Coacis præ-not. Febrienti ſi atra bilis in prin cipio ſurſũ, &c.

22 ‖ *Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis, vel ſupra, vel infra exierit, lethale.*

3. de Difficul. reſpirationis 3.73.c 1. de Criſibus 4.127.f

Facta eſt à nobis,& in antecedente aphoriſmo diſtinctio inter humorẽ melancholicũ, & ni-
gram bilem,de qua nunc ſermo habetur ab ipſo. Et cauſam,ob quam ab initio lethales ſint hu-
iuſcemodi humores,poſtea uero iudicatorij appareant, in illo aphoriſmo ſufficienter percurri-
mus:ſed & nunc repetemus,quoniam ea,quæ ſunt ad artẽ maxime neceſſaria, ſæpe tractare ſit
melius. Quãdo aliquis incipit morbus:ſi quid excernit̃,nihil tũc excernit̃ naturæ rõne,ſed ſunt G
omnia caſus earum,quæ pręter naturam ſunt in corpore,diſpoſitionum. Quo enim in tẽpore à
cauſis quidem morbũ faciẽtibus natura grauat̃, adeſt aũt cruditas humorum, tũc aliquid bene
euacuari eſt impoſſibile:ſiquidem oportet coctionem præire,ſubſequi uero diſcretionẽ, & po-
ſtea euacuationẽ,ut bona ſit criſis,ſiue iudicium. Hæc autẽ nos ipſe docuit in primo libro Epi-
1. Epid. com. 2. t. 45. 3. 112. b demiorum,ita inquiens. ‖ Coctiones,iudicij celeritatẽ ſalutisq́; ſecuritatẽ ſignificant:cruda aũt
& incocta ad malos abſceſſus conuerſa,iudicationis carentiã,uel dolores, uel longitudinẽ, uel
mortes, uel eorundem malorum reditus. Quando igitur poſt morbi coctionem aliquis humor
uitioſus excernitur,tunc corpus à natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis
huiuſcemodi humor,ubi ſigna coctionis in morbi proceſſu apparuerint, bonam ſignificat eua-
cuationem. Si uero aliter excernantur ſine ſignis coctionis,exitialis eſt caſus. Quare,cũ in mor-
bi principio ſemper ſint ſigna cruditatis,mala ſemper erit humorum talium euacuatio.

23 *Quibuſcunq; ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur.*

Sermo in hoc aphoriſmo eſt potentia talis:Siue atra bilis (de qua antecedẽs docuit aphoriſ- H
mus)ſiue nigra,quæ ſanguini nigro aſſimilatur,(de quibus prior aphoriſmus)ijs,q̃ ad extremã
extenuationẽ uenerint,apparuerit,poſtridie moriunť. Eſt.n.in talibus natura imbecillis adeo,
ut nõ poſſint cõcoquere neq; diſcernere,neq; excernere,quę ita praua exiſtunt. Propter morbi
igitur magnitudinẽ cum contineri nequeant,effundũtur,& idcirco ſunt difficilia. Mortem au-
tem non in poſterũ afferunt,ut in alijs contingit morbis propter uirium imbecillitatẽ. Oſtendit
Supra, Aph. 21. tamen in hoc aphoriſmo manifeſte,quod & in priore, cũ dicebat. ‖ Deiectiones nigræ, qualis
ſanguis: ſubaudire oportet,niger: ut tale ſit plenum: Deiectiones nigræ,qualis ſanguis niger.
Oſtendit autem & nos bene à nigris deiectionibus bilem nigram ſeparaſſe. Hæ enim ſanguini
denigrato ſimiles uidentur,differentes in eo,quòd fuſę ſunt,& non concretæ,ut illæ. Nigra autem
bilis,& in eo,quòd fuſa eſt abſq; concretione,& quia fulgẽtem habet nigredinem, & præ-
terea mordax eſt,ſicuti acetum,& terram abradit,atq; fermentat: quorum nihil nigris adeſt.

A.l.1.f.2.d.3. c.13.f.55.g de Atra bile 1.35.f 5. de Vſu partium 1.145.e 2. de Natura-lib. facult. 1. 301.e 3. de Difficul. reſpir. 3.73.e 3. de Difficul. reſp. 3.73.e

24 ‖ *Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.*

Ab illa,quæ à q̃buſdã pallida,ab alijs bilis flaua nominatur,maxima ex parte incipit inteſti-
norũ difficultas, abraſis prius in ſumma parte propter humorũ acrimoniam inteſtinis, poſtea

uero

A vero exesis adeo,vt exulcerentur. Hanc igitur inteſtinorum difficultatẽ ſæpe ſanauimus. Quæ vero ab atra bile fit,inſanabilis eſt prorſus,cum nihil differat à cancro ulcerato. Cum igitur hic cancer in ſumma parte cõſiſtens,ſit aut cũ difficultate ſanabilis,aut omnino inſanabilis,quãuis poſſit continuo medicinam habere inſidentem:rationabile eſt illum,qui occupat inteſtina, nõ ſolum quia nihil illi continuo adhęrere poteſt,verum etiam quia ſemper ab alimenti ſuperfluitatibus tangitur, eſſe penitus inſanabilem.

25 *Sanguis quidem ſupra, qualiſcunq; fuerit,malum: infra autem nigra deiecta, bonum eſt.*

† De nigris deiectionibus ſermo habitus ab ipſo eſt in præcedentibus aphoriſmis: nunc uero de ijs,quæ vel per os,vel per ſedem excernuntur, verba facit. Quare in ‖ppoſito aphoriſmo quãdo ipſe dicit,ſupra,ſolã,quæ fit per os,excretionẽ intelligemus,illa,quæ fit per nares,omiſſa. Hanc itaq; ait ſemper eſſe malam, qualiſcũq; fuerit is, qui excernitur ſanguis, hoc eſt, ſiue ſpumoſus,ſiue rubeus,ſiue flauus,ſiue niger,ſiue aquoſus,ſiue craſſus. Melius enim eſſe inquit, vt infra exeat, non tamẽ more dirupti ſanguinis,ſed paulatim fluẽtis ita,vt ſui exitus tarditate denigretur. Ipſum itaq; ſanguinem confluere omnino ad aliquod inteſtinum, malum oportet exiſtimare. Melius autem,quando paucus,quàm quãdo multus veluti diruptus effluxerit. Qua
B re,quod legitur,bonũ,non tanquã proprie dictũ,ſed tanquam idem,quod melius, ſignificaret, eſt accipiẽdũ:quaſi ita diceret: Infra autẽ melius nigra deijci. Re vera enim hoc eligibilius, quã per os quocunq; modo ſanguinẽ ferri. Hoc ſiquidẽ dixerit quiſpiã,vt eam,quæ videtur in verbis Hippocratis,repugnantiã diſſoluat,dicentis nunc bonũ eſſe,vt nigra deijciantur,cum tamẽ paulo antea‖ peſſimum id eſſe dixerit. Poſſumus etiam vocabulum,nigra,ſic accipere,quemadmodum ipſe in Epidemijs dixit,de ‖ ſanguine ex venis (quas hæmorroidas vocant) profluẽte, tanquam ſanante melancholicas paſſiones. Re uera enim iam factæ melancholiæ maximũ eſt remedium ſanguinis ex his venis profluuiũ:quam etiam,ſi futura ſit,prohibet. Sic itaque nobis intelligentibus,ſermo talis erit: Sanguis ſupra,qualiſcunque fuerit, malum: infra uero per hæmorrhoidas, bonum, quando nigra euacuantur: hoc eſt quando hominis natura multum talẽ accumulauerit ſanguinem. Aliter autem non eſt aſſuefaciendum ei, quę fit per hæmorrhoidas euacuationi,vt quæ periculoſam habeat utranque immoderantiam,ſiue ſupra modum ſanguis excernatur,ſiue ex toto ſupprimatur.

† Ex.cod. græcis manuſcriptis, & impreſſis ita vertendum. In præcedẽtibus aphoriſmis ſermo ipſi habit⁹ eſt de iis, quæ per os, & ſedẽ excernuntur. quare in propoſito ẽt aphoriſmo, quãdo, &c. & ita etiã Burgundio.

26 *A difficultate inteſtinorum habito, ſi veluti caruncułæ exeant, lethale eſt.*

C In difficultatibus inteſtinorum,cum adhuc conſtituuntur, quædam corpora pinguia excernuntur: poſt hæc autem,niſi finiri anticipauerint,quędam ramenta inteſtinorũ,ablata ipſorum ſuperficie interiore,quæ membranoſa exiſtit,& denſa,illi,quæ cutem exterius cõtegit,epidermitidi.i.cuticulæ appellatæ,proportionalis. Poſt hæc autem aliquid ex ipſa abraditur ſubſtantia inteſtinorum: in quo tempore non adhuc fieri difficultatem inteſtinorum, ſed iam factam, atque completam dicimus eſſe. Quando igitur partes adeo magnæ inteſtinorum excernuntur in difficultate inteſtinorum, vt poſſimus eas carnes nominare: lethalem ait eſſe morbum, cum neque caro concreſcere, neque cicatrix obduci in tali poſſit exulceratione.

3.de Difficul. reſp.3.37.e in 1. Pror. cõ. 3.t.41.4.285. e

27 ‖ *Quibus,in febrib⁹ ſanguinis fluxerit multitudo quacũq; ex parte:cũ reficiũtur,alui ijs humectãtur.*

in Coacis prænot. Quib.in febrib.ſanguisabũde, &c. & in iiſdẽ, Magnæ ſunt in principijs ſanguinis, &c. in iiſdẽ,Bilioſas egeſtiones ſurditas ſedat, &c.

Calore natiuo debilitato ex profluuio ſanguinis,neq; cibi bene concoqui, neq; in ſanguinẽ tranſmutari,multoq; etiam magis neq; diſtribui poſſunt per corpus: propterq; hæc omnia, aluos fieri humidiores par eſt, donec proceſſu temporis vires ſuas natura recuperauerit.

1. de Locis affectis 4.4.a 4. Aphor. 2. 27.h

28 ‖ *Quibus bilioſæ deiectiones,ſuperueniente ſurditate ceſſant: &, quibus ſurditas,ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat.*

D Non de habituali difficulter ſolubili ſurditate nunc illi ſermo eſt,ſed de ea,quæ repente in febribus,vel aliter fit,recurrẽte ad cerebrũ bile. Ipſa ſiquidẽ,cũ meatus auditorios occupauerit, efficit ſurditatem. Cum uero hinc ipſam natura expellente, ad excretionem peruenerit,ſoluit ſurditatem.

de Tremore. palpit. &c. 3. 53.h

29 ‖ *Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.*

in iiſdẽ, Quibus ſexta die non lõge à principio. 1. Epi. com. 2. t. 45. 3. 112. b in Prog. comm. 3.t.3.& 5.4.207 b.c 2.Aph.24.15.g Vide etiam infra Aph. 36. 1.Epid.comm.3. t.14. 3. 120. e

Quicunq; ad febres,& prçcipue ardẽtes,rigores ſuperueniũt: iudiciũ habere ſolent bonum, atq; perfectum,vbi in die iudicatoria fiũt,& cũ ſignis coctionis: non bonum autem neq; perfe-
« ctũ,quando uel diei,vel coctionis ſigna fuerint imperfecta. Quòd igitur cõcocta eſſe oporteat, quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiorũ per ea uerba, quæ paulo antea diximus:quorũ initiũ,‖Coctiones celeritatẽ iudicij,ſalutisq; ſecuritatẽ ſignificant. Quòd autẽ neq; in oĩbus diebus:& in ‖ Prognoſtico ſcripſit,& in hoc ipſo ‖ aphoriſmorũ libro,& ꝑterea in ‖ primo Epidemiorũ. Collecta aũt ſunt à nobis hæc omnia,opportuneq; expoſita, quæcunque q̃dẽ de diebus indicatorij ab eo ſcripta ſunt,in tractatu de diebus iudicatorijs inſcripto:q̃cũq;

uero

vero de signis coctionis,in altero de iudicijs. Dictum autem & in ipsis est de eo, quod fit in die E
sexta iudicio:de quo nunc etiam faciens mentionem,ait,eos,qui in hoc die fiunt rigores,difficile habere iudicium,hoc est vel malum afferre iudicium,ac si male iudicantes dixisset: vel nõ firmiter,immo in quibus facile foret fieri recidiuam; vel in longum tempus extensos,ac si difficulter solubiles dixisset. Cum casibus vero quandoq; difficilibus sextæ diei iudicium fit: de quibus omnibus integre scripsimus in ijs,quas nuper nominauimus,tractationibus.Hæc igitur in hunc modum fieri etiam ipsa experientia testatur:ipsorum autem causas lõgum esset in præsentia exponere. De diebus enim iudicantibus,tertio diximus libro de iudicatorijs diebus: de rigore autem in opere ad id seorsum dedicato.

30 ‖ *Quibuscunq; accessiones fiunt: quacunq; hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.*

Supponatur quispiam prima die cœpisse febricitare hora tertia,& quieuisse quauis alia hora: deinde die secundo eadem hora tertia cœpisse,mox cessasse febrẽ quacũq; hora:& tertio rursus die hora tertia cœpisse,mox rursus,quouis tempore finita febre:cœpisse iterũ quarto die eadem hora tertia:& ita deinceps seruari quidem semper horam tertiã, in qua accessio suum facit initium,non seruari autem alias,in quibus finitur:hunc,qui tali laboret morbo, necesse est tẽpo- F
ribus longioribus ægrotare ijs,qui habent horam initij accessionis inordinatã. Hoc quidẽ nos ab experientia comprobatũ, dictum fuisse arbitramur. Sunt uero quidam, qui tale aiunt esse, quod dicitur:Si primo die accessionem ægrotus habuerit, exempli gratia,hora tertia: & (si ita contigerit) hora duodecima febris desierit:rursus die secundo hora duodecima cœperit febricitare: morbum aiunt difficile iudicium habiturum,nullam apponentes rationem: sed neq; id ab experientia comprobari,ostendere potentes.Non tamen, difficile habẽs iudiciũ, aliter possumus interpretari,quam difficulter solubile:vt tale sit,quod ab Hippocrate dicitur: Siue quotidie,siue tertio,siue quarto quoq; die ægrotus habeat accessionem eadem hora:difficulter solubilis est is morbus,siue multas,siue paucas accessio occupet horas.Hoc igitur (vt dixi) experientia comprobatur.Eius uero causam talem esse opinandum est:causam accessionum,vbi nõ fuerit fixa,ac stabilita,non seruare eundem terminum, aut circuitum: vbi vero firmata fuerit, seruare:atq; ideo difficulter solubilis est causa,quæ fixa,ac stabilita sit:facile uero solubilis,quæ talis non est.Nam,quæ firmata sunt,magnam uim,ut quispiã diceret,demolientem expoſcunt, quæ longo tempore, & per fortiora,ac plura auxilia comparatur.

in lib. de Humoribus, In febrib⁹ ad articulos,&c. aure medium. 31 ‖ *Lassitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.* G

Dictum & prius est,quòd lassitudinum nonnullæ quidẽ ex multis accidunt motibus,quę simpliciter,& proprie lassitudines nominantur. Quidam vero neq; multis, neq; uehemẽtibus acti motibus,lassitudines pati consueuerunt.Tales itaq; lassitudines,nõ lassitudines simpliciter, sed spontaneas lassitudines nominare consueuerunt. Ambarum autem ipsarum cõmunis est locus perpessus:hic uero est totũ genus in corpore musculosum.Quæ uero ex motibus pluribus lassitudines accidunt,ipsis adest proprium peculiare,caliditas articulorum: quare in his nihil mirũ ad articulos abscessus decumbere,vt qui vnà cum musculis laborauerint,atq; ultra modũ concaluerint.Spontaneis autem lassitudinibus,vna sola ratione euenit,vt fluxiones decumbant ad articulos (sicuti & omnibus alijs ferè morbis, qui per abscessus iudicantur) cum latiora ipsorũ spatia prompte se habeant ad superfluitates suscipiendas.Rariores igitur in illis abscessus sunt, in lassitudinarijs plures,& præcipue cum lassitudines spontaneæ fuerint,& ex ijs maxime quæcunq; ob multitudinem fiunt.Erit igitur in aphorismo sermonis hęc summa.Iis,qui quomodocunq; in febribus lassitudinem habent:ad articulos, & circa maxillas præcipue abscessus fiunt. Hoc uero contingit propter eam,quæ est in febribus,caliditatem,relata multitudine ad caput, H
mox inde suscipientibus illis, qui circa maxillas adenes existunt, sicuti qui circa inguina, & alas sunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit.

in eodem, Quibus uero ex morbis se erigentibus, &c. 32 ‖ *Quibuscunq; resurgentibus ex morbis, siquid laborauerit, hic fiunt abscessus.*

Si quidem πόνος i.labor,& uehementẽ significat motũ, & dolorem, & læsionem, sicuti prius dictum est:liquet,ꝙ & πονεῖν, hoc est laborare, pluri vti motu significabit, & aliquẽ habere uel dolorem,vel læsionẽ.In nonnullis igitur,qui ex morbo conualescũt, apparet, quãdo humores morbum facientes nõ satis fuerint expurgati,sed quasdam reliquerint superfluitates: cũ laborantem siue dolentem partem quampiã habuerint,illuc morbum decumbere:cum labor quidẽ habeat causæ rationem,dolor vero signi.Nam in uehementioribus motibus, & vires fiunt imbecilliores,& caliditas maior accẽditur:dolorq; iam fluxione decũbẽte perficitur.Hoc igitur, vt diximus,est signum abscessus,qui fit. Caliditas autẽ atq; imbecillitas ad locũ affectũ prouehit superfluitates. Vtroq; igitur(vt diximus)modo accipere possumus uerbum, laborare: toti tamen sermoni,qui nunc ab Hippocrate profertur, alterum magis conuenit significatũ: siquidem antea de lassitudinarijs febribus locutus,deinceps autẽ rursus,inquit. Sed, & siquid antea laborauerit,

A laborauerit. Videtur enim prior aphorismus, cuius initium. Lassitudinem habentibus in febribus, de lassitudinibus, quæ in morbis fiunt, habuisse sermonem: in eo autem, qui nunc proponitur, de ijs, quæ fiunt in conualescentibus: in sequente vero, de illis quæ morbum antecedunt.

33 ‖*Sed & si ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.*

in li. de Humorib. Sed & si q̃d doluerit, &c. ante medium.

Siue quis velit cõnectere duobus prioribus sermonibus illum, qui nunc dicitur, ad unius aphorismi integritatem, siue seorsum vnumquenque scribere, nihil refert: nam & communitas eorum ostensa est, & singulorum proprietas in sermone prędicto. Dicetur autem & nunc à nobis denuo breuibus. Quando in morbo sensus aliquis lassitudinis fuerit, expectare oportet abscessum aliquẽ ad articulos fore, præsertim iuxta maxillas: simili modo, siquis ex morbo conualescens, parte aliqua corporis laborauerit, vel antequàm ægrotaret. Nam plurimum solet ad talia decumbere, in illis videlicet morbis, in quibus speratur abscessus futurus, neq; morbus per excretionem antea iudicandus. Dicta sunt autem quædam & in præcedentibus de taliũ morborum dignotione, sed sermo vniuersus in commentarijs de Crisibus est explanatus.

7. Aphor. 59. 59. d Infr. Aph. 35.

34 ‖*Si à febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, lethale.*

in Coacis prænot. in febrib. repente suffocari, &c.

B Licet & simpliciter accipere initium aphorismi, in quo ait. Si à febre habito: tanquã ita dixisset. Si homini febricitanti, tumore nõ existente. Licet & cum maiori aliqua significatione: quẽadmodum solet in Epidemijs scribere, non simpliciter quouis modo Febricitatẽ ostendens, cũ dicit, Febris ipsum habebat: sed de eo, cui magna insit febris, ita loquens. Cõtingit itaq; & sine magna febre, strangulatione repẽte superueniẽte, hoĩem interire: ineuitabilior autem, & citior est mors, adeo vt neq; ex inopinato vnquã homo saluetur, cũ vehemẽs febris detinet ęgrotantẽ. Indiget. n. huiusce modi febris (ut in sermonibus de difficili anhelitu fuit à nobis ostensum) inspiratione abundanti: fit vero nedum abundans, verũ omnino pauca, ijs, qui strangulantur. Neq; n. aliud est strãgulatio, nisi interitus subitus propter defectũ inspirationis: qui fit ex angustia alicuius instrumẽti ex iis, quæ obseruiunt respirationi. †Nã talis angustia ipsorũ seorsum in eo genere est, qđ anhelitus carẽtia noĩatur: q̃ & ipsa fit uel propter imbecillitatẽ potẽtiæ illius, q̃ mouet thoracẽ, vel ꝓpter uehemẽtẽ frigiditatẽ uitalis principij. Strãgulatio uero oĩno fit ex angustia: angustia aũt, vel repleta intermedia regione, q̃ inter thoracẽ est, atq; pulmonem, aut pulmonis cauernis, vel aliqua inflãmatione totũ occupãte uiscus, vel asperã arteriã, vel eã par

† Codex græcus Leoniceni habebat. ἢ γὰρ τοιαύτης ἐνοχωρία αὐ τῶν χωρὶς, ἐντῷ τῆς ἀπονοίας ἐσὶ γένει Laurentianus ex impressis uertit. non. n. fieri angustia sine spiritalibus opificiis potest.

C tẽ, quæ est veluti caput eius, quã nominãt larynga. i. guttur: quę etiã inflãmatio fieri aliq̃n solet in præiacẽte spatio, qđ pharynga. i. fauces appellãt. Nã & Homerus ita nominauit inquiẽs. Per fauces aũt vinũ impellebatur: spatiũ illud laxius, qđ gulã, & guttur præiacet, nominãs fauces. Videtur aũt & nũc Hippocrates hanc eandẽ partẽ eodẽ modo, quo etiã Homerus, nominasse. Dicit igitur: Tumore nõ existẽte in faucibus: tanquã possibile sit ore multũ adaperto partẽ ipsam diligẽtius inspicere: qđ in gutture fieri nequit. Fiet igiẽ sermo vniuersus huiusmodi: Si à febre habito strãgulatio repẽte superuenerit citra tumorẽ fauces occupãtẽ, lethale est. Prisci etenim per inflationem (Græce œdema) & tumorẽ idẽ intelligebãt. Neq; nos latet triplicẽ esse tumorũ differẽtiã: vel. n. sunt cũ dolore, quos iuniores inflãmationes nominant: vel absq; dolore, & duri, quos Græci scirrhos vocãt: vel sine dolore, & molles, quos ijdẽ Græci œdemata, idest inflationes, peculiariter appellãt: & propterea ab antiquo usu recesserũt, vt qui nõ omnia ꝑter naturã incremẽta sub uocabulo inflationis cõplectant. Cũ igitur fauces sine tumore apparuerint, strãgulatio autẽ repente superuenerit, solius gutturis est huiusce modi passio. Strangulantur (vt dixi) & propter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente aũt strangulari, soli gutturi inest. Peripneumonia enim, non repente strangulat ægrotantes, verũ paulatim ab initio in-

D crementũ suscipiens vsq; ad propriam cõsistẽtiam, in qua talem casum affert. Et, si quod tuberculum, & abscessus in pulmone fit, hæc quoq; passio diuturna est: sicuti & spatiũ inter pulmonẽ atq; thoracem pure repletũ, sæpius hominẽ strãgulat, abscessu in ipsum dirupto, qui scilicet, & ipse in longo tempore fuit constitutus. Nã asperæ arteriæ inflammatio difficultatẽ spirãdi quidem aliquã efficere potest, strangulationẽ uere non potest, propter magnitudinem meatus, in ipsa latioris, & tunicæ tenuitatẽ. Impossibile siquidẽ est corporis adeo tenuis inflammationẽ, spatium effatu dignum replere. Reliquũ igitur est guttur, quod subitam possit facere strangulationẽ, qm̃ ab ipso angustatur pulmonis meatus. Musculi quoq; eius interiores vnà cũ ambiente tunica inflãmationẽ patientes, viam spiritus valent intercludere. Nominãt aũt medici quidẽ talem dispositionẽ non per, ſ, synanchen, sed per, c, cynanchẽ: quibus placet faucium inflãmationem per, ſ, synanchen nominare. Nõnulli uero & parasynanchen, & paracynanchẽ noĩant: parasynanchen, quando adiacentiũ faucibus musculorũ inflãmatio fuerit: paracynanchẽ aũt, quãdo extra guttur. Ex ijs igitur, quæ dicta sunt, rationabile est talẽ dispositionẽ gutturi aliquẽ

1. Prorrhet. 60. 2. t. 54. 4. 175. h. & in Coacis prænot. iisdem ferè uerbis.

" inferre dolorẽ: & uidẽt Hippocrates eius manifeste meminisse in libro prorrhetico, hisce uerbis: ‖Fauces dolẽtes, tenues cũ quadã difficultate strãgulãtes, velociter exitiũ afferentes. Nunc uero dolẽtes, non dixit, siue quia ex ijs, quæ dixerat antea, poterat subintelligi: siue quia etiam

absque

absq; dolore aliquando dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationẽ. Et, si E oĩno potest esse sine dolore strãgulatio: ex talibus causis erit. Possibile est, multitudine humiditatis, pituitosæ præsertim, madefaciente tunicã gutturis interiorẽ, fieri absq; dolore tumorem. Possibile est etiam aperientibus ipsum musculis, crassioribus factis, meatũ reddi angustiorem: contingit, & vtrunq; coniungi. Illudq; impossibile non est, vt propter superfluam siccitatẽ musculorum gutturis intrinsecorum supra modum extenti, meatũ reddant angustiorem. Qui vero sint hi musculi, & quo modo claudant guttur, ostensum est in tractatu, qui de uoce inscribitur.

in Coacis prænot. Collũ conuertere nõ posse, &c. † *in multis cõ. græcis additur* ἐξαίφνης, *idest repente.*

35 ‖ *Si à febre habito collum* † *peruertitur, & uix potest deuorare, sine vllo tumore, lethale est.*

Non amplius adiecit hic locũ, in quo inquit, Tumore non existẽte sicuti in præcedẽti aphorismo faucium meminit inquiens, ‖ Tumore nõ existẽte in faucibus. Nos vero dicemus alterũ duorũ, uel ex communi subaudiendum esse in faucibus, uel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinsecus tumor, hominẽ uero cõtigerit nõ posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorũ, qui gulæ præiacent, aliquãdo gulæ ipsius. Est. n. quædã societas partibus his per neruos, ac ligamenta, & ad spinalem medullam, & ipsam ambientes membranas, ac prẽterea ossa uertebrarũ, F quæ his * extrinsecus adiacent. Extẽtis itaq; ad partes inflammatas, & ligamẽtis, & neruis, trahi uertebras, uel intra, uel ad latus est necessariũ: si in altera nerui propagine fieri tentionẽ cõtigerit, ad latus: si in ambabus, intra. Plenius aũt de istis dicemus, librũ de articulis exponẽtes, in quo ‖ ait, fieri spinæ euersiones, tuberculis crudis intra ipsam constitutis. Igitur in libro illo, & gibbos fieri dixit tentis intra uertebrarũ partibus, non solum recuruationes, & obliquationes. In secundo siquidem libro Epidemiorum, de proposita nũc in aphorismo angina uerba faciẽs, inquit: ‖ Erant autem anginam patientiũ tales affectus: colli uertebræ intro uergebãt, & extra „ apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone unã ostẽdit „ uertebræ euersionem ad intra factam: in præsenti uero aphorismo generaliori utens sermone, inquit: Si collum euertatur. Verbum enim, euerti, omnem, quæ est ad id, quod præter naturam, euersionem ostendit rectitudinis uertebrarum. In secũdo autẽ libro Epidemiorũ sermoni adiecit: Et hoc tactum dolebat. Hic uero nihil de dolore dixit: q̃q̃ necessarium est adesse dolorem una cum ea, quæ collum obtinet, inflammatione, nisi & hic eam, quæ fit propter siccitatẽ excedentem, tẽtionem, tractum, & euersionẽ partium tantũmodo ostendit: & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem: cũ alter, qui prouenit ex inflammatione, nõ fit omnino exitialis, qua- G lis erat prior, cui coniuncta erat strangulatio. Neq; enim est, æquale periculum, si homo strãguletur, & uix possit deuorare. Verum, si propter excedentem siccitatem id accidat, & collũ euerti, & uix posse deuorare, lethalis est casus, & præcipue cum uehemens est febris: ut uerba illa, Si à febre habito, etiam in hunc sensum accipiantur. Ob hanc autem febrẽ ipsam etiam immodicam fieri par est in membris siccitatem: & duplicem habebit febris uehemens ad mortem rationem: & quia, ut signum, erit, quòd fiat euersio propter siccitatẽ, & deuorandi difficultas: & quia ipsa quoque aliquid affert, tanquam una quæpiam ex causis perducentibus ad mortem.

3. Aphor. 35. 31. e 7. Aphor. 59. 59. e

de Articulis, cõ. 3. t. 9. 7. 269. f

2. Epi. sect. 2.

in li. de Iudicationib. Sudores febricitanti si fiant, &c.

36 ‖ *Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, vigesimo & vigesimoseptimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui uero nõ ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam.*

Non sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & urinæ multę, & iuxta aurẽ abscessus, vel aliquẽ alium articulum, in dictis diebus optime apparẽt. Sermo enim in uniuersum est talis: Iudicatoria signa, ac casus, in diebus iudicatorijs incipiant. Ac sermo quidẽ ita prolatus sufficiebat: uerũ Hippocrates nũc nõ de omnibus ipsum fecit iudicatorijs, sed de sudoribus tã- H tum: & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies, qui sunt intra quadragesimũ. Morbi. n. istis diuturniores, non admodũ solent per sudores iudicari, sicuti neq; omnino per excretiones, sed uel per * concoctionem, uel per abscessus. Quòd uero non omnis numerus dierũ sit ad iudicãdũ idoneus, experientia manifeste demõsttat: & quispiã admiraretẽ illos, qui aiunt nullã in illis esse differentiam: melius est enim, ex ijs, quæ apparent manifeste, discere differentiam: causam uero eius, quod fit, per multum ocium considerare: quod nos in tractatu de diebus iudicatorijs egimus: id, quod ad artis refert utilitatem, in primis duobus commẽtarijs trãsigẽtes: causas aũt ipsorum tentãtes in tertio perquirere. Non parua autem est de diebus scriptis in aphorismo discordia, cum alij alios pro arbitrio scribant. Nos uero illa secuti, quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt & in Prognostico, & Epidemijs, & hoc aphorismorum libro, ipsorum fecimus connumerationem. Verba autem, quibus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu de iudicatorijs diebus, & de iudicijs collecta. Nũc uero à tertio incipit, qui anticipat quartũ in breuioris temporis morbis: & post hunc quintum scripsit uno die quarto tardiorem. Sic enim ferè in omnibus exemplaribus inuenies, cum quartus dies in aphorismo nondũ esset ascriptus, quamuis hic dies sit primus iudicatorius. Verũtamẽ ipsum nũc prætermisit, vel ipse Hippocrates,

* σύμπεψιν. *Vide 2. progn. 65. & 3. prog. 23.*

A tes, vel qui primus librum transcripsit. Si vero omnino Hippocrates illum præterijt, hanc ob causam ipsum existimo istud fecisse, quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicãtur, tertio & quinto die magis, quã quarto, iudicium suscipiũt. Rariores.n. sunt, qui die quarto iudicantur: atq; hoc à me fuit inuentum per experientiã, cum ob hoc ipsum valde admodum inquirerem, qua de causa dies quartus fuisset ab Hippocrate in aphorismo prætermissus. Hoc aũt videtur accidere, quoniam morbi peracuti primã statim accessionem vehementissimã habent, & reliquas illis proportionales per diem tertiũ. Dicimus aũt, q̃ in uehemẽtioribus accessionibus iudicia fiunt, & quòd morbi, qui in diebus imparibus accessionem habent, citius iudicantur: qui uero paribus, tardãt. Atq; ideo, si etiã in principio aliquis morbus exacerbatur, hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat, ad dies pares uehementiores accessiones transferuntur. Hæc habeo, quæ dicam de die quarto. In fine autem aphorismi, non nulli trigesimum primũ diẽ, non nulli trigesimũ quartum scribũt. Scimus autem hos in dierũ iudicãtium numero contineri: & fortasse trigesimus quartus maiorem uim habet: non tamẽ quadragesimi meminit, fortasse quia hunc principium morborum longorum existimauit, qui non admodũ per sudores iudicantur. Nam & trigesimum primum, & trigesimum quartum, & ante ipsos vi-
B gesimum septimum raro inueniemus per sudores iudicare.

1. de Crisib. 4. 133. c

37 ‖ *Frigidi sudores, cum acuta quidẽ febre, mortem: cũ mitiori autem, longitudinẽ morbi significãt.* in lib. de iudicationibus ijsdem verbis.

Quòd quidem ita fiat, sæpius experientia docet. Causa uero huius explorãda: nam plurimã mihi videtur habere dubitationem, quomodo febre calidissima hominẽ detinẽte, sudor fiat frigidus. Quòd igitur in alijs partibus corporis sit necessarium esse vehemẽtem caliditatẽ, ex alijs vero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferrentur. Euacuantur autem ex cute sudores, quam frigidã esse contingit: cũ tamẽ ea, q̃ sunt sub ipsa, comburantur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus ostensum est febres acutas fieri. Hi uero putrescunt sæpius quidem in toto corpore, sæpius vero in vasis solis. Cũ ergo hęc aliquando duo contigerint, humores, qui sunt in uasis, putrescere, & eam, quæ solida corpora regit, naturam (quæ secũdum Hippocratem est calor naturalis) vel extingui omnino, uel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuantur, frigida sentiuntur: eam uero, quæ fit ex putredine, caliditatẽ nihil prohibet uehementissimam esse, atq; ideo signũ est exitiale, ostẽdẽs in animalis corpore humorũ multitudinẽ superabundare, tantã habentiũ frigiditatẽ, ut neq; à
C calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Tepidis siquidem existentibus febribus contingit saluari hominẽ, cõcocta in processu temporis multitudine humorũ frigidorum, atque euicta à natura. Acuta enim febris, causa est, & signum pernicioſissimum: causa quidem, quia prõpta est ad dissoluendum corpora: signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimã ostendit, vt quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris uero, quæ nõ est acuta, sed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cum nõ anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo pernicioſum, sicuti uehemens febris. Contingit enim in tepida febre, etsi modice frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere.

38 *Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.*

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto etiam æqualis fieret euacuatio. Fiunt enim sudores, vel natura humiditatem superfluam euacuãte, (quando & optime iudiciũ fit) uel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed, siue hoc, siue illo modo fiant, membrorum patientium humiditatem euacuant.

D 39 ‖ *Et, qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.* in lib. de Iudicationibus. Vbi in corpore caliditas, &c.

Qua parte corporis insignis, aut caliditas, aut frigiditas fuerit, in ea morbum necessarium est esse: hæc siquidem exijt à temperie naturali, quæ sanitas est.

40 ‖ *Et, vbi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat: longitudinem morbi significat.* in eodem, & 7. Aphor. 60. 59. e

Dispositiones variæ diuturniores semper sunt, quàm quę sunt vniusmodi: cum nõ possit natura in paruo tempore multas consistere dispositiones.

A. l. i. t. 4. c. 10 fol. 80. f

41 *Sudor multus ex somno factus, absq; causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat: si uero cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet, quòd euacuatione corpus indiget.*

Nonnulli ita scribũt aphorismum: Sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij sine aliqua alia causa. Verum hæc, etiamsi non adijciantur, millies in mille sermonibus ab ipso prætermissa intelligũtur: q̃a, etiamsi nõ dicanẽ tamẽ subaudiũtur à nobis: ut qui semel ab ipso didicerimus, quòd, qui à causa extrinseca, nõ ex dispositione corporis casus proueniũt, nullam faciunt certam præcognitionẽ. Hoc itaq; semper oportet meminisse. Quòd uero in præsenti

aphorismo

aphorismo docetur, in verbo, multus, adiecto, maxime cõsistit. Si enim sudor multus nõ esset, E posset & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsius vero multitudo, altera duarum causarum fit, vel propter ciborum, qui sunt recenter assumpti, immoderantiam, vel illorum, qui antea. Quòd si propter recenter assumptos, prohibere oportet, ne plures assumant: quòd si propter prius assumptos, euacuare.

Lege quæ scripta sunt 1. de Morbis, ubi de sudoris causa.

42 ‖ *Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluẽs, frigidus a*magis, calidus b*minus significat morbũ.* 7. Aphor. 61. 59. f

De sudoribus, qui in diebus iudicatorijs fiunt, dictũ est prius: de ijs vero, qui in toto morbi tempore apparent sine iudicatione, in hoc ostendit aphorismo: difficiliores quidem inquiẽs esse frigidos sudores, minus vero his malos, calidos esse. Indicant siquidem vtrique multitudinẽ adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt: alteri calidam, qui & minus illis sunt exitiales.

* *A. Al. maiorem.*

* *B. Al. minorem.*

43 ‖ *Febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ, quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.* de Morborũ temporib. 3. 86. d in 1. Epi. cõ. 3. t. 5. 3. 119. c in 6. Epi. cõ. 2. t. 23 3. 164. b 4. Aphor. 56. 33. f 7. Aphor. 61. 59. g

in Coacis prænot. Febres continuæ per tertiam, &c. & Quib. febris aliquando, &c.

Quòd Hippocrates per verbum, intermittere, accessiones intelligat, quæ in quietẽ febre vacantem desinunt, manifestũ fecit in hoc aphorismo, febres illas, quæ per tertiam accenduntur, si F quouis modo quieuerint, inquiens esse absq; periculo. Solæ. n. illæ, quæ in quietem febre vacãtem desinunt, periculo carent, etiam si uehementissimam, & satis lõgam habuerint accessionẽ. Si enim adeo breuis fuerit, vt in tertianis exquisitis, minoris duodenis horis tempore circũscripta non modo sine periculo talis est febris, sed etiam cito iudicatur: si vero longius, quàm duodecim horarũ, tẽpus occupet, &, si ita contingat, ad decem, & octo horas prorogetur: est quidẽ & hæc citra periculũ, sed tanto longior, quanto & eius accessio maior extiterit, quàm tertianæ exquisitæ. Non absq; ratione autẽ eas, quæ in quietem febre uacantẽ desinunt, esse absq; periculo inquit: † vt quę non ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine fiãt. Neutra enim harum ad quietem peruenit, febre uacantem. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est siue vehemens, siue longa fuerit accessio.

Vide. Libro 1. Epid. sect. tertia com. 5. pag. 119. b

44 ‖ *Quibus febres longæ, ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.* 7. Aphor. 61. 59. g

in Coacis prænot. In febribus longis, aut tubercula, &c.

Non semper hoc, sicuti nec quicquam aliud huiuscemodi, sed magna ex parte videlicet, cõtingere videtur. Causa autem est manifesta. Nam propter multitudinem, & crassitudinem, vel frigiditatem, vel visciditatem humorũ efficientiũ febres, in longum tempus morbi extendũtur, G cum longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfluitatem decumbere. Siue autem per labores dolores intellexerimus, siue læsionem, vterque intellectus habet rationem. Vtrunque enim horum ad absc essus* sequitur.

* ἀποσήμασα.

45 ‖ *Quibus tubercula ad articulos, vel labores ex febribus longis fiunt, ij pluribus vtuntur cibis.* 7. Aphor. 61. 59. g

De conualescentibus docet. His enim repletis rationabile est plethoricos casus aduenire, & maxime ob uirium imbecillitatem.

in Coacis prænotionibus. Rigor continenter vexans, &c.

46 ‖ *Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.* 2. de Sump. causis 3. 23. c de Tremore, palpit. &c. 3. 55. a

Non idem est, siquis dixerit, si inciderit, & si incidat. Verbum enim, inciderit, vnũ significat rigoris insultum, incidat, uero plures. Semel igitur rigore incidente, nondũ liquet, an pernitiosa, an optima iudicatio sit secutura. Potest enim & propter uiriũ imbecillitatẽ casus esse lethalis: potest & iudicatio * periculosa, bonum tamen habere finem. Sæpius uero fieri rigorẽ febre non deficiente, & alioqui bonum non est: in virium autẽ factus imbecillitate, pernicios us. Nã, si qua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam facit intermissionem, propter utrunque ho- H minem dissolui uerisimile est, & quia uis imbecillis ferre non potest rigoris agitationẽ, & quia ab euacuatione dissoluitur. Si uero solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequente, utroq; modo casus caret bonitate. Nam & vt mala causa, vim corporis tanget: & malum signum erit, ultimam illius indicans imbecillitatem, quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare: nunc autem id efficere non possit.

* σφαλερά.

47 ‖ *Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fętidæ, & biliosæ, omnes malæ. Et si bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per urinas, bonæ, Si uero non aliquid eorum, quæ iuuãt, per hæc loca excernitur, malum.* 7. Aphor. 65. 60. e

Forte conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ, dici cõpendiosius, omnes prauas excretiones, cum bene exeunt, ad bonum terminari: Hippocrates uero non ita locutus est, sed primum quidem trium generum excretionum meminit, eius, quæ per os fit, eius, quæ per aluũ inferiorem, & tertiæ, quæ per urinas: deinde illius, quæ fit per os, magis particulatim. Nõ enim simpliciter dixit prauas excretiones bene exeũtes, bonas esse, sed speciatim ipsarũ meminit, inquiẽs: Liuidæ, cruentæ, fętidę, & biliosæ. Vna autem cõmunis est in hisce omnibus ratio: Malę uacuationes sunt prauarum signa dispositionum: prodeuntq; sepius eodem modo, quo in ulceribus

putridis

A putridis,à quibus ichores,hoc eſt liquores ſanioſi,defluunt,nihil diſpoſitioni conferentes: non nunq̃ uero ita ſicuti pus,ex abſceſſu dirupto bene expurgans partem patientem.Indicia uero,ꝙ bene excernatur, maxima quidem ſunt & coctio,& bona tolerantia,cũ ipſis uero & morbi ſpecies,& poſt ipſam tempus anni,regio,ætas,natura ægrotãtis. Quod autem eſt in fine aphoriſmi, duobus modis ſcriptum inuenitur.In quibuſdam,ut ſupra,ſcriptũ eſt,Si uero non aliquid eorũ, quæ iuuãt,excernatur. In quibuſdam uero ſine particula,non,hoc modo, Si uero aliquid eorũ, quæ iuuant,excernatur. Et erit ſecundum primam ſcripturam ſermo talis, Si quid eorum,quæ non iuuant excreta,uidetur euacuatum,non eſt bonum.Secundum uero ſecundam ſcripturam, Si quid eorum, quæ iuuant, & ſunt animali conuenientia, excernatur,non eſt bonum . Melior autem eſt ſcriptura prior.

in 1.Pror.cõ.1 t.7.4.164.a 7.Aphor.68. 60.t

48 ‖*In febribus nõ ĩtermittẽtibus,ſi ꝑtes exteriores frigidę,interiores vrũtur,et ſitim habeat,lethale eſt.*

inCoacis prẽno, In morbo acuto externas partes perfrigerari, internas autem ardere,& ſitire malum.

Dignum animaduerſione eſt,nunquid huiuſcemodi caſus poſſint in febre fieri intermittente. Ego enim neq; uidi,neq; animo capio.Videntur ſiquidem ſolis accidere in febribus,quæ cauſones ab incendio nominant̃, ꝑnicioſis,uel ſi aliter libeat appellare maligniſſimis, ueluti lypyrijs.

B Nulla uero febris alia ꝑfundas partes urit,cute refrigerata.Neq;.n.mitior cauſon,neq; tertiana: quæ duæ febres præ cæteris ſunt calidiſſimæ. Videtur itaq; nõ diſtinctionis gratia in aphoriſmo adieciſſe, In febribus non intermittentibus, ſed ſimilem protuliſſe ſermonem illi,quo dicitur, ‖ Vertebræ autem,quæ in ſpina ſunt:non quaſi in aliqua alia corporis parte ſint uertebræ,ſed ueluti ſi ita diceretur: Vertebrę,quibus hoc ineſt,ut in ſpina ſint:ita & nunc ſermonem Hippocratis accipiemus:Si profundæ partes urantur,cute refrigerata,lethale eſt:fit autem hoc in nõ nullis febribus non intermittentibus . Cauſa uero huius talis exiſtit: Quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori,uel eryſipelas euenerit:totus ex toto corpore ſanguis ad locum trahitur patientem,atq; adeo uruntur profunda,cutis autem refrigeratur,ut fit in principijs acceſſionum.

de Articulis,cõ. 3.t.1.7. 268.e

in 3.Epi.cõ.1. t.43.129. b 7.Aphor.69. 60.t

49 ‖*In febre nõ intermittente,ſi labrũ,vel palpebra,vel ſupercilĩ,vel oculus,vel naſus peruertatur,vel non videat,vel non audiat:iam debili exiſtente corpore:quicquid horum euenerit,mors proxima eſt.*

inCoacis prẽno. Si debiliter iam affecti non uideant,&c.

Partium fiunt peruerſiones, dum tenduntur,atq; contrahuntur ij,qui ad eas nerui pertingũt. Quòd autem extendantur,accidit propter inflammationes,duros tumores,ſiccitates,& frigidi-

C tates immodicas.Hęc autem grauia ſunt,quando prope neruorum originem fuerint conſtituta. Quare,cum febris continua fuerit, & æger debilis:non abſq; rationem mortem eſſe uicinam eſt exiſtimandum : multo autem magis,quando uel non audit aliquis, uel non uidet, propter uirtutis ſenſibilis debilitatem .

50 *Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi,& delirium acciderit,lethale.*

Fit non nunquam ex eadem cauſa horum utrunq; , difficultas ſpirandi , & delirium,patiente cerebro : & tunc apparet ‖ ſpiritus (ut ipſe in Prognoſticis inquit) magnus ex multo interuallo, hoc eſt,magnus,& rarus.Contingit & propter aliquam earum partium,quæ reſpirationi obſeruiunt,paſſionem, ſpirandi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes,& reliquæ thoracis,atq; pulmonis paſſiones,ſpirandi faciunt difficultatem.Hæc autem omnia periculoſa ſunt, febre præſertim continua adiuncta: nã ſemper cum tali fieri conſueuerunt. Quare &hic uerba illa , Cum febre non intermittente,eadem uidentur ratione eſſe dicta , qua etiam in aphoriſmo antecedente.

in Progno.cõ.1. t.24.4.194.h

51 *In febribus,abſceſſus, qui ad primas iudicationes non ſoluuntur,longitudinem morbi ſignificant.*

D Sermo ita clarus eſt,ut forte Hippocrate non indiguerit.Liquet enim,ꝙ eo ipſo,ꝙ ad primas iudicationes non ſoluuntur huiuſcemodi paſſiones , ſint diu duraturæ.

in 6.Epid. cõ. 1.t.21.3.158. b.c

52 ‖*Quicunque in febribus, vel in alijs morbis ex voluntate illachrymant, nihil abſurdum: qui vero non ex voluntate, abſurdius.*

4.Epid. Qui quidem uolẽtes, nõ longe à fine. Et 6.Epid. com.1.t. 21.3.158.b

Dictum quidem & in Prognoſtico,‖ lachrymari non eſſe bonum ſignũ,quãdo uidelicet oculus ipſe nullum affectum habet proprium, atq; præcipuum,ueluti lippitudinem,uel in palpebris aſperitatem,uel tale aliquid . Nam debilitas quædam oſtenditur potentiæ contentiuæ,quando, etiamſi talia non adſint,illachrymant. Non recte autem ſcriptum fuit,abſurdius,comparatiue: melius enim fuerat abſolute,abſurdum dicere:& mihi uidetur hic error culpa magis primi librarij , quàm ipſius Hippocratis, contigiſſe .

in Progn.com.1. t.104.192.e

53 *Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur,ijs fortes fiunt febres.*

Neque enim naſci poſſunt huiuſcemodi lẽtores ſine caloris multitudine pituitoſiorem humiditatem exiccante.

54 ‖*Quibus plurimũ ſiccæ tuſſes leuiter irritãtes in febribus ardentibus fiunt, non multũ ſiti infeſtãtur.* E in 6. Epi. cõ. 2 t. 24. 3. 164 g

Siccas tuſſes illas nominant, quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiem inſtrumẽtorum, quę obſeruiũt reſpirationi: aliquando fauciũ aſperitate, uel aliquo tenui, & pauco humore deſtillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madeſcunt loca, quæ ad aſperã pertinent arteriam, & ideo minus ſiticuloſi fiunt. Nam, ſi aſperitas ſola fuerit, propter motum in tuſſi factum, ex locis uicinis humor aliquis attrahitur: ſic autem, & ſi ſola fuerit intemperatura.

2. Epid. ſect. 3. 55 ‖*Ex bubonibus febres omnes malæ, præter diarias.* 1. di Differen. febr. 3. 32. e

Febres diariæ omnes ab ipſo uocantur, quęcunq; ſui ratione una die durant. Tales autẽ ſunt, & quæ ex bubonibus proueniunt, quando ex cauſis manifeſtis conſiſtunt. Alios uero bubones, qui ſine cauſa manifeſta fiunt, ueriſimile eſt, ex uiſcerum inflammationibus fieri: atq; ideo febres, quæ unà cum ipſis eueniunt, malas eſſe.

in lib. de Iudicationib. Si febrici tanti ſudor accedat, &c. d Supra apho. 42. 56 ‖*Febricitanti ſudor ſuperueniens, febre non deficiente, malum: prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.* F

Oportuit hunc aphoriſmum cum altero paulo antea dicto coniungi, in quo dicit: ‖Sudor multus, frigidus, uel calidus ſemper fluens. Ipſe uero oſtendit, & quo pacto talem ſudorẽ dixerit eſſe malum, & propter quam cauſam. Malus itaque exiſtit, quia cum hoc, quòd morbum non ſoluit, ipſum ẽt prorogari ſignificat. Cauſam uero prorogationis, multam ait eſſe humiditatem: quam cum longiori tempore diſſoluat, ac concoquat natura, neceſſarium eſt morbum eſſe longum.

1. de Morb. Et tetano, ac conuulſione occupãte, &c. Et in lib. de Iudicationibus, iiſdẽ uerbis. Itẽ ſi Coacis præno. Cõuulſiones, & tetanitas diſtentiones, &c. 57 ‖*Qui à conuulſione aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur.*

Eſt quidem & diſtentio (græce tetanos) neruorum conuulſio, ſed non uidentur in ipſa partes conuulſæ: qm̃ æqualiter ante, & retro tenduntur: atq; ideo præcipuum illi nomen eſt datum diſtentio, ita ut omnes cõuulſiones ſint numero tres, grẽcis uocabulis, Opiſthotonos, id eſt tentio ad poſteriora: Emproſthotonos, id eſt tentio ad anteriora: & Tetanos, id eſt æqualis tentio, nominatæ. Omnes uero conuulſiones ſcd̃m ipſum fiunt, uel ex repletione, uel ex euacuatione partium uidelicet neruoſarum. Quæcunq; igitur conuulſiones ad febres ardentes ſequũtur, has par eſt fieri ex ſiccitate: quæcunq; uero ſuopte initio inuadunt, ex repletione habent generationem. His conuulſionibus febres aduenientes, partim quidem ſuperfluam diſſoluũt humiditatẽ, G partim calefaciunt frigiditatem: quæ duæ ſunt medicis remediorum intentiones. Non abſq; ratione igitur à febribus lethales ſunt conuulſiones, non lethales uero, quæ febres antecedunt.

in lib. de Iudicationib. A febre ardente occupato, &c. Et in coacis præ not. Febris ardẽs rigore, &c. 58 ‖*A febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio.*

2. de Sympt. cauſis 3. 22. e de Tremore palpit. &c. 3. 52. h 2. de Criſib. 4. 134. f de Vict. rat. in morb. ac. cõ. 4. t. 12. 7. 35. f de Typis 3. 90. g in 1. Epi. cõ. 3. t. 17. 3. 120. f g in 6. Epi. cõ. 2 t. 23. 3. 164 b 2. de Criſibus. 4. 134. c de Natura humana. cõ. 2. 22. 7. clxxxj. a

Oſtenſum enim eſt in ſermone de rigore, etiam ob flauã bilem, quæ per membra ſentiẽtia ueloci motu defertur, fieri rigorem, poſt quem uidelicet, & alui ſoluunt̃, & ſudores, & uomitus bilioſi ſuperueniunt. Cum ergo bilis, ex qua febris ardens habuit ortum, expurgat̃, ſoluitur febris. Nam febrem ardentem fieri nouimus, quando æſtiuo tempore uenæ exiccatæ acutos, ac bilioſos ad ſe ichores attraxerint.

in iiſdem coacis prænot. Tertiana exquiſita in quinque, &c. 59 ‖*Tertiana exquiſita, ſeptenis circuitibus, quod longiſſimum eſt, iudicatur.*

Tertiana febris, ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente non differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, qm̃ febris ardens in uenis unà cum ſanguine flauam bilem redundantem, & ebullientem habet: tertiana uero in toto delatam, ac motam. Exquiſita igitur tertiana erit, quæ ſui ipſius naturam puram, ſinceramq; ſeruat. Seruat autem, ubi flauam bilem habet H (ut dixi) redundantem, & motã, & præterea tempus æſtiuum, & locum tempori ſimilem, calidũ uidelicet, ac ſiccũ, & hoĩs ætatem, & temperaturã ſimilẽ. Statim aũt in tali tertiana acceſſio fiet cum rigore: & ſolutio eius cum ſudore, uel per uomitum, aut aluũ inferiorẽ flaua bile euacuata, uel omnibus iſtis pariter factis. Erit & huic tertianæ tempus acceſſionis minus multo, q̃ quietis. Duobus ſiquidem diebus, & totidem noctibus toto eius perfecto circuitu, exquiſitam tertianã nunq̃ inuenies extra duodecim horas ſuam acceſſionẽ protendere. Talem igitur ait Hippocrates in ſeptem circuitibus, quod longiſſimum ſit iudicari. Quod enim in cõtinuis una dies poteſt, hoc intermittentibus acceſſio. Ad iſtarum igitur connumerationem, earum fiunt iudicationes.

in Progno cõ. 3. t. 7. 4. 207. f Hoc ipſe in Prognoſtico innuit, ubi de quartana loquitur, ita inquiens: ‖Fit aũt & quartanarum ,,
conſiſtentia ex ordine tali. Eſtq; à nobis obſeruatum, tum in quartanis, tũ in tertianis, fieri iu- ,,
dicationem ad numerum circuitum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio ſeptima acceſſio in tertium & decimum incidit diem, & ſæpius in ipſo morbus iudicatur, non expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis cõtinuis acutorũ quidem morborum terminus eſt quar-

* Al, longiſſimi. tuſdecimus, peracutorum uero ſeptimus: ſic in intermittentibus, *breuiſſimi tẽporis tertiana febris terminum habet circuitũ ſeptimum. Rurſus aũt, ſicuti in peracutis, morbus poterat iudicari, &

A ri & in quinto,& quarto,& in tertio die: ſic & in tertiana in eiſdem circuitibus fieri ſolutionẽ cõ tingebat,non expectante natura ſeptimum circuitum. Hippocrates igitur tertianam aliquando cum adiectione exquiſitã nominat: aliquando uero ſimplici appellatione contentus,tertianam tantummodo: ſicuti & nunc quoq; conſuetudo omnium aliorum Græcorum eſt huiuſcemodi res omnes dupliciter nominare.

60 [a] ‖ *Quibus in febribus aures obſurduerũt: ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbũ.*

A in lib. de Iudicationib. Quibus in febrib aures &c. ſed ibi adduntur nonnulla. & in Coacis præno. Surditatẽ ex febrib. &c.

Dictum eſt ab ipſo & antea [b] ‖ ſurditatẽ fieri biliosis excremẽtis retentis,& ad caput recurrentibus: & talem ſolui ſurditatem,aluo turbata. Dictum eſt & nũc ab ipſo hoc idem,& præterea de profluuio ſanguinis è naribus. Etenim & hoc ſoluit ſurditatem,eã uidelicet,quæ in febribus fit abſq; ulla propria atq; præcipua inſtrumẽti auditus paſſione. Nihil autem mirum eſt,ſi cum euacuantur ac tranſmutantur noxij humores,morbi ceſſant.

B Supra Apho. 28.

61 [c] ‖ *Febricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare.*

C 2. Epi. ſect. 5.
D in Progn. cõ. 3.t.2.& 3.4.206. h.207.b
E 2. Aphor. 24. 15.g
F 2. Epid. cõ. 1. t. 36. 3. 107. b. lege etiam hiſtorias ægrotorum 1. & 3. Epid. in lib. de Iudicationibus. In febrib. ardentibus ſi accidat, &c. & in Coaci, morbus regius &c.

Neſcio utrum hunc aphoriſmum Hippocrates ſcripſerit,an fuerit à quopiam aſcriptus: ſiqui-
B dem in Prognoſtico dierum iudicantiũ incremẽta ac cõpoſitiones fieri in [d] ‖ quaternis edocuit, & in hoc ipſo [e] ‖ Aphoriſmorũ libro,atq; in Epidemijs ẽt, non modo die quartodecimo multos uidit iudicatos,ſed & [f] ‖ uigeſimo,& quadrageſimo,& ſexageſimo,& octogeſimo. Ipſi uero iudicant & uigeſimaquarta, & trigeſimaquarta,& ab initio protinus quarta. Quo modo igit̃ ait nũc ꝙ,niſi in diebus imparibus febris ceſſauerit,nõ ſit fida iudicatio? Melius eſt itaq; pro imparibus ſcribere iudicatorijs,ut quibuſdam uiſum eſt. Multa ſanè exemplaria in numero plurali,& imparibus,& diebus,ſcriptum habent.

in 3. Epi. cõ. 1. t. 5. 3. 131. f de Vict. rat. in morb. ac. cõ. 4. t. 81. 7. 144. d

62 ‖ *Quibus, in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.*

Icterus ideſt, Morbus regius interdũ quidẽ fit & iudicatorie, reponẽte natura ad totũ corpus & præcipue ad cutem, flauam bilem: Fit etiam & caſus hepate male affecto: mali autem affectus hepatis, ex ꝙbus morbus regius ſolet aduenire, tres ſunt, tumor durus, inflãmatio, & obſtructio. Verum tumor durus, diutinus morbus exiſtit: inflãmatio uero & obſtructio etiam repente fieri poſſunt. Ac regij morbi, qui ante ſeptimum accidũt diem, ex aliquo iſtorum ortum habent: nã citius non poteſt iudicatorie bilis ad corpus effundi. Ante ſeptimum quidem diem, morbum re-
C gium eſſe malum, uerum exiſtit: non tñ poſt ſeptimum uacare periculo, eſt pariter uerum: neq; hoc nunc dictum eſt. Poteſt enim & inflammatio & obſtructio longiori tempore permanere: ante ſeptimum autem, iudicatorie bilem effundi eſt impoſſibile. In quibuſdam uero exemplaribus adiectum eſt aphoriſmo circa finem. Niſi humores ex aluo prodeant: uolentibus ijs, qui hæc adiiciunt, per aluum bilem expurgari.

63 *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.*

Cum bile per omnem corporis habitum mota rigores accidant, atq; ideo ſingulis acceſſionibus expurgetur atq; euacuetur, non abſq; ratione ad infebricitationem peruenit talium febriũ intermiſſio. Hoc igitur eſt, quod nunc dictum eſt ab eo. Quotidie febres ſoluuntur: ac ſi dixiſſet ægrotos quotidie ſine febre fieri. Quemadmodum autem, ſi quotidie rigores fiunt, quotidie etiã febres ceſſant: ſic & ſi tertio quoq; die, aut quarto: quod proculdubio etiã fieri uidemus & in tertianis, & in quartanis circuitibus: in quibus & febres ſoluuntur, & rurſus redeunt, remanet, tamen quædam diſpoſitio præter naturam in corpore, à qua ſecundum circuitum aliæ febres & ægritudines generantur.

de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 4. t. 81. 7. 144. d

D 64 ‖ *Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium obduruerit: ſi vero non, non bonum.*

in lib. de Iudicationib. Quibuſcunque in febribus intolerabilibus &c. & in Coacis præno. Morbus regius &c.

Qui ante hunc ſcribitur aphoriſmus, abſq; ordine mihi uidetur fuiſſe interiectus. Melius enim fuiſſet hunc, qui nunc ſcribitur, aphoriſmum illi fuiſſe cõiunctum, in quo ait: ‖ Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malũ: ut totus ſermo talis procedat: Ante ſeptimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: poſt ſeptimum uero, optimum: niſi dextrũ hyppochondriũ obduruerit, id eſt niſi aliquis malus affectus ex ijs, quos antea diximus, uiſceri, hoc eſt hepati, acciderit: Cum enim expurgat̃ in ipſo ſanguis, & bilis transfertur ex uenis ad meatus bilem recipientes: ſiue obſtructio fuerit in locis ad ꝙ transfertur, ſiue inflãmatio aliqua, uel durus tumor: neceſſarium eſt omnino non expurgari ſanguinem, & unà cum ipſo bilem per totum corpus deferri, hincq; morbum regium generari.

Paulo ſupra Apho. 62.

65 *In febribus circa ventriculum & fortis æſtus, & cordis morſus, malum.*

Quòd nõ ſolũ ei uiſceri, qđ ex ſeipſo ſcđm naturã pulſat, cardiã, hoc eſt cor, nomẽ fuit apud antiquos, ſed ẽt ori uẽtriculi, ꝙ cõfeſſo habet̃ apud oẽs: ſicuti ẽt, ꝙ cardialgian. i. cordis dolorẽ.

huius partis dolores appellant: uerbum autem cardioſſun.i. corde morderi, plurimi exponentiũ E aphoriſmos, pro cardialgun, id eſt corde dolore acceperunt: non nulli ipſius cordis, hoc eſt uiſceris, motum quendam palpitationi ſimilẽ, ꝑ cardiogmon uerbũ.i. cordis morſum intellexerunt. Fortis itaq; uentriculi æſtus à flaua bile in ipſius tunicis ebulliẽte generatur. Rationabiliter aũt ijs, q̃ ita ſunt affecti, & uentriculi mordetur os, atq; ob id malus eſt caſus. Siquis uero per cordis morſum, crebrum & uelocem cordis motum, cum præcipue, qui palpitationi ſimilis ſit, intelle
A * ἀρχὴν. xerit: extremum ex eo malum ſignificatur, [a] * uim uitalem maximo incendio laborare.

B in Coacis prę not, Cum febre acuta conuulſiones, pernicioſæ.

66 [b] ‖ *In acutis febribus conuulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.*

Febres uehementes, ueluti ignis, neruos exiccantes, eos extendunt, atq; cõuellunt, atque hoc modo pernicioſas afferunt conuulſiones. Non nunquam uero & uiſcera ipſa per talẽ affectũ do
C 2.Aph.1.11.a lent, ꝑ ꝑ incendij, ac ſiccitatis uehementiam: atq; idcirco malum eſſe inquit. Peior autem fuerit,
D 2.Aph.2.11.d ſi fortes dolores acciderint. Scimus autem etiam ꝑ ꝑ inflammationem, uel eryſipelas, uel fortem obſtructionem, uel abſceſſum aliquem, in uiſceribus dolores fieri, ſed ueriſimile nõ eſt, ut de his
E in Progn. cõ. 1.t.24.4 194.h nunc ſermo habeatur ab ipſo. Manifeſtum eſt enim periculum quod in ipſis eſt: neceſſario tamẽ
F 2.Epid ſect.3. a, & 6.Epi.cõ.2. t.10.3.162.d & ĩ non adiungitur conuulſioni. Et cũ Hippocrates in febribus dicit, morbos febriles intelligere ſo- F
Coacis prænot. let: qñ febres ipſæ ſunt paſſio, & non caſus partis alicuius, q̃ aliquo dictorũ affectuum laboret.
G de Vict.rat.in morb.acu.com. 2.t.44.7.122.t

67 *In febribus, ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malum.*

Dictum ab ipſo & antea fuit, ꝑ [c] ‖ ſomnus lædens ęgrotantem, mortalis eſt, qui autẽ nõ lædit,
H † *Vetus interpres impreſſus (neq; enim Burgundionis uerſio quã habemus, hucuſque peruenit) hæc etiam habet. quæ nõ sũt in codicib. græcis, nec in alijs tralationibus. Vrina eſt colamẽtum ſanguinis, ex hepate ueniẽs ad ueſicam. groſſæ autem & globoſæ urinæ ex pingui & glutinoſa materia fiunt: vnde & paucæ sũt, quoniã ex ipſa denſitate exire prohibentur. Hæ autẽ, ſi multæ, & tenues fiãt, iuuant, quoniã materiam ſubtiliatam ſignificant: eũ iam nõ ſit exeundi impedimentũ. maxime uero de illis eueniunt, in quibus urinæ aut ſtatim a prĩcipio, aut non multũ poſt principiũ, habẽt hypoſtaſim: grauis.n. eſt materia.*

nõ eſt mortalis: ubi & exemplum ſermonis adijciẽs, inquit: [d] ‖ Vbi delirium ſomnus ſedat, bonũ: tanq̃ ſomnus aliquis exiſtat, ex quo delirium non ſedatur, ſed excitatur aliqñ ac generatur. Verum & hic alia dixit exempla noxæ ex ſomno aduenientis, timores, ac conuulſiones. Quidã uero nõ, timores, ſcribunt, ſed, labores: Saneq; nos ſæpe uidimus in morbis exitialibus & timores, & labores, & cõuulſiones ex ſomno fieri. Hoc autem uidetur contingere, qñ in ſomnis ad cerebrum humor infeſtus peruenerit, tunc magis intra, q̃ extra, natura mota. At profecto, ut à cibo ad ſomnum cõuerſi, implent caput: ſic in plethoricis diſpoſitionibus, ſomni ipſum replentes, aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad attæ bilis naturam uergit, timores fiunt: ſin talis non fuerit, labores, ac conuulſiones. Somniq; proculdubio ſemper nocerent, quatenus ad profundum & uiſcera materia fluit, niſi coctionis ratione plus afferrẽt utilitatis, quã ſit damnũ, G quod ex motu ad interiora conſequitur. Non ſolum autẽ in cerebro ipſo mali humores aceruati tales afferunt caſus, ſed & in ipſo ore uentriculi: quare in ſomnis magis euaporant, cum incocti permaneant: ſicuti coctiones utiles ſomnos inducunt.

68 ‖ *In febribus ſpiritus offendens, malum: conuulſionem enim ſignificat.*

2.de Diſſic. reſpir.3.68.h Item 3.73.d

[e] ‖ Spiritum nunc intelligendũ eſt ipſum dicere, ſicuti etiã in prognoſtico, reſpirationem: qui ubi offendit, hoc eſt in medio ſui interruptus ſubſtiterit, conuulſionem ſignificat. Etenim fit mouentibus thoracẽ muſculis, ac neruis iam cõuulſioni paratis, qua diſpoſitione inſuper aucta, & plures occupante partes, manifeſta conuulſio hominem apprehendet. Cũ uero duplex ſit in reſpiratione motus: alter, quo ſpiritus fertur ad interiora, inſpiratio dictus: alter quo ferẽ ad exteriora, contrariam is accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit aũt ſpiritus aliquãdo quidem inſpirantibus, ſicuti cum ipſe dicit. [f] ‖ Duplex intro reuocatio, ueluti ſuperinſpiratio: Ali qñ expirantibus, ſicuti cum dicit. [g] ‖ Et ſpiritus offendit extra delatus. In his igitur, utriuſq; partis reſpirationis ſeorſum meminit: in propoſito autem aphoriſmo de tota ipſa pronuncians, inquit: Spiritus offendens, ſiue in motu ad intra, ſiue ad extra, ſiue ad utraque tale quid patitur. H

69 ‖ *Quibus[h] vrinæ craſſæ grumoſæ, paucæ, non ſine febre: multitudo veniens ex his tenuis iuuat: præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui ſedimen ineſt.*

3.de Diſſic.reſpir.3.73.a A.l.1.f.2.d 3.c.3.fol.53.c

[h] † Non ſimpliciter vrinas craſſas dixit, ſed & grumoſas adiecit, duorũ alterum oſtendens, uel craſſitudinis quantitatem, uel cõſiſtentiæ inæqualitatem, ac diuulſionem, ita ut plures ipſarum conſiſtentiæ, ueluti grumi, circunſcriptæ appareant. Non nulli uerò non grumoſas ſcribunt, ſed cœnoſas, ſicuti Numiſianus. & Dyoniſius: qui, ſi per hoc uerbum, fœtorem quendã ſimul oſtendunt, plus aliquid, quàm alij, demonſtrant: ſi uero quaſi craſſitudinis quantitatẽ, nihilo plus hoc ipſo docent. Sermo uero Hippocratis totus non uidetur de urinis eſſe fœtorem habentibus, ſed de paucis tantum, ac craſſis, ut ex oppoſito manifeſtat, inquiens. Multitudo ueniẽs ex his tenuis iuuat. Quare, ſi hoc ſolum ſcriberetur. Quibus urinæ craſſæ paucæ: nihil ſermoni deficeret. Fiũt autem & ſine febribus urinæ tales, natura expurgante per renes totius corporis ſuperfluitates: fiunt etiam cum febre: in quibus quiſpiam forte exiſtimaret ad contraria tranſmutationem non eſſe bonam: quoniam magna exparte in febribus, ex urinis ab initio tenuibus fit ad craſſiores conuerſio, tendente iam morbo ad ſolutionem: atque ideo mihi uidetur maxime ita ſcriptus

ab ipſo

A ab ipso fuisse aphorismus,id quod raro accidit,edocente. Contingit.n.aliquando uel per initia morbi,uel non multo post,urinas factas crassiores,ꝑꝑ grauitatẽ habere sedimen.His igitur urinis sedimen, bonum signum non est, sicuti alijs,quæ ab initio tenues existentes,ratione totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absq; ratione autem crassæ urinæ sunt multitudine paucæ,ut quæ uix renes pertranseant. Cum itaq; simul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata,simul & residuum cõcoctum fuerit, tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius est.n.ita dicere,& nõ tenues absolute,quemadmodum dixit Hippocratis. Quæ enim secundum naturam sunt,non simpliciter tenues existunt,sicuti neq; crassę,sed medium tenent inter utrunq; excessum : & cum mediocritatem habeant, crassiores quidem sunt, atque dicuntur aquosis,tenuiores uero grumosis:multæ uero cum ratione excernuntur,quia prius fuere retentæ:quo tempore crassæ existentes,difficulter exibant.

3 de Diffic.re spi.3.73.e
A.li.1.t.2.d.3 c.3.to.53.c

70 ‖ *Quibus urinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, ijs dolor capitis vel adest, vel aderit.*

in Coacis prænot. Alba ueluti iumentorum capitis doloré,&c.

Hunc non nulli aphorismum cũ superiori coniungunt,tanꝙ eius partem,ita scribentes: Quibus autem urinæ [a]* obuersæ,hisce dolores capitis.Et uolunt quidã uerbum,*obuersæ,cõtrarias
B urinas ostẽdere † [b] ijs,quas antea crassas & grumosas nominauit,hoc est tenues:nõ nulli uero ꝑ turbatas.Falsum autem est,ꝙ urinæ tenues sint cum dolore capitis . Videntur.n.dolores capitis aliqñ antecedere,aliqñ simul esse cum perturbatis urinis.Quales autem hæ sint,manifeste monstrauit,inquiens,Quales sunt iumentorũ:tales uero fiũt materia crassa,ac densa à calore [c]* agitata.Hæ siquidem maxime & ab extrinseca caliditate uidentur in spiritum solui sicuti bitumẽ,pix atq; resina.Non nullæ igiť urinæ longo tꝑe manent perturbatæ,nõ nullæ uero cito sedimẽ crassum habent,& cito morbum solutũ iri significant. Quæ uero non resident si uires affuerint,longum fore morbum ostendunt:si imbecillitas adsit,ægri mortem prænunciant. Hæc obiter à nobis sunt dicta,qñ non carent utilitate. Quæ uero ad ipsum attinentia aphorismum adhuc dicere oportet,sunt ista: Vrinis perturbatis,capitis dolores necessario,aut adsunt,aut aderunt,ut inquit Hippocrates,qñ spiritus flatuosus unà cum calore prompte fertur ad caput. Non tñ,siquis dolet caput,aut doliturus est,huic omnino tales sunt urinę.Fiunt.n.dolores capitis etiam ex calore solo,non nunquam uero ex flaua bile,quæ uel in cãpite,uel in uentriculo continẽt,& ex humorum abundantia caput opprimẽte,& propter aliquam loci obstructionem,uel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem: quorum nihil talem facit urinam ex necessitate.

A est quidem ἀνατεταραγμένα, i. perturbatæ in impressis cod. & aliquibus etiam manuscriptis cod. in his duobus locis, aliquitamen habent ἀνεστραμμένα, vt uertit Leonicenus.

B† Al. eximpressis Græcis prædictis nimirum tenuibus.

3. de Diffic. respi.3.73.e

C 71 ‖ *Quibus septima iudicatur, ijs nubeculam habet quarto die vrina rubeam, & alia, ex ratione.*

C* κατεργαζ, μένης.

Sicuti in pluribus alijs seipsos imperitos artis Hippocratis ostenderũt plurimi eorũ , qui hũc eius librum exposuerunt:sic & in isto.Putant.n.ádiecta fuisse aphorismo cum dicit.Et alia ex ratione,quæcunq; ad‖somnos attinent,uel uigilias,uel respirationem,uel accubitum,uel surrectionem, uel tale aliquid eorum , quæ in Prognostico scripsit:ut si hæc omnia bene facta uideantur, in septimo futuram speremus iudicationem . Videntur autem ignorare maxima capita ad præcognitionem facientia . Vigilant enim magna ex parte, & grauiter se habent, ac febriunt uehementius ægri,quanto proprius ad iudicationem accedunt.Plures autem eorum prope iudicationem etiam spirant difficulter.Non igitur signum,quod ex urinis apparet,talibus indiget casibus ad firmiorẽ futuræ iudicationis spem,sed multis alijs,quæ frequentius,ꝙ istud,apparent:de quibus nihil uidẽtur cognoscere,qui audent Hippocratis libros exponere prius, ꝙ totam ipsius artem perdiscãt . Nam,cum‖quarta dies sit index,quemadmodum ipse docuit,& qualis sit futura septima,nũciet : omne quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit,futuram septima die iudicationem ostendit,adeo ut non solũ rubra aliqua nubes apparens,antea non uisa,iu
D dicationem significet,sed & alba multo plus ipsa,adhuc autẽ magis & sublimamentũ albũ,ęquale, atque consistens.Si uero uelociter admodum morbus moueatur:& coloris,& substantiæ mutatio sunt sufficientia signa futuræ iudicationis . Tenuis itaq; urina si mediocriter crassa efficiaẽ & si alba pallida fiat:in tali morbo iudicationem significat.Vnius itaq; signi nominatim Hippocrates meminit,nubeculæ uidelicet rubræ.Dignũ aũt existimat,ut,sicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus,quæcunq; futuras iudicationes ostendunt.Sunt autẽ hæc,quæ in diebus ab ipso uocatis indicibus,& contẽplabilibus,fieri consueuere uel in urinis, uel in excrementis alui inferioris,uel sputis: semper enim omnia talia iudicationes significant,non tñ bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus cõtemplabilibus apparentibus,bonæ iudicationes futuræ indicantur. Sensus ergo uerborum aphorismi talis est . Meminit autem nubis rubeæ tanquam signi perrari. Albæ enim frequentissime apparent:& sunt signum coctionis manifestum. Rubeæ uero raro fiunt: Et,nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates,ꝙ in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem,forte nemo talem ipsis adesse uim expectaret:siquidem Hippocrates calorem rubeum salutarem quidem,diutinum tamen esse vult . Nã in Prognostico ita ad uerbũ scribit:‖Si uero urina fuerit subrubea,& sedimen subrubeum,& lene,magis quidem hæc diutina,ꝙ illa,sed admodum salubris.Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens,futurã in

in Progn. cõ.2.t. 11. & 12. & cõ. 1.t.13.usque ad 21. Et t.24. 4. 198.h. & 199.a. & 193. c.d, &c. 194.h

2.Apho.24.15.g

In progn. cõ. 2. t.27.4.200.e

ſeptima iudicationem ſignificabit, in alia autē aliqua indice non ſignificabit, diligentius eſt in- E
quirendum, quod in ipſis operibus eſt obſeruandum. Nā, quantum ad rationes attinet, ſunt ad utranq; partem argumenta, & magis ad alteram, ꝙ non ſignificabit, niſi morbus ualde uehementer moueatur. Nam, ſi quarto die fiat, æquale tempus priori, id, quod ſequetur, aſſumens, non eſt impoſſibile, ut iudicationem oſtendat. In undecimo autem apparens, non mihi admodum uidetur tribus ſolis egere diebus, ſed etiam pluribus. Veriſſimum ſiquidem eſt colorē talem aliquid ſuffragari ſolutionibus. Ego quidem raro ſignum tale in alijs diebus uidi, prēterquam in quarto.

Cui igitur in ſeptimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui autē in quartodecimo, hic in uigeſimo. Apparuit etiam cuidam alteri in undecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt: rurſus cuidam alij in eodem undecimo, qui uigeſimo die fuit iudicatus.

in Coacis præno. Alba uero, & diffuſa pellucida, &c.

72 ‖ *Quibus urinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in phreniticis appareant.*

Vrinæ tales extremā cruditatē ſignificant, quare & morbi perdurant: quædā uero ex ipſis cū anticipauerint uires diſſolui, ſunt pernicioſæ, uelut in phrenitidibus. Nullū etenim uidi phreniticū, in quo talis urina apparuiſſet, ſaluatū. Melius ſiquidē eſt, ut, ſicuti totus morbus eſt bilioſus, ſic & urinæ appareant bilioſæ. Aquoſæ aūt urinæ (tales. n. ſunt albæ, atq; perſpicuæ) magnā cru- F A.l.1.f.2.d.3. c.2.fol.52.b
ditatem oſtendunt, & præterea flauæ bilis totum impetū, ſurſum in caput factū fuiſſe. Quibuſdam enim urinæ perſpicuæ, non tñ albæ, quæ quidē tenuē habent ſubſtantiā, colorē uero bilioſum. Quæ uero perſpicuæ ſunt & albæ ſimul, ſunt penitus aquoſæ. Si igitur ſimpliciter ſcriptū ſit præcipue in phreniticis, horū uerborū intellectus eſt manifeſtus: ſin aūt fini ſermonis adijciatur ſicuti in aljs exemplaribus uidetur adiectum, uerbum, appareant, ſenſus erit talis: Aquoſæ urinę malæ ſunt: præcipue uero tales apparent in phreniticis, qui pernicioſe ſe habent. Neq;. n. in omnibus, quemadmodum non nulli huius libri expoſitores intellexerunt, nihil ſcientes ex ijs, quę in ægrotis apparent. In quibuſdā aūt exemplaribus ita ſcriptus eſt finis aphoriſmi: Præcipue uero in phreniticis tales apparent: & eſt idem intellectus, qui ſecundæ ſcripturæ antea à nobis dictæ.

in ijſdē Coacis: In dolore præcordiorum ſubmurmurāti, &c.

73 ‖ *Quibus hypochondria ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſuperueniente, ijs alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat: hæc uero in febribus.*

Hypochondria ſuſpenſa, hoc eſt ad maiorem tumorem ex multis cauſis deducta unā habēt, ſpiritum flatuoſum, de qua nunc differit, dupliciter factam: nō nunquam ex aliquo affectu difficilem habente ſolutionem partium ad aluum attinentium: nō nunquam ex aliqua recenti occa- G
ſione. Diſtinguit autem nunc Hippocrates iſta. Nam prior diſpoſitio cum murmure non fit. Extenta enim, atq; inflata inſtar utris redduntur in ea hypochondria: altera cum murmure (quod βορβορυγμὸς græce dicitur, fit. Sic autem nominatur ſpiritus ſonus, cum neq; magnus, neq; multus extiterit, & cū quadam modica humiditate ad inferiora mouetur. Accidit igitur tali murmure deſcendente, ad lumborum loca, unà cū ipſo tumorem ex hypochondrijs deportari: unde partibus, quæ hic ſunt, ex ipſo diſtentis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad diſtributionem concitato, ſolus ſpiritus flatuoſus emittitur, non nunquam uero unà cū humore.

Iam uero etiam humor diſtributus magna ex parte per urinas excernit. Recte uero inquit in dictis ſignis aluum dirumpi, niſi anticipet ſeorſum quidē humor diſtribui, ſeorſum uero ſpiritus in inteſtinis retentus per ſedem excerni. Contingit uero quandoq; utrunque ad diſtributionem concitatum, & ſpiritum & humorē cito ad ueſicam permeare. Quod uero in fine aphoriſmi ſcribitur. Hæc uero in febribus, tale aliquid mihi uidetur oſtendere. A febribus moleſtari dicebant antiqui illos, qui abſq; inflammatione, uel abſceſſu, uel dolore, uel eryſipelate, uel (ut ſimpliciter dixerim) abſq; aliquo membro præcipue affecto, ægrotabant. Quòd ſi uel propter lateris inflam
mationē, uel pulmonis, uel talis partis alterius febricitarent, nō febricitantes ipſos nominabant, H
neq; à febribus moleſtari dicebāt: ſed pleuriticos, aut peripneumonicos, & alijs ſimilibus nominibus, ueluti hepaticos, & lienoſos appellabant. Nunc itaq; mihi uidetur Hippocrates duorum alterum uelle inſinuare, uel ꝙ hæc, quæ dixit, febribus accidunt, in quibus nullum membrū affectum eſt: uel ꝙ & illis accidunt morbis, non tamen ipſis aluus dirupta ſit, uel flatus aut urinæ prodierint. Neque enim aliquo naturali motu membris ſpiritum flatuoſum expellentibus, murmur in illis contingit fieri, ſed ueluti caſum tantummodo.

74 *Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat abſceſſu urina multa, craſſa, & alba facta, qualis in laſſitudinarijs febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit.*

Dictum eſt à me ēt prius, quod abſceſſus fiunt ad articulos ijs, qui in his laborem paſſi ſunt, & quibus quouis modo in morbo articuli laſſati ſunt, & præterea in quibuſcunq; craſſorum humorum multitudo longo tempore perduraſſerit. Si itaque natura ualuerit per urinam expurgare corpus, æger ab abſceſſu liberatur, humorem ad articulos decubiturum, per ueſicam euacuans. Satis autē habuit laſſitudinariarum febrium ueluti in quodam exemplo meminiſſe, quæ

initium

A initium ad urinam motionis in die indice accipiunt. His enim laſſitudinarijs hoc ineſt, q̃ cito ab ſceſſus faciant, non expectantibus, ut aliæ, tempus prolixius. His uero ipſis & iuxta aurẽ fieri ab ſceſſus cõſueuere, ſicuti alijs prolixioribus multitudo ad interiora magis decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam ſubleuauit: uel ſanguinis profluuium per nares patiunt̃, aut parotidas habent. Quod aũt ſolutio hæc uelocior ſit, q̃ altera, quæ per urinas fit, non oportet dicere: quare & ipſi adiecit Hippocrates, breui admodum ſolutio fit, altera, quæ fit per urinas, euacuatione plures exigẽte dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo poſitum eſt: te uero oportet transferre ad omnes dies alios, quicunque ſunt contemplabiles & iudicatorij.

3. de Sympto. cauſis 3. 28. f. Gale. videtur indicare hũc aphoriſmum cum reliquis uſque ad. 83. 4. Apho. 76. d A. li. 1. f. 2. d. 3 c. 6. fol. 54. e

75 ‖ *Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.*

Siue in renibus, ſiue in ueſica ulcus factum fuerit, ſi quidem in uaſe aliquo effatu digno cõſtiterit, & præcipue cum aliqua exeſione, ſanguinis excretio cõſequitur, ſine hoc aũt, puris tantũmodo. Contingit aũt, ut facto ulcere in aliquo urinæ meatuum, & pus, & ſanguis mingatur. Hi uero renes, ac ueſicam interiacent, & oportet hos illis ſubaudire. Exulcerantur autẽ magna ex parte ijs, qui in renibus lapidem habẽt, meatus urinarij, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum aſpero in ipſis interſepto excoriantur. Nam ex ulceribus, quæ in pene fiunt, ẽt ſine urina & pus, & ſanguis egreditur. Exit autẽ ſimul cum urinis aliquando pus dirupto abſceſſu in aliquo ſuperiori loco. Quare (arbitror) plures expoſitores alterã ſcripturam magis probarunt, in qua coniunctio, &, ſcribitur, in hunc modum: Si ſanguinem, & pus minxerit, renum aut ueſicæ ulcerationem ſignificat: quaſi altero ſolo ſcilicet pure per loca urinæ eunte, fieri poſſit, ut ſit ſignum non modo renũ, uel ueſicæ exulceratæ, ſed etiam alicuius partium ſuperiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & uerbum, mingat, quod aliud oſtendit, q̃ minxerit, in ſeipſo continet diſtinctionem. Neque enim idem eſt uel ita dicere, Si ſanguinem & pus mingat: uel illo modo, Si ſanguinem & pus minxerit: In uno enim uel duobus uel tribus diebus potuit minxiſſe pus dirupto abſceſſu ad urinæ inſtrumenta: Multis autem diebus, ac menſibus ubi hoc factum fuerit, renum, aut ueſicæ exulceratio ſignificatur. Vtrum autem ipſorum magis ſit, & dolor diſtinguit, qui in differentibus accidit locis: & ea, quæ cum urinis excernuntur: de quibus deinceps loquetur. Iam uero & de urinarijs meatibus eadem eſt ratio.

1. de Locis af. 4. 2. d. & 6. 37. d

76 ‖ *Quib⁹ ī urina craſſa exiſtẽte, caruncũlæ paruæ, aut veluti capilli unà exeũt, ijs à renib⁹ excernitur.*

Idem in lib. de Natura huma. com. 2. t. 20. 7. 180. g

C Paruæ quidem caruncũlæ, renũ ſubſtantiæ indicia ſunt, qui uero uti capilli, nullo modo renũ: neque enim fieri poteſt, ut ad talem ſubſtantiæ formam ren diſſoluatur: nã, qui hoc aiunt, renũ ignorant naturam. At neq;, cum ueſica reſoluitur, & eroditur, ut quibuſdã uiſum eſt, tales urinę exeunt. Sunt enim huius particulæ, foliorum ſimiles magis, ſicuti & Hippocrates paulo poſt eas *ſquamas appellat. Sed rei ueritas ita ſe habet: quod nobis forte quædã ſæpius uidere contingit. †Sed alij quidam medici, quamuis operibus artis multum exercitati, raro ſe aiunt uidiſſe urinas tales. Vocant autem recentiores medici hanc paſſionem τριχίασιν, i. capillitium, quoniã capillis, & albis quidem magis ſimilia uideantur, quæ ab urina efferuntur. Nuper quidã talia corpora tã longa mingebat, ut incredibilis longitudo uideretur: nam quidam ex ipſis ad dimidium cubitũ extendebantur. Hic autem toto ferè anno, qui anteceſſerat, orobum, & fabã comederat, ſæpiſſimeq; caſeum & tenerum, & ſiccum: omnesq; alij, quibus talia mingere contingit, cibis craſſioribus ueſcebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo uſto, capillis ſimiles ſubſtantiæ generantur. Saneq; modus ipſe curandi, rationi, quæ de cauſa habetur, atteſtatur. Nã ab extenuantibus, atque incidentibus medicinis, adhibito etiam alio uictu humectante tales ægri curantur. Si uero tanta eſſet exulceratio renum, aut ueſicæ, aut eorum ſubſtantia diſſolueretur, nõ modo D nihil ex talibus medicinis iuuarentur, ſed etiam ſupra modũ irritarentur. In his itaq;, ſicuti & in alijs, Hippocrates dignus eſt admiratione, cum ipſe eorum inuentor extiterit, quæ ne pluribus quidem medicis ad hunc uſq; idem ex ſignis fuere cõperta. Ipſa quoq; ſermonis diligentia magnam habet admirationem, cum dicat, talia ex renibus excerni. Neq; enim, ſicuti in priore aphoriſmo‖ renum cauſatur exulcerationem, ita & nunc dixit. Verũ ſimpliciter ex renibus inquit excerni, quemadmodum ſi quo mingente lapidem, ex renibus ipſum excerni dicamus, non q̃ ſit pars ſubſtantiæ eorum, ſed quoniam in ipſis ſuam habuit conſiſtentiam. Paruæ igitur caruncũlæ ſubſtantiæ renum ulceratorum re uera partes èxiſtunt. Qui uero ueluti capilli ſunt, in renibus quidem conſiſtentiam accipiunt, ueluti & lapides: non ſunt autem partes eorum ſubſtantię. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphoriſmus ſine particula, aut, legitur, Caruncũlæ paruæ ueluti capilli. Nullo enim modo caruncũlæ paruæ aſſimilantur capillis. Verum oportet inter uerbum, paruæ, & dictionem, ueluti, mediam interponere coniunctionem, aut: tanquam Hippocrates non de una re, ſed de duabus faciat ſuo ſermone mentionẽ: quarum una eſt, Caruncũlæ paruæ: altera uero, Veluti capilli. In ijs igitur, q̃ ſunt ueluti capilli, ſemper urina eſt craſſa: cum pituitoſa ſubſtantia, quam uenæ aggregarunt, per renes expurgetur: in caruncũlis autem non eſt neceſſarium. Nunquam tamen talem uidi renum diſpoſitionem: ſed, quæ ſunt ueluti ca-

Infra, apho. 81. † *Ex Græcis quibuſdam & manuſcriptis, & impreſſis. Sed & alij quidam medici in operibus artis multũ exercitati ſæpe ſe aiunt &c. & ita Laurentianus cod. tamẽ quidam non πολλάκις, i. ſæpe, ſed ὀλιγάκις, i. raro habet, ut Leonicen⁹ uertit, ẽt uetus interpres impreſſus.*

Supra aphor. 75.

A. l. 1. f. 2. d. 3. c. 6. fol. 54. f

runculę,sæpius à me uisæ sunt,in illis febribus,in quibus,& q̃ sunt similia orobis,sedimina con- E
spiciuntur,sanguine crasso in renibus,aut in hepate exusto:non tñ ueras carunculas unquam ui
di cum urina exeuntes. Puto igitur posse contingere,ꝙ crassa urina ab ipso dicatur,quæ mediocris est & scd̃m naturam. Hæc enim tenui quodam modo opponitur. Neq; nos latet,ꝙ proprie quidem secundum excessus oppositiones ita nominantur:per abusionem autẽ,& medio & mediocri,extremorum nomina tribuuntur: cũ & ad maxime crassum,tenue:& ad maxime tenue, crassum nominetur.Quod si ita accipiamus,sermo talis erit: Quibus in urina,quę tenuis nõ est, ea,quæ diximus, exeunt: renum est passio: si uero urina sit tenuis, totum uenosum patitur genus.Eundem intellectum mihi uidetur etiam in sequenti ostendere aphorismo.

Idem in lib. de Natura humana. com. 2.t. 21: 7.clxxx.h

77 ‖ *Quibus in urina crassa furfurea quædam simul exeunt,ijs uesica scabie laborat.*

Quando urinas tenuis fuerit:haud scd̃m naturam uenæ se habent. Cum uero non tenuis extiterit,sed mediocrem habuerit substãtiam (in quo significato crassa accipere oportet hoc loco) ea,quæ simul cum tali urina excernuntur,circa renes,aut uesicam passionẽ ostendunt.Cũ enim ex uenis quidem urina ueniat,in renibus ꝫ autẽ percoletur,in uesica uero aggregetur, quicquid in ea præter naturam, apparuerit,aut uenas,aut renes,aut uesicã male se habere indicabit,sicuti F
& nunc furfurea uesicam scabie laborare,qñ uenæ nullum affectum habent. Ferũtur enim & ex ipsis aliquando furfurea,cum earum tunica patitur,quemadmodum & uesicæ:uel cum sanguis, qui in ipsis continetur,à febre ardente peruritur. Aptior autẽ ad hoc est,quicunq; humor in eis crassior existit, & magis,qui ueluti fæx sanguinis est,quem solemus humorẽ melancholicum nominare.Sicuti.n.cutis superficies(quã epidermida,idest superiorẽ pelliculam, nominant)in scabie, lepra,atq; lichenibus tenue quiddam remittit,quale est,quod serpentum senectus nominamus,sic,ubi in partibus interioribus ea,quæ est ueluti cutis,tale aliquid patiẽ: & casus erit passioni similis. Hac ratione igitur & uenæ ipsæ, atque uesica scabie laborantes,furfureos cortices unà cum urinis emittent.Distinctio autem fiet ex tenuitate,ac crassitudine urinæ,ut antea diximus.Tenuis enim urina uenas: non tenuis autem uesicam pati indicabit.

A.li.1.f.2.d.3 c.3.fo.52.g

78 *Quicunque sponte sanguinem mingunt, ijs a renibus venulam ruptam significatur.*

Quod dicitur,sponte,(græce ἀπό ταυτομάτου)potest idẽ,quod sine causa exteriori,ostendere: potest & quod ueluti repẽte,nullo casu præcedente, quales apparẽt uesica ulcerata.In ipsa enim uenam rumpi,ex influentis sanguinis abundantia,quemadmodum in renibus accidere solet,est G A.l.1.f.2.d.3.
impossibile.Neq; enim per eius uenas sanguis percolatur,sed solum tm̃ quantũ ipsi sufficiens est c.6.fol.54.g
† *et imbecillæ.* pro alimento,contribuitur.Præterea neq; uenæ q̃ in uesica,nudę,† aut instabiles natura sunt:sicuti,quæ renũ uentres subintrant,quarũ ora aperiuntur,& quæ aliquando dirumpuntur,p p humorum multitudinẽ,ac crassitudinẽ,qui in ipsis continentur. Diruptio itaq; puri sanguinis facit euacuationem. Ora aũt aperta non uniuersim sanguinem effundunt, præsertim cum parua est apertio,sed paulatim, atq; tenuiorẽ percolant:unde totã urinã subsanguineã efficiunt. Fit autẽ ut dixit & uenis uesicæ exesione laborantibus,sanguinis euacuatio,quã antecedũt ulceris signa in uesica existentis,hoc est & loci dolor,& pus,& sæpe ipsius corporis uesicæ quędam ueluti fistula.Hac ratione igitur melius & uerbũ,sponte,pro repente,accipere, & non pro sine causa manifesta:siquidem sanguis ex renibus sæpius & sine causa excernitur manifesta, uase ex multitudine rupto,sed aliquando ob saltum uehementiorem,uel ex alto casum,uel ictum.

79 *Quibus in urinis arenosa subsistunt, ijs uesica laborat calculo.*

Non oĩno uesica laborat, sed contingit & renes: quare manifeste errat aphorismus,siue quia Hippocrates ipse dimidiam partem sermonis neglexerit,siue quia primus librarius omiserit.Si- H
ue enim in renibus,siue in uesica calculi generantur,unà cum urinis exeunt arenosa.

80 ‖ *Si sanguinem mingant,aut grumos,uel stillicidium urinæ habeant,& dolor in imum incidat ventrem,& pectinem,& semen: circa uesicam labor est.* 7. Aphor. 39. 57.a

Duobus modis finis scribitur aphorismi:in quibusdam exemplaribus,labor est:in quibusdã, morbus est:& ferè in hoc nihil inuicem scripturæ differunt.Cõmuniter aũt ambæ errant,siquis intelligat circa uesicam ab Hippocrate dici quasi ipsam uesicã laborare dixisset.Nã ijs,quos morat casus,communes sunt omnibus,quæ urinæ seruiunt,instrumentis,uesicæ,renibus,urinarijs meatibus.Melius est itaq; hoc modo,quæ circa uesicam,acipere,non tanq̃ sola uesica significetur,sed & partes,q̃ illi annectunt.Adhuc aũt magis,ut ita accipiamus, hortabit̃ sequens aphorismus,in quo,non quæ circa uesicam,ægrotare dicit,sed ipsius uesicæ esse exulcerationẽ: cum non idem sit,pati aliquid ipsam uesicam simpliciter solam,enunciare,uel quæ circa uesicam.

81 ‖ *Si sanguinẽ,aut pus minxerit,aut squamulas,& grauis odor adsit: uesicæ exulcerationem significat.* 1. de Locis affect.4.2.d

Sanguis quidẽ & pus mingendo prodeũtia, oĩum instrumẽtorũ ulceratorũ,quæ urinæ obser

uiunt,

A uiunt,ſigna ſunt cõmunia,odor autem grauis,hoc eſt moleſtus, & adhuc magis ſquamulę, ſunt propria ueſicę.In pluribus igitur exemplaribus,Si ſanguinem & pus minxerit, ſcriptum inuenitur:In quibuſdam uero, Si ſanguinem uel pus minxerit. Oſtendet autem hæc ſcriptura ſecunda cõiunctionem,aut,eſſe diſiũctiuam,quaſi utrumlibet horum, quæ dicta ſunt, ubi adſit,ſignificet ulcerationem:altera uero uult ambo aſſidere,ſimul inuicem, uel alternatim.

7. Aphor. 57. 59.b 82 ‖*Quibus in urinaria fiſtula naſcuntur, ijs ſuppuratione facta,& eruptione,ſolutio.*

Ob ſermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphoriſmo ſuſpicabitur quiſpiam. Promptum enim eſt unicuique intelligere,in meatu urinario,qui in pene eſt,(hunc enim meatũ, fiſtulam urinariam græce οὐρήθραν nominant,) ſi conſiſtant tubercula,& mox rumpantur,fieri ſolutionem.Verum, ſi diligentius animaduertimus , maius aliquid ex eo oſtenditur. Contingit.n. urinam aliquando retineri ob tale tuberculum : ex cuius diruptione ſanitas retentionis urinæ proculdubio ſequetur. Verum ex dictis quædam dubitatio ſuboritur, utrum ſolum uelit hæc q̃ hoc in loco ſunt nata tubercula,rumpi: uel ſæpius quidem hoc accidere, fieri tamen poſſe, ut ẽt diſſoluantur: uel exemplum ſolutionum unum hoc aliquod ſcripſit , diruptionem : quod & ue-
B rius exiſtit.

83 *Mictio noctu plurima facta,paruam ſignificat deiectionem.*

Quod quidem neceſſarium ſit uentris humore diſtributo,minorem fieri alui deiectionẽ, unicuiq; manifeſtum.ſed cum hoc & illud apparet,♃ eo unà cum cibis exeunte,aluus quidẽ humidior fit,atq; ideo plura deiiciet,urina uero paucior excernetur. Docebit autẽ nos hęc ipſa ratio & alui fluentis,& ſiccæ remedia. In quibus enim ſupra modum humida aluus deprehenditur,iis potum minorem exhibebimus , ac & præterea illi uiam ad ueſicam parabimus. In quibus uero ſiccius,& plus dabimus potus,& diſtributionem, quantum fieri poterit, prohibebimus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARIVS QVINTVS.

1 C ‖*Conuulſio ex elleboro,lethalis eſt.*

in Epiſtola ipſi⁹ Hipp. ad Democritũ,& in Coacis prænotionibus. Ex ueratro conuulſio pernicioſa.

Ijs,qui elleborum acceperunt,album ſcilicet, (hunc enim ſimpliciter elleborũ nominare conſueuerunt,non,ſicuti nigrum,cum adiectione) ijs, inq̃, ſi ex purgatione conuulſio aduenerit,†caſum ait eſſe lethalẽ:fit.n.nõ ab initio purgationis,qñ periculũ eſt,ne homo ſtranguletur: ſed qñ uomentes ue hementius*lacerantur,♃ ipſam quidem maxime,quæ fit,in uomitibus, cõtentionem laborantibus neruis, ob illam, quã habẽt cum ore uentriculi, in patiendo ſocietatẽ:Ob quod & aliàs uidimus,ubi fortius mordetur,fieri cõuulſiones,ſicuti adoleſcenti,qui æruginem euomuerat.Præſtat enim æruginem,non ęruginoſum uomitum,illum nominare.Erat enim talis,qualis,quæ uera ærugo nominatur,floridiſſimus: uerum inter uomendũ totum corpus cõuulſum eſt:& ærugine euacuata,febris ſtatim, & conuulſio ceſſauit. tale autem erat,quod euomuerat,ſicuti ſiquis optimã æruginẽ aqua perfunderet, adeo ut ex amborũ unione talis ſubſtantia exultaret,quæ defruti craſſitudinem repræſentaret. Non impoſſibile eſt igitur (ut dixi),& per compatiendi ad os uẽtriculi ſocietatem fieri conuulſionem ex elleboro albo : & hæc foret conuulſio moderatiſſima.Contingit aũt,& propter ipſam euacuationem,ijs qui ſupra
D modum purgantur conuulſionem aduenire:ſicuti,& choleram patiẽtibus,cõtractiones frequẽter aduenĭunt,maximeq́; eorum,qui ſunt in ſuris,muſculorũ.Sed neq; illud eſt impoſſibile, propter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad ſe attrahentis,atq; ideo tũc eos male afficiẽtis fieri conuulſionẽ.Sed & ellebori aliquando ui ad ſui diſtributionem impulſa uehemẽtius,cõtingit neruorum ſubſtantiam uiolentius exiccari.Ipſe enim nos docuit Hippocrates, ♃‖ fit conuulſio ex repletione & inanitione,corporum uidelicet neruoſorum, à quibus ſecundum electionem motus perficiuntur.Sunt autem hæc,nerui,ligamenta, muſculi, & tendones. Sicut enim in exterioribus uidemus lora & cordas extendi,ubi uehementius exiccẽtur,aut multa madeant,† humiditate:ſic & in corporibus animalium par eſt fieri non raro conuulſionem.Liquet igitur, ♃ ex repletione conuulſio,ſanabilis eſt per euacuationem.Ea uero,quæ fit ex inanitione,& neruorum ſiccitate,non facile admittit curationem.Fit autem (ut dixi)& propter compatiendi ſocietatem conuulſio : quam non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hippocrate prætermiſſam . Eam enim quæ primum fit,conuulſionem oſtendit,cum ait,conuulſionem ex repletione, atque inanitione generari.Et quidem nouimus etiam morſus ratione fieri in ore uẽtriculi ſingultum, adeo ut q̃ſpiam & neruos itidem pati exiſtimauerit . Et uidebitur iſta conuulſio ijs , qui ab elleboro purgantur,nõ dicta ab Hippocrate,aliquando fieri:niſi per Iouem illã dixerit quiſpiam fieri ex ina-

*παραχθῶσι.

6.Apho.39.50.f

nitione,

nitione,cum humores mordaces uim habeant exiccandi.Hi itaq; modi sunt eorũ,qui ex ellebo- E
ro conuelluntur.Sanat autem ex ipsis, & qui propter morsum, & qui propter contentionem ex uomitibus fit:qui autem ex siccitate accidit,insanabilis est. Non absque ratione igitur totũ hoc genus Hippocrates ait esse lethale, quoniam non nullę eius spęcies cum difficultate sanantur: una autem insanabilis est.

in Coacis præ-not. iisdem uerbis.

2 ‖*Conuulsio ex uulnere, lethalis est.*

Sicuti in eo,qui hunc antecedit, aphorismo mortalem dixit esse cõuulsionem,(quod idẽ est, ac si diceret periculosam,atq; ad mortem spępius terminantem) sic & nunc eam,q̃ fit ex uulnere, conuulsionem lethalem dixit esse,non tãquam ex necessitate,ac semper mortẽ afferentẽ, sed tã quam admodũ crebro.Sic & in multis ex prioribus aphorismis,lethalis nomine uisus est uti.Ex uulneribus igitur fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa inflammationis,ubi partes neruosas attigerit.Et primum quidem uidentur conuelli, quæ è directo sunt partium inflammationes laborantium: deinde postquam & principium attigerit, passio ad totum extenditur corpus.

in iisdẽ Coacis, ubi ait in sanguinis fluxione multa.

3 ‖*Vbi sanguis multus fluxerit,singultus,aut conuulsio superueniens, malum.* F

Non aliud quidem ostendi est existimandum ex priori nomine lethale, aliud autem nũc,cum malum dicit. Consueuit siquidem Hippocrates casus illos ita nominare,quos lethum spępe subsequitur.Si cui uero per magis,& minus differre hæc nomina uideantur:maius periculum per uocem lethale,quàm pet malum,ostendentur.Quę igitur fit ex multa sanguinis profusione conuulsio,ex altero genere causarum ipsam efficientium consistit, ut antea dictum est.

in Epistola ipsi⁹ Hippoc. ad Democritum, & in Coacis præno.Similiter etiam in nimiis purgationibus ex medicamentis.

4 ‖*Ex superflua purgatione conuulsio,aut singultus superueniens,malum.*

Quod aliquando ijs,qui elleborum sumpserunt,diximus fieri, hoc nunc ostẽdit in omnibus, qui quouis modo purgantur.Conuelluntur,enim, qui ultra modum purgantur, easdem ob causas,quas diximus in ijs,qui elleborum assumpserunt:& ijs, qui hac ratione laborant, non paruũ periculum imminet:siquidem multo peior est ea,quæ fit ex inanitione conuulsio, altera, quæ fit ex repletione,Quòd autem,‖ & singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocratẽ,nos utique nouimus.

6.Apho.39.50 f

5 ‖*Si ebrius quispiam repente obmutuerit:conuulsus moritur,nisi febre corripiatur,aut ubi ad horam peruenerit,qua soluuntur crapulæ,uocem recuperet.* G

in 1.Pror. cõ. 2.t.50.4 175. g.& com.3.t. 29. 183.h

Repletis neruis talis conuulsio superuenit.Solet autem facile eos replere uinum, ut quod cali dam habeat temperaturam: talis siquidem natura prompte omnia subintrat, præsertim cum nõ admodum crassam substantiam habuerit.Substãtię igitur copia uinum neruis affert cõuulsionẽ. Rursus aũt qualitate sanat eam,quã fecit dispositionẽ,neruos calefaciendo atq; exiccando. &,si hoc aliqñ facere nequeat,mortem subsequi est necessarium. Qua autem ui diximus uinũ sanare conuulliones,eadem uidelicet,& febris sanat. Hic uero maxime obseruanda est Hippocratis cõ suetudo,qui ἀφώνους.i.mutos noĩat illos,qui quouis modo caro laborãt.Verũ propriæ caros nominatur totius corporis insensibilitas,atq; immobilitas repentina. Hanc itaque dispõnẽ consue uit Hippocrates ex uno casuũ nominare: & fit proculdubio neruorũ principio patiente. Neque .n.aliter põt omnino conuelli corpus, antequam id principiũ patiatur, uel principaliter, uel per compassionẽ,altero prius patiẽte mẽbro. Liquet autem oẽm noxam ex uino factã à Gręcis omnibus cræpalen nominari. Sicq; non nulli uocabulo fecere etymologiam à κὰρηνον πάλλεσθαι,qã signific at caput cõcuti.Horam aũt,qua crapulæ soluuntur,tempus nominauit. Est autẽ hoc tem pus nos præcisum,neq; circumscriptum omnibus una mensura. Quidã enim postridie a crapula H sunt liberati,quidam uero sequenti nocte,quidam uero tertio die prorsus: & fit hoc pro multitudine,ac ui epoti uini,& eius,qui potauit,natura. Sicuti igitur neque cibus unum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum,sic neque uinum. Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia compertam,aut postremum terminum obseruare:in quo si neque febricitare, neque loqui anticipauerit,conuulsus morietur.

in lib.de Iudicationibus. Quicũque a distentione, &c.

6 ‖*Quicunq; à distentione corripiuntur,in quatuor diebus pereunt:si uero has effugerint,sani fiunt.*

Distentio græce tetanos morbus peracutus est,ut quæ composita sit ex illa, quam Græci emprosthotonon,id est ad interiora distentionem : & opisthotonõ,id est ad posteriora distentionẽ nominant.Atque ita merito citius in ipsa fit iudicatio,non tolerãte natura lõgiori tempore,quẽ fert distentio,laborem.In primo igitur cicuitu dierum iudicatoriorum passio iudicatur.

7 *Quibuscunque morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt : quibuscunque autẽ uigesimoquinto, commoriuntur.*

Proprie quidem passionis mutationes nominant,quando ex una parte transeunt ad aliã : per abusionem

A abuſionẽ aũt.& oẽs ſolutiones ita nominantur.& mihi uidetur Hippocrates ſecũdi ſignificatus uſus eſſe apellatione.Non modo enim ad alias partes translatis ijs, qui morbum comitialem faciunt,humoribus,ſoluitur paſſio,ſed etiã omnino curatis.Sũt enim hi craſſi,frigidi,& pituitoſi. Ceſſant autem,& ob ætatem ad ſicciorem naturam trãſmutatam, & ob exercitationẽ, & uictũ exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicinis, Verum Hippocrates nunc ſolũ eius meminit mutationis,quæ ex ętate fit:à qua docti, & formã uictus una cũ medicinis inueniemus . Quod igit in altera parte aphoriſmorũ dicit,‖Qui morbo comitiali laborant, ſi iuuenes fuerint, mutationibus maxime ætatis,& regionũ, & uictus liberant:hoc nũc in ipſis paſſionibus declarauit, morbos comitiales,qui ante pubertatem fiũt, ceſſare dicens ex ætatis cõmutatione:q uero ultra uigeſimumquintum annum proceſſere,commori inquiens.Vnde liquet,ꝙ pubertatis tẽpus uſq; ad uigeſimumquintũ annum extendi arbitrat,ſumẽs initium poſt ſecundã ſeptimanã . Liquet aũt,qđ neq; omnibus ſanabitur paſſio ex pubere ætate,niſi & alia recte geſſerint:neq;, quibus in hac accidit,omnino permanet, ſi bonam uictus rationem adhibeant. Verũ,ꝙ nõ habeãt ex ætate ſanationem,ſed quantũ ad eã attinet,paſſio conſeneſcat,liquido oſtendit.Nõ tamẽ ad huc manifeſte dictũ eſt,quamuis uideat manifeſtũ ijs,q negligentius accipiunt uerba illa, Qui
B bus uero uigeſimoquinto anno,cõmoriũtur.Neq;.n.ijs ſolis paſſio cõmoritur,quibus uigeſimũ quintum annũ agentibus aduenit:ſed multo magis ẽt ijs,qui ultra hãc ætatẽ progreſſi ſunt. Ad dentes igitur ſermoni Hippocratis illud, qđ deeſt,uerũ ex omni parte ipſum faciemus : Morbi comitiales,q quidẽ ante pubertatẽ fiũt,in eius ætatis tẽpore ſoluũtur:qui ultra pubertatẽ procedũt, cõmoriuntur . Tẽpus autem pubertatis eſt poſt quartumdecimũ annũ uſq; ad uigeſimũ quintũ.Eſt autẽ, & alia ſcriptura talis : Quibuſcunq; uigintiquinque annorum fiunt, ταπολλα, i. multũ commoriuntur.ſignificante uerbo,multum,idem, quod ὡσεπὶ τὸ πολύ, i. magna ex parte.

2. Apho.45.18.f

8 *Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur , ij ad ſuppurationem uertuntur.*

Eam,quæ fit per ſputa,euacuationem humorum faciẽtium morbum lateralẽ,ſolet Hippocrates purgationẽ,ac repurgationẽ nominare:ſicuti, & iſtos [a] ‖expuere, purgari, tã in libro de uictu acutorũ, q̃ in prognoſtico,nominauit.Verũ nũc,& tẽpus præfinit purgationis, in quo ſi nõ
C fiat,ad ſuppurationem ait morbum uerti lateralẽ:aut omnem,quæ fit ad pus,tranſmuationẽ ita nominans,(ſicut in Prognoſtico [b] ‖ſæpius)aut eam,quæ fit inter thoracẽ,& pulmonẽ,puris effuſionem . fit enim utrunq; horũ, quando morbo laterali laborantes non expurgantur per ſputa. Verum ſecundum quod diximus,ipſe in ſequentibus eruptionem ſuppurationis nominauit.

A de Vict. rat. in morb.acu.cõ. 1.t.27.7.113.b in Progn.com.2 t.43 4.202.a
B In eodẽ,t.57, 58.59.61.203.h 204.abce.

9 [c] ‖*Tabes fiunt maxime ætatibus à decimooctauo uſque ad trigeſimumquintum .*

In ſuperioribus aphoriſmis,qñ morbos ſcđm ætates enarrabat,[d] ‖Iuuenibus,dicebat,ſanguinis ſputa,tabes.Nunc uero etiã numerum appoſuit annorum,nõ propterea eadẽ rurſus ſcribẽs quæ antea,ſed propter paſſionum thoracis,atq; pulmonis communionem. Propter quid igit iuuenes his morbis præcipue corripiantur,antea diximus: de annis autẽ ætatum nũc determinãdum, quoniam & Hippocrates dixit tabem maxime fieri ætatibus à decimooctauo uſq; ad trigeſimumquintũ.Quod.n. ætatibus numero plurali dicitur,quandã habet ſignificationem,ꝙ nõ eandem Hippocrates ætatẽ exiſtimat eſſe mediã inter annos enumeratos. Neque ſanè unã eſt, ſi diligentius cõſideremus:uerum ea, quæ eſt à decimooctauo uſq; ad uigeſimumquintum annum,adoleſcentium eſt:quæ autem ab hinc uſque ad trigeſimumquintum,iuuenum.

C in Coacis prę notionibus: Ætates periculoſiſſimæ ſunt, &c.
D 3.Apho.29. 26.b

10 [e] ‖*Quicunque ab angina liberantur,ijs ad pulmonem uertitur,& in ſeptem diebus pereunt . ſi uero has effugerint , ſuppurantur.*

De tranſmutatione nunc ipſi eſt ſermo,quæ fit ex angina ad pulmonem:quam ait plerunque ante ſeptimum diem occidere,ægro uidelicet ſtrangulato:ſi uero id tempus poſſit euadere,fluxione in pus conuerſa,ſuppurari.[f] †

E 2.de Morbis vbi de Angina, Si uero faucibus ac tumoribus & cętera.& in Coacis præno Quib. uero âginæ. &c.
F † Antiqua translatio hæc addit. Cognoſcitur autẽ ad pulmones migraſſe ratione pulſus : nã durus,& inordinatus,& inæqualis ad pricipale mẽbrum trãslatam ſignificat materiam:mollis aũt, & æqualis, & ordinatus cum bona reſpiratione, & æquali,certã dimiſſionem ſignificat.

11 [g] ‖*Qui tabe moleſtantur,ſi ſputum,quod extuſsiunt,graue olet iniectum carbonibus,& capilli à capite defluunt, lethale.*

Eas,quę ſunt in pulmone,ulceroſas diſpoſitiones,nunc tabes nominat,in quibus iubet odorẽ diligentius perpendi,id quod expuitur,carbonibus iniiciẽdo.Sicut autem prius in ulceribus ueſicę,odorem dixit grauem ſentiri,ita & nunc tabidorum ſputum grauiter olere. Si uero & ex capite capilli defluant ita affectis,lethalem eſſe notam:quoniam & maximus alimenti defectus oſtenditur, atque aliquando humorum corruptio.

G 2.de Morbis: Huic ſi iam pili &c. & in Coacis præno. Quibus tabidis ſputum.

12 [h] ‖*Quibuſcũq; tabe laborantib⁹, capilli à capite defluunt:ijs alui profluuio ſuperueniẽte,moriũtur.*

H in illdẽ Coacis, Quibus tabidis capillis.

De iis,qui ex tabe iam morbi uicini ſunt,nunc ſermo habetur:quos ẽt male ſe habere oſtenderat

derat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio ſuperueniente mortem appropinquare opi E
nandum:cum hic caſus,& mala cauſa,& malum ſignum exiſtat.Fit enim ex uirium imbecillita
te,quæ præterea ex ipſo caſu fiunt imbecilliores.

13 *Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt,ijs è pulmone eductio fit.*

Et pleraque exemplaria,& quã plurimi huius libri expoſitores norunt aphoriſmũ in hęc uer
ba ſcriptum:Quicunque ſanguinem ſpumoſum euomũt:ijs è pulmone eductio fit.Et quidã ip-
ſum exponentes,aiunt, uerbum id multitudinẽ ſignificare,ac propterea à proprio eſſe trãslatũ,
aperte mentientes cõtra id,qđ apparet. Sæpe.n.uiſus eſt ſanguis ſpumoſus abſque multitudine
euomi.Si igit ita Hippocrates reuera ſcripſit,ipſum abuſum fuiſſe uocabulo dicemus. Neq;.n.
ſanguis multus,ex pulmone eductionẽ ſignificat:paucus uero,ex alio loco.Si uero,expuũt,aut
extuſſiũt,ſcriptũ ſit:tunc proprio uſum fuiſſe uocabulo,& oſtendere ſanguinem talẽ carnoſam
pulmonis ſubſtantiã(quæ eſt ipſius proprium corpus)affectam ulceribus eſſe: adeo ut uere qui
dẽ dicatur ſolius pulmonis ulcera ex ſpumoſo ſanguine indicari: nõ uere aũt,ulcerato pulmo-
ne,ex neceſſitate ſpumoſum expui.Sæpius.n. uidimus quibuſdam ex alto cadentibus, & calci-
tratis,atque in paleſtra percuſſis,ab illa maxime ictus parte, in quam cuipiam ad ſolum ruenti, F
alter ſuper thoracem inciderit, ſanguinem plurimum optime coloratum expui cum tuſſi ſine
ullo dolore: quem ratio dictat ex aliquo pulmonis uaſe dirupto prodire.

in Coacis præ-not. Quibus tabidis alui.

14 ‖*A tabe habito profluuium alui ſuperueniens,lethale.*

Paulo antea dixerat,tabidis,cum ſputum graue olet,&capilli à capite defluunt,alui ꝓfluuio
ſuperueniente,mortem ſubſequi. Hic uero ſimpliciter dixit eſſe lethale ſuperueniẽs alui profluu
uium in tabe, nulla facta,neque de ſputo,neque de capillis mentione,tanquam illud ſolum ſuf-
ficiat mortem ſignificare,non tamen ita è proximo,neque tam cito ſecuturam,ſicuti cum deflu
uium capillorum adiungitur.

in ijſdẽ, Qui ex pleuritide ſuppurantur &c.

15 ‖*Quicunque ex morbo laterali fiunt empyi.i.ſuppurati, ſi in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio,liberantur: ſi uero non,ad tabem tranſeunt.*

Addens ſuo ſermoni,ruptionis,uocabulũ,manifeſtum fecit ſe de illis loqui,in quibus lateris
inflammatione in ſuppurationẽ conuerſa,deinde dirupta,in ſpatio thoracis,atq; pulmonis in
termedio pus continetur. His enim oĩbus, niſi ut plurimũ in quadraginta diebus puris euacua G
tio fiãt per ſpuitiones purgati,neceſſarium eſt pulmonem exedi,pure proceſſu tẽporis putreſcẽ
te.Morbo igitur laterali diem quartumdecimũ, terminum poſuit purgationis, ſuppuratis autẽ
quadrageſimum . Dictum autem eſt plenius de differentia & aliorum dierum iudicatoriorũ,&
horum,in eo tractatu,qui inſcribitur De dieb⁹ iudicatorijs.Quare,ſi quis uniuerſam illã legerit
contemplationem,ea,quæ ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicunt, promptius aſſequet.

in lib.de Humidorũ uſu, haud lõge à principio.

16 ‖*Calidum,ubi quis ſæpius eo utatur,hæc mala affert,carnium effœminationem,neruorum incontinentiam,mentis torporem,profluuia ſanguinis, animi defectiones:hæc, ad quæ mors.*

De calidi,& frigidi uſu immodico, & modico dictũ eſt nõ parũ & in libro de uſu humidorũ.
Dicta ſunt autem,& hoc in loco aphoriſmorum omnia ferè capita,& primum hoc ipſum,ꝙ cali
dũ,ſiquis eo ultra modum utatur,has facit paſſiones,carniũ effœminationẽ, hoc eſt debilitatẽ:
dictum eſt enim nomẽ per trãslationẽ,qñ fœmina debilior eſt maſculo:cui aſtipulatur hoc,qđ
ſubiungitur,Neruorum incontinentiam.Nam,& hi fiunt imbecilles, cum eorum ſubſtãtia à ca-
lore diſſoluatur.Et rurſus mẽtis torpor,mentis eſt imbecillitas:cũ ita ſcilicet ſubſtantia cerebri, H
ſicuti etiam neruorum,diſſoluatur.Eodem modo,& calidi uſus immodicus facit ſanguinis ꝓfu
ſiones,in illis utique corporis diſpoſitionibus,quæ ad ſanguinis profuſionem aptæ ſunt.Sequũ-
tur autẽ ad ſanguinis profuſiones,defectus animi,& ad hos mors,ſicuti, & alia prius dicta : ſed
ad illa quidem tempore pluri,ad hæc quidem magis,ad hæc uero minus,ad ſanguinis uero ꝓfu
ſiones, & animi defectus, ſtatim. Scriptus eſt aũt finis aphoriſmi uario modo in exemplaribus:
ſcripturæ uero omnes dictã ſententiam oſtendunt.Eſt autẽ unà hæc.His mors:altera uero hęc,
In quibus mors:tertia hæc,Quibus mors:alia, Hæc ad mortem.

17 *Frigidum autem conuulſiones,diſtentiones,liuores, nigrores febriles.*

in eodem.

Immodicum ſcilicet frigidum hæc facit,conuulſiones, diſtentiones, & neruorum refrigera-
tionem . Sicuti enim non oportet ipſorum ſubſtantiam ab immodico calore diſſolui, ſic neque
ultra modum conuenientem refrigerari,& in unum cogi,ac cohiberi.Ac ſanè quidem nigrores
ex refrigeratione fiunt,& rigores febres aduocantes . Melius autem fuiſſet ita dicere : Rigores
facientes,& conuulſiones,& diſtentiones, & nigrores, & febres. Plenius autem de his ſeorſum
diximus in libro de caſuum cauſis .

Frigidum

3. de Cõpoſ. medi. per gen. 5.228.c

A 18 ‖*Frigidum inimicum oſsibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: calidum uero amicum.* in eodem lib. de Humidorũ uſu.

Quæcunque partes ſunt natura frigidiores (ſunt autem in animalibus tales, quæcunque ſunt penitus exangues) citius, ac magis ab immodico frigidi uſu offenduntur: ijſdem autem rationabiliter calidum conuenientius.

19 *Quæcunq; refrigerata ſunt, excalfacere oportet, exceptis ijs, quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt.* in lib. de Flatib. non longe à principio.

Hoc quod nunc dictum eſt, haudquam euertit illud theorema, ‖ Contrariorum contraria eſſe remedia: de quo plenius diximus in eo tractatu, qui de arte curatiua inſcribit̃: in quo oſtẽdimus aliud eſſe theorema maxime neceſſariũ, illa prius curari præcipiens, quæ magis urgẽt, hoc eſt, quæ maius periculum afferunt, ſicuti & nunc profluuium ſanguinis. Ad hoc igitur prius obſiſtendum eſt, atque ita deinde, quod paſſum eſt, ad bonam temperiem eſt reuocandum.

in 6. Epid. cõ. 3. t. 14. 3. 172. f 1. de Simplic. med. facult. 5. 6. d. Et 4. 24. c

20 ‖*Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, nigrorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones.* in lib. de Humidorum uſu, prope finem.

B Sì proprio utamur uocabulo, calidum mordax eſt: ſenſus autem ſimilitudine, & frigida aqua uocatur mordax: non cum in cutem ſimpliciter incidit, ſed ulceratam. Nam, quod mordax futurum ſit, eius, quod morderi debeat, ſubſtantiam oportet peruadere: ꝙ in cute ſecundũ naturam ſe habente, frigida aqua non poteſt efficere, quoniã denſior eſt, quàm pro eius ſubſtãtia, cutis. In ulceratis autem, ut quæ rariora ſint, peruadere poteſt eorũ ſubſtantiã, in profunda ſubintrãs. Dictum autem eſt plenius de natura mordacium, in libris de potentia ſimplicium medicinarũ. Vlceratis igitur frigidum eſt mordax: nõ ulceratis autem non ſolum mordax non eſt, ſed & cutem facit duriorem, eius denſando ſubſtantiam. Et quidem dolorem efficit inſuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui ulcera ad ſuppurationem perducit, & ea diffiari prohibet, quę dolorem efficiunt. Quæ autem ſequuntur, prius etiam dicta ſunt ab ipſo, & nigrores, & rigores febriles, & conuulſiones, & diſtentiones.

3. de Tẽperamentis 1. 24. h 1. de Symptomatum cauſis 3. 17. f in 6. Epi. cõ. 2. t. 93. 161. f & com. 6. t. 43. 195. g 1. de Simplic. medi. facul. 5. 2. h de ijs quæ in medicatr. fiũt com. 3. t. 32. 7. 210. h. & 221. d. in li. qui inſcribitur. Introductio, ſeu medi. Iſago. 56. b de Tumorib. 3. 84. b 2. de Præſag. ex pulſibus. 4. 109. g 2. de arte curat. ad Glauc. 7. 101. a

21 ‖*Eſt autẽ, ubi in diſtentione ſine ulceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multæ perfuſio reuocationem caloris facit. Calor autem hæc ſoluit.* in Eodem.

Quæ raro iuuent frigidũ, ac calidũ, poſt ea, quæ ante dixit, Hippocrates deinceps proſequit̃:
C & primum quidem de frigido inquit, ut in diſtentione (liquet autẽ ꝙ & in omni alia conuulſione) in medio æſtatis tẽpore, cũ bene carnoſus fuerit æger ac iuuenis, frigidæ aquæ perfuſio reuocationẽ caloris faciens, paſſionẽ ſanet. Vnde & manifeſtũ fit, ꝙ nõ ſua ui frigida aqua morbũ tũc ſanat, ſed ex accidenti, quoniã iuuenibus bene carnoſis reuocationẽ caloris facit. In alia. n. ætate nil proderit, quoniam neq; reuocationẽ efficit, quando neq; in hac, ullo anni tẽpore, p̃ter quã æſtate media. Nã aquę frigidæ occurſus aut uincit natiuũ calorẽ, aut colligit: uincit quidẽ, cum debilis fuerit: colligit autem, cum fortis, ipſum continens, ac diffiari prohibẽs. Excipit aũt eas, quæ ſunt cũ ulcere, conuulſiones, ut quæ nunquã ab aqua frigida ſanari queãt, neq; ſi æger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æſtiuo anni tempore, ac regione calida: quoniã (ut & ipſe antea dixit) ulceribus frigidum mordax, dolorem inſuppurabilẽ facit. Ijs igitur, qui ex ulceribus conuelluntur ob neruoſorum corporum inflammationem, contrarium uehementer eſt frigidũ, ut quod neque ulcus iuuet, neque corporum neruoſorum diſſoluat inflammationem.

22 ‖*Calidũ ſuppuratoriũ, non in omni ulcere magnum ad ſecuritatẽ indicium, cutẽ mollit extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, & diſtentiones mitigat: & ex ijs, quæ ad caput attinent, eius ſoluit grauitatem: plurimum autem confert oſsium fracturis, ſed nudis præcipue, † eorumq; maxime, qui in capite ulcera habẽt, & quæcumque à frigore moriuntur, uel ulcerantur, et herpetibus exedentibus, ſedi, pudendis, utero, ueſicæ: his calidum amicum, & iudicans: frigidum, inimicum, & perimens.* in Eodem. † *Al. maximeque in capite. & ita uidetur legiſſe Gal.*

D Sicuti frigidum conuulſiones, & diſtentiones facere natura aptũ, tamen ſanat aliquãdo, quãquã raro, diſtentionem: ſic & calidum, quantum ex ſui natura, ad ſuppurandũ efficax, eſt aliqñ prohibens ſuppurationem: ſiquidem ulcera putrida, & ſimpliciter omnia, quæ fluxiones habẽt, adeo nõ ſuppurat calidum, ut his etiam plurimum noceat: atque hæc ambo in unum cõiungun tur, nocere ulceribus, & minime ſuppurare: ſicuti contra, prodeſſe, ac ſuppurare. Maximum etenim eſt ulceri ſignum ad ſecuritatem, & pus, & medicamen, quod habet id faciẽdi facultatem. Nihil enim mali poteſt aduenire ulceri pus generanti. Quæ igitur conuulſionem afferunt, non ſuppurantur omnino. Similiter autem & quæcunque ulcera ſunt putredini obnoxia, & quæ partes circunſtantes exeſas habent: atque hæc difficulter ad cicatricẽ perducunt̃ uniuerſa & minime ſuppurantur: & quæcunque ex malis ulceribus proprijs nominibus inſigniuntur, ueluti quę cancroſa, chironia, telephia, & phagedænica, id eſt carnem comedentia nominantur, omnia & ipſa non ſuppurantur. Maximum igitur ſignum ulceri ad ſecuritatem, eſt pus: & hoc potes

coniicere

coniicere ex calidi uſu. In quibus enim nõ cõgruit, uidebis hæc à calido inſuppurabilia ꝑdura E
re. Deinceps autem calidi opera, quæ frequenter apparent, enumerat. Etenim cutem induratã mollit, & craſſatã extenuat,& dolorẽ ſedat,& conuulſiones ac diſtentiones mitigat: nec, ſicuti frigidum, dolorem inſuppurabilem efficit, quoniam eſt à natura noſtra alienum, q̃ eſt calor natiuus, quẽ coauget, ubi mediocriter adhæreſcit. Calor uero extrinſecus facit hæc oĩa, quæ dicta ſunt, non nullaq; concoquendo,& ad melius alterando: quædam diſcutiẽdo, & euacuando noxia, ad ſanitatem perducit: quod ſi non ex toto ſanet, ſaltem dolores mitigat. In capitis diſpoſitionibus & hæc eadem facit, & eas, quas καρηβαρίας, id eſt capitis grauitates nominãt, ſanat, concoquens atque diſſoluens, quæcunque moleſtant. Et quidem fracturis oſſium utiliſſimũ eſt, magis nudis, hoc eſt carne exutis: adhuc autem magis ijs, quę in capite fiunt, nam talia frigidũ maxime offendit: ut quæ non oſſibus tantum, ſed ipſi quoq; cerebro ſit inimicum. Iam uero & quæcunq; partes ex algore emoriuntur, ijs calidum remedio eſt: ſic, quæ frigidũ exulcerat, ſicuti hiberno tẽpore calcanea,& digitos,& omnino extrema, horum quoq; remedium eſt calidũ. Sanat etiam herpetas exedentes, quamuis ab humore bilioſo calidoq; fiant: nã propter exulcerationem frigidũ eſt ipſis inimicũ, ut quod eis mordax exiſtat. Sic & omnibus, quæ ſunt in ſede diſpoſitionibus, amicum quidem eſt calidum, contrarium uero frigidum, quoniam ſedes eſt neruoſa: frigidũ uero neruis eſt inimicum: & quoniam per communicationem frigiditas facile ex ſede ad uentrem aſcendit,& eodem modo caliditas. Sic & utero & ueſicę calidum quidem amicum & iudicãs: inimicum uero & occidens, frigidum: nã & hæ pariter neruoſæ ſunt, & ſupraiacentibus partibus facile tradunt frigiditatem. Quòd autem omnibus, quæ in aphoriſmo dicuntur, communiter ſubiecit, his calidum eſſe amicum & iudicans, frigidum uero inimicum & occidens, liquet, etiamſi à me non dicatur. F

in lib. de Humidorũ vſu, in fine. 23 ‖*In his frigido utendum, unde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, ꝧ nõ ad ipſa, ſed circa ipſa unde influit, & quæcunque inflammationes uel inflammina ad rubrum & ſubcruentum ſanguine recenti tendunt: nam ueteribus nigredinem affert. Eryſipelas etiam non ulceratum iuuat: nam exulceratum lædit.* in 6. Epi. cõ. 3. t. 14. 3. 172. f

Eas, quas facit frigidum, utilitates, ac mala hoc trãſigit aphoriſmo. Primũ, in quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt, inquiens conferre ipſum, nõ ipſis partibus manãtibus ſanguine admotũ, (ulceribus enim frigidũ mordax) ſed circunſtãtibus,& illis præcipue, unde aliquid ad ulcera ꝓfluit. Et quidem ait, omnes iuuare inflammationes, quas ipſe ſic nominat inflãmina (græce ἐπισφλογίσματα) hoc eſt ueluti ab aliqua ſuccenſa flamma, propter humorum, à quibus fiũt, caliditatẽ. G
Nam & hęc frigido gaudent. Videntur autem hæc omnia intuenti, colore rubra & ſubcruenta, recenti ſcilicet,& nõ antiquo ſuffuſa ſanguine. Nam ſanguis antiquus floridum nõ habet colorem. Quare frigido admoto liuere,& nigras fieri contingit partes patientes. Eodẽ modo et eryſipelas nõ exulceratum iuuatur à frigido, ſicuti ulcerato mordax eſt frigidum, & dolorẽ affert: & hac ratione nocet, cum partes dolentes ſemper ad ſeipſas moueant fluxiones.

24 ‖*Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem, & deſtillationes.*

Hactenus de aqua calida & frigida ſemonem habuit, nũc autem de niue & glacie differit, illud oſtendens, quod tanto magis hæ nocere poſſunt, quanto ſunt aqua frigida frigidiores, & ꝓ thoracis partibus ſunt inimiciſſimæ, cum & tuſſes moueant, & uaſis plerunque diruptis ſanguinem manare faciant, & ex capite deſtillationibus thoracem offendant atque pulmonem: nam has quoque nix facit & glacies, cerebrum refrigerantes.

in lib. de Humidorũ uſu, haud longe a fine. 25 ‖*Tumores articulorum atq; dolores abſq; ulcere, & podagricos quoque, atq; conuulſa, horum plurima frigida aqua large effuſa leuat ſoluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem ſoluit.* 6. de Compo. med. per gen. H 5. 255. c

Quòd quidem aqua frigida horum plurima iuuet, oſtendit. Sed, quęnam hęc ſint, dicere prętermiſit: tanquam ex illis, quæ antea dixit, non ſit admodum difficile inuenire. Quæcunq;. n. inflãmationes, uel inflammina ad rubrum & ſubcruentum recenti ſanguine tendunt, à frigida ait aqua ſanari, quæ influxum ſcilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat: quapropter & dolorem in talibus ſoluit, quia eius cauſam abſcindit: refrigeratio etiam partium largior affert torporem mediocrem, qui & ipſe dolorem ſoluit ſenſum hebetando.

2. Epid. ſect. 2 26 ‖*Aqua, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuiſſima eſt.* de Priſſana. 2. 47. a in 6. Epi. cõ. 4 t. 10. 3. 181. d 1. de Simplic. medic. facult. 5. 5. b de Bonitate aquæ, Spur. 75. h

Non pondere talem eſſe leuiſſimam dicendum eſt. Sic enim nihil magnum doceret, præter id, quòd per quendam circuitum illud inuenit, quod facile erat ſtatim inuenire. Nam, ſi põdere leuiorem aquam dignoſcere quærit: promptum ipſi fuit ad proprium eorum, quę ponderantur, iudicium rem deducere, eiusq; per lancem ac pondus inquiſitionem facere. Sed nunc leuiorem dixit aquam, quæ uentrem non grauat, et quæ cito permeat: ſicuti iſti cõtrariam grauem uocamus, quæ cito non permeat. Liquet autem, quòd non ſolum hoc *iudicium exiſtit uirtutis aquę, ſed qđ cũ alia in propatulo ſint, et omnibus nota, hoc uero aliquid habeat artificioſum: Sic ad

* κριτήριον.

id

A id prodẽdum ſcriptis Hippocrates uenerit. Sed quænam ſunt alia? Primum quidem, ſi neq; turbida, neq; cœnoſa: deinde ſi neq; in guſtu, neque in odoratu aliquam abſurdam qualitatẽ prę ſe fert: tũ & illud, quod nunc Hippocrates dixit, ſi cito refrigeratur, & calefit: nã perſpicuũ exiſtit, talem eſſe bene alterabilem. Sicuti autem cibi uirtus eſt eſſe bene alterabilem, ita & aquæ: ſiqui dẽ facile tranſmutari uolumus, quicquid cõcoqui debeat ab inſtrumentis, quibus eſt coctionis munus à natura demandatum. Quicunq; uero ſola potantium diſpoſitione, optimam aquã iudicant: certiſſimo quidem utuntur* iudicio: uerum, ſi hoc tantum aſſumpſerint, nõ recte faciũt. Prius enim oportet de aqua ex dictis ſignis iudicare, antequam ad talem ueniant experientiam. * τεκμηρίῳ.

A.lib. 1.f.3.d. 2.c.8.fol 64.a

27 *Qui noctu bibere appetunt, ijs admodum ſitientibus, ſi ſuper dormierint, bonum.*

Neq; ſi dandus, neq; ſi minime dandus ſit potus ijs, qui noctu admodum ſitiũt, quicquã oſtẽdit, ſed hoc tantum, q̃ ſuperdormire cõfert. Coquitur enim per ſomnum, ut liquet, & ſubdeſcẽdit, id quod efficit ſitim. Non tñ illud eſt in obſcuro, q̃ ualde ſitiẽtibus potus eſt dandus, ſiue ex potatione uini meracioris, ſiue ex defectu potus ſitis aduenerit. Nã & defectui exhibẽdo ſuccurrere: & illã, quę facta eſt ex uino, caliditatẽ aqua reſtinguere, theorema eſt medicinale. Si tamẽ
B modice ſitierint, non omnino eis dandus eſt potus, ſed cõſiderandum nunquid ex defectu humidi tale quid patiantur, ſiue ex nimia uini potatione: cõtingit enim & hos ex ſomno iuuari.

28 *Suffitus aromatũ, muliebria ducit: ſæpius uero, & ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatẽ.*

Muliebria dicit, ut liquet, ea, q̃ ex utero mulieribus euacuantur in menſtruis purgationibus & à partu. Clarum etiam illud eſt, q̃ & hoc in loco, illas, quę uel propter uteri inflãmationẽ, uel euerſionem, aut talem aliam cauſam non purgantur, non aliter recte curabimus, q̃ eam curãtes paſſionem, cuius eſt caſus ſuppreſſio menſtruorum. Illas uero, quæ ſine hac paſſione parcius purgantur, ijs, qui nunc ab ipſo docẽtur, ſuffitibus curat. In his enim uel ſanguinis craſſitudo cauſa eſt retentionis, uel obſtructio uaſorum, quæ pertingunt ad uterum, uel eorundem obſeratio, totiusve ipſorum ſubſtãtiæ denſatio. Quodcunq; uero dictorũ in cauſa fuerit, ex aromatibus ſuffitus ſanat diſpoſitionem, qui ui ſua aperit uaſorũ fines obſeratos, extenuatq̃; humorũ craſſitudinem, & obſtructiones incidendo remouet. Multoties uero & ad alia, inquit, utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. Nam totum corpus poterat continue ſuffiri per uterum in omnibus frigidis, atq; humidis diſpoſitionibus, niſi timeremus illam, quæ fit ex ſuffitu, capitis *grauitatẽ, p-
C ſertim in febribus. Quòd uero omnia ferè aromata natura apta ſint facere capitis *grauitatẽ: & experientia oſtendit, & ratio docet. Quæcunque enim ſatis calefaciunt, omnia capitis *grauitatem cauſant: utpote ſui natura calido ſuperiora petente. Calida autem eſt ſufficienter omnium aromatum natura, præcipueq̃; Caſiæ, Coſti, Cinnamomi, & Amomi. * dolorem.

in 1.Epi. cõ.3 1.30.3.126.f

29 ‖*Grauidas medicare †turgente materia ẓà quarto menſe uſque ad ſeptimum, minus uero has, recentiores autem & ſeniores uereri oportet.* 4.Apho.1 17.a †ὑπ' ὀργᾶς.

Hic aphoriſmus dict⁹ eſt & antea, ubi de medicatione ſermo habebat̃. Sed & hic, ubi de muliebribus agitur, in quàm pluribus exemplaribus inuenitur. Quidã uero eximunt ipſum, ne bis ſcriptus inueniatur. Noua autem expoſitione non indiget præter illam, quam retro ſcripſimus.

30 *Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt.*

Non abſq; ratione. Si enim ſit febrilis morbus, neceſſe eſt ipſum febres habere continuas, talis enim eſt morbus acutus: & in hoc duplex eſt periculum: Verum quidam propter febrem ipſam fœtum occidentem: alterũ uero, q̃ ex longo interuallo cibũ dantes, ex alimẽti defectu fœ-
D tum deſtruamus. Si uero, ut hunc ſeruemus, non uerebimur crebro cibum exhibere, febres cõtinuas uictu intempeſtiuo augẽtes, matrem occidemus. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, ueluti morbus comitialis: morbus attonitus, quem Græci apoplexiã uocant, cõuulſio, diſtentio, propter magnitudinem morbi, & * acutiem, impoſſibile eſt laborantem euadere. * συντονίαν.

31 *Mulier utero gerens, ſanguine miſſo ex uena, abortit, & magis, ſi fœtus ſit maior.*

Ex defectu alimenti fœtus deſtruitur, nõ modo miſſo ſanguine ex uena, ſed etiã ex longiori inedia. Oſtendemus autẽ hoc ipſum paulo poſt & per alios aphoriſmos. Non abſq; ratione aũt & maior fœtus magis deſtruitur miſſo ſanguine ex uena mulieris, quia pluri indiget alimento.

de Venæ ſect. aduerſ. Era. 6. 6.c.5. Metho. med. 7.30.e. Contra ea, q̃ à Iuliano in Hippo. apho. dicta sũt. Exr. ord. 66.f.

32 ‖*Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio.* 1.de Morbis. Mulieri ſanguinem uomenti. &c. ad initia.

Non abſq; ratione: Erit enim retractio ſimul, atque euacuatio ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Hoc quidem igitur & experientia comprobat utiliter fieri: nos uero ab ipſa excitati, opera, quę bene à natura geruntur, imitabimur: & mulieres hac paſſione laborantes, miſſo ſanguine è uena, uacuabimus.

Menſtruis

33 *Menſtruis deficientibus, ſanguis ex naribus fluens, bonum.* E

Quòd quidem ſit neceſſarium eum, qui ſingulis menſibus bene euacuatur, ſanguinem, quando ob aliquam diſpoſitionem fuerit retentus, mulierem lędere, & ꝙ per aliam partē euacuatus, omnem corporis tollet læſionem, unicuiq; eſt manifeſtum. Cum uero multa ſint loca, per q̄ poteſt euacuari, oībus alijs aut maius, aut minus ineſt detrimentum: ſola, quę fit per nares, euacuatio innoxia eſt, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamē, ſi qua etiā alia euacuatio ſine noxa eſt, propterea aphoriſmus eſt falſus. Neque enim ꝙ ſola per nares euacuatio deficientibus menſtruis bona ſit, dixit: ſed hanc ſimpliciter laudauit, non adiuncto, ꝙ ſola. Siquis igitur eā, quæ fit per ſedem, dixerit ita affectis mulieribus utilem eſſe, non aduerſatur aphoriſmo. Videtur enim aliquando Hippocrates per unum exemplum de ſimilibus omnibus pronunciare.

34 *Mulieri utero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.*

Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit periculum abortus eſſe, quemadmodum & antea in miſſione ſanguinis è uena, oſtendebamus. F

35 *Mulieri, quæ uterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio, bonum.*

Vnum in aphoriſmo uerbum habet obſcuritatem, uterinis, (græce hyſtericis.) Nō nulli enim per id accipiunt oēs, quæ utero aduenīūt diſpoſitiones: nō nulli uero illas tantū, in quibus paſſio contingit, quā uocant uterinā ſtrangulationem, quæ tñ nō eſt uere ſtrangulatio, ſed apnœa, id eſt ablatio anhelitus: alij ſecundas (græce choria) intelligunt: nam & has uteros nomināt. Verū hi aperte aberrant, quanuis maxime uerū dicere uideantur: ꝙ ſecundę contentę in utero, ex ſternutatione dirumpunt̄. Alius.n. de his ‖aphoriſmus eſt ab ipſo perſcriptus. Et plurimū refert, an uterum dixeris, an uterina. Falſum eſt etiam illud de omnibus uteri paſſionibus dictū eſſe ab ipſo ſermonē. Neq;.n. exulcerationes, neq; inflāmationes, neq; eryſipelata, ſicuti neq; abſceſſus ſternutatio iuuat. Verū aūt hoc, ꝙ in uterinis ſtrangulationibus ſuperueniēte ſternutatione, patiens aliquantulum leuatur, non ſolum quia bonum eſt ſignum ſternutatio ſponte aduenięs ijs, quæ ita ſe habent mulieribus, ſed quoniā & cauſa, ut quæ ſit huius paſſionis remedium. Signum itaq; bonum exiſtit, quia naturā oſtendit, quæ prius obſtupuerat, excitari, ac reuiuiſcere, & propriarū meminiſſe motionum: quando aliquam eiicit ſuperfluitatem. Oſtenſum eſt enim in libro de cauſis accidentium, ſternutationem hac ratione fieri. Cauſa autem, ob quā iuuat, eſt, ꝙa uehementiore concuſſu, atq; feruore partim quidem naturam excitat, partim uero excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhęrebant. Sic enim & ſingultum ſanare ſolet. G

Infra, aph. 49.

36 *Mulieri menſes decolores, nec per idē ſemper tēpus uenientes, purgationē indicāt eſſe neceſſariā.*

In multis exemplaribus ſcripturam ita ſe habētem poſſumus inuenire. Mulieri mēſes tardi, nec per idem ſemper tempus uenientes. Poſſunt igitur & menſes tardi, hoc eſt, qui poſt conſuetum ueniunt circuitum, purgatione indigere humoris pituitoſi, ob quem et decolores fiunt: nō tamen egemus hac ſola neceſſario: nam et per extenuantē aliquando uictū tales diſpoſitiones ſanauimus. Scriptum autē eſt a nobis de hoc extenuanti uictu, libro uno ſeorſum. Suffitus inſu per aromatum idem facit, & qui eandem iſti uim habent, peſſi adhibiti, epotaq; medicamēta, q̄ incidunt, & humorum craſſitudinem extenuant, quale eſt, qđ calamento fit, quo nos aſſidue utimur, quodq; ſæpius tardantes menſium purgationes exciuit. Nā intentio ſanationis in ipſis eſt, cum ora uaſorum aperire, quæ pertingunt ad uterum, tum ſanguinē extenuare. Ac ſanè quidē purgatio totius corporis, ut dixi, quādo craſſi euacuantur humores, tales ſanat diſpoſitiones: Si uero, decolores, ſcriptū ſit, multo magis purgatio ſanabit ita ſe habētes mulieres. Neque enim, propter humorem pituitoſum tantummodo, ſed & propter melancholicum, & bilioſum mēſes fiunt decolores. Quomodo igitur‖ dignoſcere oporteat humorem ſuperabundantem, ipſe in primo de muliebribus docuit: nunc, autem, ꝙ per purgationem euacuandum ſit, idem monſtrauit. Verba autem illa, nec per idem ſemper tēpus uenientes, huic ſcripturæ magis conſonant: ut totus ſermo ſit talis: Si menſes decolores fiant, & non per idem tempus ueniant, quo antea uenire conſueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit enim in mulieribus, quæ malos humores habent, non modo decolores apparere menſtruas purgationes, ſed etiam tempus periodi non ſeruari: ſiquidem craſſiores fuerint humores, & difficilius fluentes ijs, qui ſecundum naturam ſe habent, moderando, et longius tempus expectando: ſin autem contrarij, hoc eſt humidiores ac tenuiores, conſuetum terminum anticipando. H

1. de Morb. Mulieb. ubi ait, Cum mēſes prodeunt, linteum cōplicatū, &c.

37 ‖*Mulieri utero gerenti ‖ſi mammæ graciles repente fiant, abortit.*

2. Epid. ſect. 1. Velut abortientium mammæ graciles fiunt.

Hic pariter aphoriſmus ex illorum numero eſt, quos diximus defectū aliměti fœtui ſignificare. Cōes enim quædā uenę ſunt uteris, ac māmis: q̄, ubi parū habuerint ſanguinis, graciles ꝙdē māmas reddunt, atrophia aūt, i. alimenti ceſſatione nō nunq̄ fœtum perimunt, non nunq̄ ēt ad excretionem

14. de Vſu partium. 1. 207. c. 6. de Locis affectis. 4. 41. d. 5. Aphor. 53. 42. e

A excretionem excitant illam ob cauſam,quam ipſe in libro de natura fœtus, per hæc verba explicat: ‖Alimentum, atque auctio à matre veniens,non amplius eſt infanti ſufficiens, quando decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim à ſanguine ad ſe id, quod eſt dulciſſimũ: & ſimul etiam lactis parte aliqua fruitur. Vbi uero hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet,plus cibi requirens,quàm illud,quod adeſt: calcitrat,& membranas dirumpit. Liquet igitur, quòd & ante decem menſes fętus eſt indigens alimento, & calcitrans, ac membranas dirumpens,initium partus matri affert. In li. de Natura fętus ſiue pueris haud longe à fine.

14.de Vſu par. 1.205.b 6.de Locis aſſe.4.41.d 5.Aphor.53. 42.c de Anatomia vi.iorum.Sp. 51.f

38 ‖*Mulieri vtero gerenti ſi altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit: & ſi quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: ſi uero ſiniſtra, fœminam.*

Quod ſupraſcriptus aphoriſmus de ambabus mãmis dicebat,hoc in altera iſte dicit:propter illam vero,quã diximus de venis cõmunibus cauſam,is,qui è directo eſt mãmæ factę gracilioris,fœtus abortum patitur.Quòd autem exiſtentibus geminis,altero mare,altero fęmina,ſi dextra quidẽ mãma gracilis fiat,ſolus mas:ſi vero ſiniſtra,fęmina ſola corrumpatur: ex illa ipſius pendet opinione, qua mares quidem in dextris, fęminas uero in ſiniſtris magis cõcipi opinat.

6.de Locis af. 441.b

B 39 ‖*Si mulier, quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet: huic menſtrua defecerunt.*

Ratio quidem longior exiſtit:& oportet illum,qui eã exquiſite aſſequi debeat, exercitatum eſſe in libris de potentijs naturalibus.Tantũ tñ de his nunc à nobis dicetur, quãtum breuiſſime dictum poſſit ad præſentia conferre.Hoc quidem commune eſt oĩbus animalis partibus, q̃ aptæ ſunt humores aliquos utiles generare,aut ad vſum aliarũ partiũ, aut ad generis propagationẽ,aut ad cõceptus nutritionẽ, eſſe humorẽ illũ quãdã ueluti ſuperfluitatẽ partis ipſum generantis:Nõ enim q̃norit,ad q̃d utilis erit humor animali,ipſius facit pars gñationẽ,niſi debeat talẽ habere intellectũ, qualem habere ciuitatũ gubernatores arbitramur oportere,ſed animalis quidẽ opifex illum habet intellectũ,ipſa autem pars(ut oſtenſum eſt) potentijs regitur naturalibus,cũ alijs quibuſdam,tũ alteratiua,per quam aſſimilat alimentũ ſibijpſi. Quantũ igitur alimẽti ab ipſa alterati fuerit nutrito corpori exquiſite aſſimilatũ,illi apponitur parti,ac nutrit eã. & hoc eſt,quod ipſe ait: ‖Alimentũ eſt,quod alit,& quod eſt ueluti alimentũ,& q̃d debet alere. Superfluũ uero,quod ſupereſt,ſimilis quidem naturæ partis humor exiſtit,in oſſibus quidẽ id, q̃d in cauernis eorũ cõtinet̃,in hepate uero ſanguis:ex hoc genere eſt,& ſpumeus humor, qui C in carne pulmonis continetur,& q̃ in articulorũ cõpagibus glutinoſus humor,& id,quod in teſtibus,& in uocatis paraſtatis,ſemen,& qui lingua,cui nomen ſaliua.Sũt aũt & quidã in mãmis adenes,uim habẽtes id,quod ad eos influit,ſibi ipſis aſſimilandi. Cum ergo hi ſint exangues,& albi,proprium efficiũt humorẽ talẽ,quale eſt lac,eiusq̃; maiorẽ copiã, quo plus alimẽti defert̃ ad ipſos.Plus uero defertur octauo,& nono mẽſe cõceptionis, qñ abundãter oppletæ ſunt cõmunes uenæ uteri,& mamarũ,ſicuti in animaliũ prægnantiũ diſſectionibus manifeſte cõſpicit̃. Fit autem & tale quãdoque,licet raro,cũ mulier grauida non eſt, quãdo ad ſimilẽ peruenerint uenæ repletionem ex menſtruorũ retentione:cuius nunc diſpoſitionis Hippocrates meminit. In lib. de Alimẽto,prope à principio.

2.Epi.ſect.6.in ipſo libri fine.

40 ‖*Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.*

Quòd quidem ſanguis ad mãmas feratur,deinde ab adenibus,qui ibi ſunt,in lac tranſmutet̃, in præcedẽti ſcriptũ eſt aphoriſmo:nũc aũt,qñ intrãſmutabilis mãſerit hic, qui ad eos ſanguis peruenerit,furorẽ ait Hippocrates ſignificari.Ego quidem nondum hoc accidiſſe uidi:&,ſiquãdo eueniat,ex ijs eſt,quæ raro eueniunt.Hippocrates uero,ut qui uiderit,ſcribit: &, ſi uerũ ſit, talem ipſius oportet cauſam exiſtimare.Adenum natura,illorũ præſertim, qui in mãmis ſunt, Dexãguis,& proculdubio frigida:oẽ.n.exãgue frigidũ:atq; iõ ſanguinẽ,qui defertur ad ipſos,ad frigidius cõmutat.Quanto.n.adenes hi ſunt hepatis carne frigidiores,tanto lac ſanguine. Cum igit̃ multus aliqñ ſanguis,& feruens per totũ labit̃ corpus,& caput præcipue petit, in furorem quidem capiẽtur:quoniã ſanguis talis occupat caput:qui uero ad mãmas defertur, ad contrariã naturã alterari non poterit ita,ut lac fiat,tũ propter feruorem,tum propter exuperantiam.

41 *Si velis noſcere,an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da: &, ſi alui tormina patietur, concepit: ſi minus, non concepit.*

Tormina fiunt quidem,& propter mordacitatẽ, fiunt etiam propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitum:quæ tormina fieri etiam nũc eſt arbitrandũ in mulieribus,quæ conceperunt,propter eam,quæ fit ex utero,anguſtationem.Dat autem aquam mulſam mulieri dor mituræ,crudam uidelicet:ea flatuoſa ad dignotionem opus habet:uolens & quieſcere ſimul,& plenam eſſe cibis mulierem:hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

42 *Mulier, ſi marem concepit, bene colorata eſt: ſi vero fœminam, male colorata.*

Vt ad ſeipſam muliere collata uidelicet,non autem ad alteram,dictũ eſt ab Hippocrate indi-

eium,quod ex bono colore,ac malo ſumitur. Nam,quæ fœminã concepit, minus ſeipſa colorata apparet:quoniam frigidior eſt fœmina mare.Nunquam vero talem concepiſſet, niſi & viri ſemen,& vterus mulieris frigidior eo tempore fuiſſet,in quo concepit. Quare,quod dicitur, ex eorum numero eſt, quæ ſæpius eueniunt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem poſt tempus conceptionis,vt bene colorata fiat.Liquet autem, quòd & alia ſigna ſunt, quæ ſignificent marem eſſe conceptum:ſicuti ipſius conceptus plurimæ,ac validæ motiones:quę tamen neque ipſæ,ſigna perpetua ſunt. Contingit enim aliquando, licet ſit rarum, quòd concepta fœmina ſit mare robuſtior,& multis,ac validis motibus moueatur:contingit etiam, vt aliquando mas ſit debilior fœmina,ac paucioribus debilioribusque motibus cieatur. E

43 *Si mulieri grauidæ in utero fiat eryſipelas, lethale.*

Nunquid ſolum eryſipelas in utero mulieris grauidæ conſtitutum, putat eſſe lethale, an illã etiam,quæ proprio nomine dicitur phlegmone,hoc eſt inflammatio? Quòd enim facto in utero eryſipelate,fœtus moriatur ex neceſſitate, manifeſtum eſt: quandoquidem & febres acutæ aliquando ſine eryſipelate ipſum interficiunt. An uero utero inflammationem patiente, poſſit aliquando fœtus viuere: dignum eſt inquiſitione. F

44 *Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes, vtero gerunt, abortiunt prius, quàm craſſeſcant.*

Secundum tres modos intellexerunt expoſitores libri huius præſentis aphoriſmi ſententiã. Quidã enim oĩno arbitrantur ipſas abortire:quidam vero,ſi nõ craſſeſcãt,& reficiãtur,ſed maneant abſque refectione,ac tenues:quidã vero,cũ reficiũtur,tũc maxime eas exiſtimant abortire:quòd minus vr̃,q̃ prius dicta,veriſimile.Verũtamẽ ita expoſuit Numeſianus,dictũ inqens eſſe aphoriſmũ in ijs,quæ præter naturã extenuatæ ſunt,& quas prius refici oporteat: ſed,cum concipere anticipent,eas nõ poſſe refici ait,abſq; ꝙ ſanguis ad conceptus alimentũ deputatus, ad eius,quæ concepit,nutritionẽ aſſumatur: quare nõ abſq; ratione fœtus ſufficienti indigens alimento,corrumpitur.Sed & verba illa,Præter naturã tenues,quidã ita acceperunt,ſicuti Numeſianus,vt præter ſui ipſius naturam grauida mulier ſit extenuata. Quidã uero magnũ exceſſum dicunt ſignificari,volente Hippocrate nobis inſinuare,non ꝙ mediocriter extenuatę id ex neceſſitate patiãtur,ſed quæ valde ſunt extenuatæ. Vtraque autẽ expoſitio non caret ratione.

45 ‖ *Quæcunq; mediocriter corpora habentes abortiũt ſecũdo,aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta,ijs acetabula vteri plena mucoris ſunt,& nõ poſſunt ex põdere fętum continere, ſed dirumpuntur.*

de Diſſectione vuluæ. 1. 109. f. 15. de Vſu partiũ. 1.211.h. 1.de Semine.1.331 b. 6.de Locis af. 4.41.e

Sine manifeſta occaſione ait,febre uehemẽte,vel alui fluxu,vel profluuio ſanguinis,vel eryſipelate in ipſo vtero conſtituto,vel ſaltu grauidæ mulieris vehementiore, vel clamore, vel triſtitia,vel ira,vel timore,vel victu parciore,vel alio tali aliquo actu ſeu paſſione. Eſt enim veriſimile in his eſſe plena mucore ora vaſorum uenientiũ ad vterum,ex quibus ſecundæ pendent: quæ ora,acetabula nominauit,non (ſicutiquidam arbitrantur) adnatas ipſis carnes adenoſas. Nam,ut ipſe inquit in primo libro de paſſionibus muliebribus, ‖ Si acetabula plena fuerint pituita, menſtrua fiunt pauciora. Et Praxagoras in primo de naturalibus,Acetabula,inquit,ſunt ora uenarum, & arteriarum, quæ feruntur ad uterum.

1.de Morbis mulierib. circa libri dimid.

46 ‖ *Quæcunque præter naturam craſſæ, non concipiunt vtero: ijs omentum os vteri comprimit, & prius, quàm extenuatæ fuerint, non concipiunt.*

In lib. de Natura muliebri, Si vero craſſefacta fuerit mulier, &c. Et in lib. de ſterilibus, iiſdẽ verbis, & in lib. De ſuperfœtatione, ſi mulier præ pinguitudine, &c.

Verba,præter naturam,dupliciter etiam hoc loco accipiunt:quidam enim exceſſum ſignificari arbitrantur:quidam præter ipſius mulieris grauidæ naturã.Verior eſt autẽ prior acceptio: nam ab omenti pinguedine comprimitur, atq; anguſtatur uteri os ijs, quæ ſupra modũ craſſæ ſunt:appellat autem nũc os,illud,quod intus eſt,ubi uterus quidem deſinit,collũ uero incipit: quod magis proprie os uteri diceretur.Nam altera colli extremitas,quæ muliebri pudendo cõ iungitur, non uteri, ſed ipſius colli os haud ſine ratione uocaretur. H

*ἔμμοτον, ideſt liniamentariũ. † διὰ τῶν μοτῶν.

47 *Si vterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt liniamentum* fieri.*

Cui neceſſarium eſt fieri † per linea fila ꝛ curationem,liniamentum*nominauit.Quòd autem uterus ſuppuratus, & præſertim ad exteriora (nam hoc nunc uidetur dicere)curatione tali ex neceſſitate indigebit, non eſt obſcurum.

48 *Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ vero in ſiniſtris magis.*

14.de Vſu partium 1.205.b in 6.Epi. cõ.2 t.44.3.169.a Et cõ.4.t.27. 3.186.h

Quòd propter temperaturã,quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit,fœtus maſculus generaẽ,in cõmẽtarijs de ſemine,eſt demõſtratũ. Calidior uero tẽperatura fętibus aduenit nõ minime ob locum,qui eſt dextra uteri pars:hæc autẽ calidior ſtatim exiſtit ꝓpter hepatis uicinitatẽ: cõferet autem aliquit ad conceptus caliditatem,& muliebre ſemẽ profuſum quidẽ ex propriis teſticulis per utrunq; corniculum,partim in dextrum uteri ſinum,partim in ſiniſtrum, diſſimile tñ:

ut &

A vt & hoc ipſum oſtendimus. Si igitur ſeroſius eſt, atq; frigidius, qđ in ſiniſtro teſticulo cõtinet ſemen: etiam iuxta hoc conceptus in læua parte vteri conſtitutus, nõ abſq; ratione fuerit frigidior. Dictũ autem eſt de omnibus talibus ſufficiẽter etiã in quinto libro ſectionis Hippocratis.

49 ‖ *Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio impoſito, nares apprehendito, & os.*

2. Epid. in fine ſect. 5. Et ſup. aph. 35.

Non cum accentu circunflexo ultimam ſyllabam ὑστέρων, legere oportet, vt ſignificet uterũ, ſed cum graui ὑστέρων, vt ſecundæ intelligantur. Neque.n. vult vteros ipſos excidere, tentione facta cum medicinis ſternutare facientibus, ſed ea, quæ choria uocantur, atque ſecundę. †

† *In tralatione veteri impreſſa hęc etiã habentur, quæ in alijs exemplaribus nõ inuenies. Mulieri utero habẽti tenaſmõ innatus abortire facit. Tenaſmon fit ex humoribus pungitiuis groſſum pungẽtibus inteſtinũ, quod uocatur colon, qui infirmũ cogũt exprimere, ſi forte eos pungẽtes poſſit emittere: vnde & hæc expreſſio ſi mulieri grauidæ euenerit, ſicut Hippocrates dixit, cauſa eſt abortiendi: nimius .n. expreſſus nimiũ facit motũ: vnde abortire neceſſe eſt fœtũ: quia rumpitur ligamentum.*

A.li.1.t.4.c.21.fol.81.b

50 ‖ *Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.*

Sicuti menſtruorum, quę aut parce, aut nullo modo fluunt, curationem Hippocrates docuit: ita & nunc illorum, quæ vltra modũ euacuant, docet, iubẽs nos cucurbitulã, quã maximã mãmis apponere. Melius eſt aũt nõ mãmis ipſis cucurbitulã adigere, ſed inferius ſub ipſis eã affigere, potiſſimũ vbi ſunt uenæ, quæ ad ipſas deſubter veniũt, Saneq; nõnulli his verbis aphoriſmũ ſcribunt, Cucurbitulam quã maximã ſub mãmis pone. Vult aũt q̃ maximã eſſe cucurbitu-
B lam, vt fortiorẽ faciat ex vtero ad ſuperiora reuulſionẽ, per cões id venas artificioſe molitus.

3.de Naturalibus facultat.1.303.a 5.Aphori.54.

51 ‖ *Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.*

Maximum hoc eſt mulieris, quæ concepit, indicium, ſi obſtetrix potuerit immiſſo digito os vteri tangere. Statim.n. cum ſemen intra ſe ipſas acceperint, totũ ſui interius ſpatium contrahunt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem, & inflammationem os vteri comprimi: diſtinguiturque ab eo, qui in grauidis, ex duritie vteri.

14.de Vſu partium.1.207.c

52 ‖ *Mulieri vtero gerenti ſi lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem ſignificat: ſi uero mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.*

Illo videlicet tempore fluit lac, quibus viſum fuerit fluere, quãdo natura fert, vt in grauidis generetur. Neq;.n. in primis generat menſibus. Quòd autẽ omnino fluat, & nõ maneat intus; hoc ideo fit, quia plurimũ ex eo colligitur. Plurimũ uero colligitur oppletis uenis cõmunibus, quæ à mammis pertingunt ad vteros: ſed adhuc magis implentur, quando minimum cõceptus aſſumit: hoc uero ipſum fit ob eiuſdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur, q̃ neque mã-
C mas tenues oportet apparere, ſicuti in muliere nõ grauida (hoc enim ſignũ defectum ſanguinis oſtẽdit, & hac ratione fœtus in ipſis corrũpitur) neq; adeo plenas, vt lac effluat, ſed tm̃ ſubleuari, vt ſolidæ tangentibus uideantur. Media enim eſt hæc conſiſtentia inter renitẽtes propter nimiam repletionem, & molles, ac laxas propter defectũ ſanguinis. Quare merito laudat hoc ſignum Hippocrates, ut quod indicio ſit, neque fętum eſſe imbecillẽ, neq; deficere ipſi alimentũ.

53 *Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuantur: ſi vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.*

Prius dixerat, [a] ‖ Mulieri utero gerenti ſi mãmæ repẽte extenuentur, abortit. Dixerat etiam, [b] ‖ Et, ſi altera mãma extenuetur geminos habẽti, alterius fętus abortũ ſecuturũ: nunc uero ordinem conſecutionis commutauit, & nõ à ſignis, ſed à mulieribus fœtum corrumpentibus fecit initium, ipſis prędecedere inquiens mãmas tenues. Nõ eſt aũt omnino idem, ſi dicatur, ad mãmas tenues ſequi corruptionẽ, & futurę corruptioni mãmas tenues prędecedere. Qui enim ait, ad mammarũ extenuationem ſequi corruptionem: hic [c] non *ſolum iſtud oſtendit eſſe ſignũ futu-
D ræ corruptionis. Qui uero dicit ijs, quæ debent corrũpere fœtus, mãmas extenuari: [d] ſolũ * hoc uidetur oſtendere ſignũ præcedere fœtus corruptioni. Quare diligẽtius inquirendũ eſt, & obſeruandũ in ijs, quæ apparent in mulieribus grauidis, ſi nunquã aliter fœtum corrumpunt, ſed ſemper præcedit mammarũ extenuatio, uel ſaltantibus, uel magnopere uociferantibus, uel ira excandeſcentibus, uel nimio repente pauore correptis, [e] † contingit mamarũ * non præcedere extenuationem. Contingit autẽ & quibuſdam, ut propter magnitudinem febris, aut factum in utero eryſipelas, uel mucorem acetabulorũ, aut aliquid aliud tale, fœtus corrũpatur abſq; mãmarum extenuatione. Cæterum uidetur Hippocrates exiſtimare hãc ſemper prędecedere: & mihi ſæpius obſeruanti uiſę ſunt in ſupradictis occaſionibus ante corruptionẽ mammæ fuiſſe extenuatæ. Nunquid igitur, quando citra aliquam huiuſcemodi cauſam mãmæ extenuãtur, defectum ſanguinis eſſe in uenis utero, mammisq; cõmunibus, in cauſa exiſtimare debemus: unde propter nutritionis ceſſationẽ fœtus corrũpitur: in alijs uero cauſis, in quibus aut ꝓpter paſſionẽ interit, aut dirũpitur fœtus, cum ipſum mẽbranæ continentes diuelluntur, natura os uteri adaperiẽte, & dolores excitãte, ob has ipſas cauſas ſanguinẽ ad genitales deferri partes? Hæc .n. eſt quædã ratio cõmunis, in quibus natura aliq̃d uiolenter excernit, ut eo ſanguis, ac ſpiritus tẽdat: quibus duob⁹ ueluti inſtrumẽtis natura utẽs, ea, quę infeſtãt, ꝑuim expellit. Atq; hac ratione

2. Epid. ſect. 6.
A Sup. aph 37.
B Sup. aph. 38.
C * *Cod. multi manuſcripti habent* ὅτος ἀποφαίνεται ὑστέρου μόνου, *ut Leonicenus. Impreſſi tollũt particulam illam* ὑ, *id eſt, non.*
D * *impreſſi codi. hẽnt* ὑ μόνον *.i. non ſolum.*
E † *Al. enim uero contingit quidem interdũ mãmarum præcedere extenuationem.*

tione dolentibus partibus inflammationes adueniunt,natura excernere,atq; expellere cauſam E
doloris properante: vt vero hoc faciat,ſanguine,ac ſpiritu locum implẽte.Hæc itaq; à me dicta ſint in primam partẽ aphoriſmi.Secunda vero,quæ ſequitur (in qua contrariæ mammarũ meminit diſpoſitionis)talis eſt:Si vero rurſus mammæ duræ fiant. Cum vero dictio,rurſus,græcè πάλιν) duo ſignificet in huiuſcemodi locutionibus, alterum quidẽ, quod antedictæ coniungit diſpoſitioni,alterum vero,quod per alia verba dici conſueuit vice verſa: mihi verius, & magis Hippocratis ſententiæ cohærere videtur ſecundũ ſignificatum: vt, quod in toto dicit aphoriſmo,ſit tale:Mammæ quidem tenues omnino præcedunt fœtuum corruptionem: & nõ poſſunt iſti corrumpi ſine earum extenuatione præcedente.Duræ vero,corruptionem quidẽ nõ ſignificant,ſed dolor quidam dictarum partium ad ipſas conſequitur: vt, ſicuti mammæ tenues, defectus ſanguinis ſignificationẽ habent:ſic durę,multitudinis:differẽtes ab illis,quas paulo ante dixerat ſolidas,in quibus rurſus reponente natura ad quaſdam partes materiã inutilẽ, illæ dolent,ſed fœtus nullam habet offenſionem. Quæſtio aũt occurrit hoc loco, ob quam cauſam ad corpus vteri natura nunquã materiã reponit inutilem,& non facit inflãmationem: vel cur inflãmato vtero,fœtus non corrumpitur.An,quod ab Hippocrate dr,aliud eſt?Neq;.n.ꝙ nunquã ad mammas duras corruptio fœtuum ſequatur, putandũ eſt fuiſſe ab Hippocrate dictũ, ſed ꝙ F
non ſemper,quẽadmodum in tẽnuibus: verum,ſi ad alterũ locũ natura reponat ſuperfluitates, (quod ex dolore cognoſcimus) corruptio non ſequitur. Et fiet rurſus,ſi ita intelligamus,ſermo talis: In mulieribus, quæ fœtum corrupturæ ſunt,ſemper mammæ extenuatæ præcedunt: duræ autem,ac plenæ,non ſemper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilẽ natura reponit.Si uero ad vteros ipſam expellat,fient & tunc omnino tenues.Nam ſecundũ Hippocratis(ut apparet) ſententiam, etiam ſi propter aliud quicquã, & non ob defectum alimenti abortus fiat, omnino præcedet mammarum gracilitas ob cauſam antedictam; quare etiam ob acetabulorum humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipſum natura expellente ad excretionem,motio ſanguinis erit ad vteros,& hac ratione mãmæ fiẽt graciles magis,quã prius erãt,

54 ‖ *Quibus os uteri durum eſt, ijs vteri os comprimi eſt neceſſarium.*

3. de Natura libus facultat. t.303.a

Dictum eſt & antea,ꝙ os vteri comprimi,cõmune eſt ſignum,& tumoris alicuius in eo præter naturam exiſtentis,& conceptionis in muliere,& ꝙ oportet id ex duritie diſtinguere: grauidis enim molle eſt,& ſecundum naturam: durum autem, in quibus eſt tumor præter naturã, G
ſiue ſit inflammatio, ſiue tumor durus. Melius itaque fuerat hunc aphoriſmum poſt illum ſcri-
Supra, Aph. 51. bere, in quo dicebatur, ‖ Quæcunque vtero gerunt, ijs os vteri compreſſum eſt.

55 *Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter caleſiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt, & cum periculo: aut abortum facientes periclitantur.*

Accidit quibuſdam grauidis,in quibus uitioſi humores prius,quàm conceperint, ſunt aceruati,nonnunquam à febribus uehementibus corripi,adeo ut ex neceſſitate abortiant: nonnũquã uero à mediocribus quidem,ſed cum non purgentur ſufficiẽter, aliquid ſupereſt reliquiarum humorum in corpore vitioſorum,ex quibus febres erant inſtitutæ, ut pote non potẽtibus medicis mulieri grauidæ aliquod ualidum auxiliũ adhibere,aut exquiſita uictus ratione in ipſis uti. Ob hanc igitur cauſam febris in ipſis frequenter reuertitur, & maxima temporis parte grauiter ſe habent. Non ſine ratione igitur fœtus aliquando nequit obſiſtere, ſed à febribus, & uitio humorum corrumpitur:nonnunquam uero perdurat quidem uſque ad tempus,ſed, cum & ipſe ualetudinarius ſit,ut qui longo tempore laborauerit,& matrem habeat imbecillem, nõ ſine periculo patitur. Nam ad bonum partum, duorum corporum uigore eſt opus, & grauidæ H
mulieris, & infantis.

56 *Ex fluxu muliebri ſi conuulſio, & animi defectus aduenerit, malum.*

Non ſtatim fluxu conſtituto hæc fiunt, ſicuti nec aliorum ullum,quæcũq; in ſequẽti ſermone quibuſdã alijs ait aduenire,ſed cũ uel uehementior fuerit,uel diu perdurauerit.Defectus ꝙdẽ animi,cõmunis omnis immodicæ euacuationis eſt caſus:conuulſio uero, etſi non cõmunis exiſtat,ad plurimas tamen ex ipſis conſequitur,& magis,ſi pars, quæ patitur, neruoſa fuerit.

57 *Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt.*

Quibuſdam medicis uiſum eſt ex multitudine quidẽ multos fieri morbos, ex defectu autem
2. de Na. hum. t.1.7.181.e nullum. Verum Hippocrates ‖ arbitratur etiã ob defectũ fieri aliquando morbos, non ſolum in mulieribus,ſed etiam in uiris.Siquidem ad defectus conſequitur aliquando ſiccitas, aliquando frigiditas,aliquando vtrunq;. Oſtenſum autem eſt, quòd intemperaturæ, quæcunque tantam habent magnitudinem,ut poſſint iam lædere operationem, ſunt ex morborũ genere. Verum, quantũ ad hoc,neq; falſum,neq; obſcurũ eſt quicquã ab Hippocrate dictũ. Quatenus autẽ, in pluribus quidẽ menſtruis ſimpliciter dixit fieri morbos,neque,ex utero,adiecit:in defectu aũt

eorum

A eorum iſtud adiunxit; dignum eſt inquiſitione, nunquid in utriſq; affectibus dictis,cõmuniter, ex vtero,ſubintulerit,an tantum hoc proprium ſit defectus menſtruorum.Hoc autem ſcire exquiſite,eſt impoſſibile,niſi omnes nouerimus cauſas,ob quas vel plura,quã opus ſit,vel paucio ra veniant mẽſtrua.Poſſibile eſt igitur immodicas fieri mẽſtruorũ euacuationes ,ſi ora vaſorũ , quæ pertingunt ad vterum,vltra modũ aperiantur:& ſi ſanguis vel calidior,vel tenuior fiat : & ſi totum corpus propter malum habitum aliquem aggrauetur ſanguine, quẽ, licet modũ naturæ conuenientem non excedat,expellit ad venas, quæ in vtero ſunt,ut in rheumaticis diſpoſitionibus accidit ex una parte ad aliam. Eadem vero mẽſtrua poſſunt fieri pauciora,vel quia uenæ ferentes ad vterum menſtruam purgationẽ , comprimuntur : uel obſtruuntur ob craſſitiem ſanguinis,ſiue frigiditatem,& robur ipſorũ,quæ in vtero ſunt,uaſorum,adeo ut , quod influit , non admittant. Quodcunque autem horũ fuerit, neceſſe eſt proceſſu temporis , & ipſum uterũ pati,aut ſimilem inflammationi diſpoſitionem, aut eryſipelati,aut duro tumori,aut cãcro:quibus denuo totũ compatitur corpus. In immodicis uero euacuationibus nulla talis accidit uteris paſſio, adeo ut per compatiendi rationem totum corpus vnà laboret : quare fit ueriſimilius in ſola retentione menſtruorum dixiſſe Hippocratem,morbos contingere ex utero .

B 58 *Recto inteſtino,aut utero inflammationem patiente,vrinæ ſtillicidium ſuperuenit : & renibus purulentis vrinæ aduenit ſtillicidium : ‖ hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit .* 7.Aphor.17.55.b

Quando aliquis parum,& frequenter mingit,hæc paſſio,ſtrãguria,i.urinæ ſtillicidium nominatur:& fit aliquando ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in ueſica,nonnũquam uero ex acritudine urinæ:imbecillitas ergo fit propter intẽperaturam, & aliquẽ tumorem præter naturam: acritudo autem uel propter renum paſſionem , uel quia talis ad ipſos uenit ex uenis ſuperfluitas ſeroſa percolata. Recte itaque Hippocrates inquit,urinæ ſtillicidium recto inteſtino,& utero inflãmationẽ patiente,& renibus ſuppuratis aduenire:In recto quidẽ inteſtino & utero,per compatiendi rationẽ ueſica patiente:in renibus autem purulentis,pure per ueſicam euacuato . Hoc igitur ſui acritudine mordens ueſicam,excitat ad excretionẽ:In uteri autẽ, uel recti inteſtini inflammatione,uicinitatis ratione pati ueſicam eſt neceſſarium , ut quæ & intemperaturã participet & inflammationem,& præterea prematur,atq; anguſtetur à tumoribus præter naturam,qui in illis exiſtunt.Dictum autem eſt à me etiam prius, q; nõ ſimpliciter alterius paſſio alteri ſuperuenire apta eſt,ſed ijs,qnæ magnitudinem habent effatu dignam . Sic igitur & hepati
C inflammationem patienti ſingultus ſuperuenit propter neruorum communicationem, non quidem ſemper, ſed quando ad maximam attollitur inflammationem .

5. Aphor.62. 43.e 59 *‖ Si mulier non concipit,ſcire autem uelis ,ſi conceptura ſit, pannis circunte&am deſubter ſuffias : & ſi odor videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito, quod ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt .*

Verbum,ſuffias,materiam indicat,quæ naturam habet,ut ſuffiri poſſit,thus uidelicet,& myrrham,& ſtyracem,& quæcunque alia talia,quæ calidam habent temperaturã,& ſunt ſatis odorata.Vult enim in totum corpus ferri uim,quæ ab ipſis manat,ut,cum & os & nares attigerit, à muliere manifeſte ſentiatur. In ijs igitur ſolis totum non peruadet corpus qualitas ſuffitorum, quibus durum eſt,ac denſum uteri corpus:cum uero ſit tale,non eſt aptum ad conceptionẽ:ſicuti & paulopoſt ipſe inquiet:Quæcunque frigidos habent uteros, & denſos, non concipiunt . Quod autem in fine aphoriſmi ſcribitur, Scito, quòd ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt , indicat eius rei uſum.Sæpius enim,ut permaneat genus alicuius ſacerdotis, uel regis, ſtudent ciuitates , ut prolem habeant,mares,ſeu feminas,in quibus uel ſolis genus conſiſtat: atque ita, ubi mulieres non concipiunt,quæritur,utrius cauſa hoc accidat , ut facto diuortio mulieres concipiant : &
D hanc Plato in Theæteto innuit eſſe bonarum pronubarum artem . Totus autem ſermo dicetur paulopoſt,quando omnes expoſuerimus, qui ad ipſum pertinent, aphoriſmos .

60 *Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſsibile eſt fœtum eſſe ſanum .*

Et uerbum,purgationes,numero plurali dictum, & ipſi uerbum,eant,adiunctũ,oſtẽdũt non eſſe paucum illum,qui excernitur ſanguis,neqne ſemel,ſed ſæpius,& multum.Qui enim ſemel, aut bis paucus excernitur,in multis apparet abſque hoc,q; fœtus quippiam patiatur.Cum uero nihil deficit multitudini purgationis menſtruorum,& ſeruat deinceps terminum circuituũ per mẽſes,impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum:ſiquidem ille,qui fortis eſt, ad ſui alimentum abutitur ſanguine,qui ex toto corpore ad uteros fertur. Excretio uero,quę in grauidis fit,uidetur ex uenis,quæ in collo ſunt,apparere.Nam ab interioribus,quæ ſunt in cauitate uteri, ſecundæ pendent : quare nihil per illas poteſt in muliebrem ſinum excerni .

61 *Si mulieri ceſſent purgationes, neque horror,neque febris ſuperueniat,& faſtidia incidant : iudica ipſam in utero habere .*

In ijs,quæ recte purgantur,mulieribus, & quibus repente ſine cauſa manifeſta ſupprimũtur purgationes,ſermonem fecit Hippocrates , docens nos ea,quæ plurimę mulieres ipſa experiẽ-

tia didicerunt. Cum enim faſtidium patiuntur menſtruis ſuppreſſis, tunc ſe concepiſſe cõijciũt: E
Fit autẽ faſtidium eadem, qua pica, ratione, læſo ore ventriculi in mulieribus grauidis. Interdũ autem contingit, & propter vitioſos humores totum corpus occupantes, tale aliquid accidere: verum hoc cum horrore, & febre patiuntur, & his diſtinguuntur à grauidis.

62 ‖*Quæcũq; frigidos, & ſpiſſos vteros habẽt, nõ concipiũt. Et, quæcunq; p̃humidos vteros habẽt, nõ concipiunt: extinguitur enim in eis genitura: & quæcunq; ſiccos magis, & adurentes: nam ex defectu alimẽti corumpitur ſemen. Quæcunque vero ex vtriſque mediocrem habẽt temperaturam, eæ fœcundæ ſunt.* deNatura humana com. t. t. 11. 1. 29. e

Si mihi liceret omnibus aphoriſmis ordinem congruentẽ apponere, non eſſem veritus paulo antea dictum aphoriſmum in hunc locũ transferre: vt finito ſermone de purgationibus, ille, qui de ipſis eſſet vteris, deinceps ſcriberetur, docente ipſo, quot modis mulieres ſteriles fiãt. Primus igitur in ipſis erit aphoriſmus, in quo dixit, ‖Si mulier non concepit, ſcire autẽ uelis, ſi cõceptura ſit, pannis circuntectam deſupter ſuffias. Secundus autem iſte, qui nunc eſt nobis propoſitus: cuius ſumma eſt, quòd bene temperati uteri ad cõceptionẽ ſunt idonei: male aũt tẽperati, ſi parũ à bonitate recedũt, difficulter cõcipiunt: ſin nimium, mulieres ſteriles reddunt. ita ut ſimul etiam detur intelligi, unde uiri ſint ſteriles: ſed hoc multos latet. Qui uero ea, quæ dicta F
ſunt, diligentius cõſiderat: primum quidem ſciet, quam ob cauſam, & quidam uiri omnino ſteriles ſunt: ſecundo loco, poſt hoc de uiris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, q; ſemper generabunt, etiam ſi cum malam habentibus coeant: de habentibus autẽ malã temperaturam, q; cum ſolis contrariam temperaturam habentibus coeuntes, gignent. Prius autem dicetur de mulieribus ſterilibus, quarũ uterus ſtatim ab initio eſt male tẽperatus, exuperãte ſcilicet, uel una primarum qualitatum, uel duabus: quẽadmodũ in cõmentarijs de tẽperaturis determinauimus, oſtendentes octo eſſe numero omnes intemperaturas, ſimplices quidẽ quatuor, quarum & nunc Hippocrates meminit, compoſitas autem alias quatuor, his ſimplicibus inuicem complicatis. Vbi igitur immodica frigiditas exuperat adeo, ut uterus ſpiſſior efficiatur, anguſta quidẽ ſunt ſummopere in ijs ora uaſorum, quæ ad ipſum pertingunt: mulieres uero ſteriles redduntur, cũ ſecundę non poſſint uaſorum orificijs adnaſci, neq; ſi hoc fiat aliqñ, poſſit bene nutriri cõceptus: uel .n. nullo modo fiunt in hiſce mulieribus purgationes, uel omnino paucę, & hæ ipſę uitioſę, ſolo tenuiore atq; aquoſiore ſanguine perlabẽte. Sed & hęc quoque ora facile obſtruuntur cũ propter natiuã anguſtiã, tũ quia magna ex parte hę mulieres humorem aggregant pituitoſum: ſiquidem & corpus totũ, ut plurimũ, eſt uteris ſimile. Contingit G
autẽ & maris ſemen in talibus uteris refrigerari, niſi ſit natura calidiſſimũ. De prima itaq; frigida tẽperatura Hippocrates fecit mentionẽ, inquiens, Quæcunq; frigidos, & ſpiſſos uteros habent, Non per Iouem uolens ſimul coniungere in ipſis cum frigiditate denſitatẽ, ueluti ſi ſiccitatem, aut humiditatem addidiſſet. Harum enim neutra ſemper conſequitur frigiditatẽ: & propterea ipſi modo una, modo altera adiungitur. Denſitas uero ex neceſſitate ualde frigidos uteros comitatur, ob quam nõ poſſunt cõcipere, ut diximus. Quare ita ſermonẽ totũ huius aphoriſmi accipiemus. Quæcunq; frigidos uteros habẽt, nõ cõcipient, propter ſubſtãtiæ ipſorũ ſpiſſitudinem. Cur uero ſpiſſitudo aduerſetur conceptioni, dicere prætermiſit, ut nobis potẽtibus intelligere. Et quæcunque uteros nimis humidos habent, nõ cõcipiunt: extinguitur enim genitura, quẽadmodũ in terra paluſtri cerealia ſemina. Et quæcunque ſiccos ſiue adurentes habent uteros, propter defectum alimenti non concipiũt. Nam in ſiccis uteris tale quiddã accidit, quale, ubi aut arenæ, aut argilloſæ terræ, aut petroſæ mandantur ſemina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale, ubi ualde calidæ terræ ſemina cõmittunt, quẽadmodũ in æſtibus ſub Cane contingit. Sic itaque quatuor qualitatum Hippocrates meminit, ſingularũ ſeorſum facultatem exponẽs: ut, ſi qñ inuicẽ miſceantur, manifeſta ſit earũ cõmiſtio. Poſt hæc autẽ in- H
quit, Quæcunque uero ex utriſque modice temperatæ ſunt, fœcunditatẽ habent. Ex quibus autem utriſq;? non profecto ex qualitatibus, (ſunt enim quatuor) ſed, quæ ſunt ſecundũ ipſas, oppoſitionibus. Sicuti enim dictũ eſt in libris de temperaturis, una quidẽ eſt bona temperatura, miſtis modice inuicẽ calido, ac frigido, altera uero humido, ac ſicco: & fieri poteſt, ut ſit aliquis uterus ſecundum unam quidem oppoſitionem bene temperatus, ſecundũ alteram uero, male. Sed, ne mulier cõcipiat, poteſt uel altera efficere intemperatura. Mulierẽ uero eſſe fœcũdam, ſine ambabus bonis temperaturis eſt impoſſibile. Hippocrates itaq; ſicuti totum ſermonẽ anteriorẽ de mulieribus ſcripſit, ſic & nunc dictũ de ijs, quas habẽt uteri, temperaturis cõſcripſit, nec tamen addidit de uiris ſermonẽ, uel quia promptũ nobis ſit ex ijs, quæ dicta ſunt, eaſdem intemperaturas ad ſemen transferre, uel quia diſtulit in poſterũ, ſed poſtea oblitus eſt. Quidam tamen alterum deinceps aphoriſmũ de maribus aſcripſere, cuius initiũ eſt, Similiter & in maribus, Sed probatiſſimi aphoriſmorum expoſitores aiunt, ipſum ab Hippocratis mente, & elocutionis modo manifeſtè deficere. Ac proculdubio ad proportionem illorum, quæ de mulieribus Hippocrates ſcripſit, licet nobis ad uiros trãſeũtibus dicere, q; uel propter tẽperaturę frigiditatem non bene ſemen cõcoquitur: atq; ideo, ſi mediocris ſit intemperatura in ipſo, indiget utero

Supra, aph. 59.

calido

A calido ſufficienter.Sin immodica ſit,eſt omnino infęcũdũ,vel propter humiditatẽ rurſus nõ cõ coquitur: & hoc etiã indiget,ſi modica ſit intemperatura,vtero calidiori ac ſicciori : ſin immodica,infęcũdũ eſt.Eodẽ modo & propter excedentẽ calorẽ ſemen fit toſto ſimile. Ob ſiccitatẽ vero,vbi primum excidit,neq; extendi poteſt : quod maxime eſt neceſſarium ſi mulier debeat concipere.Oſtenſum eſt.n.in libris de ſemine,niſi per vteri cauitatẽ parte plurima ſemen extẽdatur,mulierẽ non concipere. His igitur veluti quibuſdam elementis à nobis aſtructis, deinceps dicamus id,quod paulo ante dicere diſtulimus,quod etiã à Platone in Thęeteto proponit. Inquit.n.hoc eſſe maximum opus obſtetricũ,ſcire coniungere inuicem corpora apta ad cõceptionẽ,quod nunc in ſermone dictum eſt: & ſimul poſſe diſcernere qui viri ſint infœcundi, & quæ mulieres ſteriles.Nam immodicæ intemperaturæ,horũ ſunt cauſæ:Modicæ vero ſi ſint, & contrarijs coniungantur,tunc concipient mulieres:ſi uero ſimilibus,non cõcipient.Neq; enim fieri poteſt,vt frigidius ſemẽ in vtero frigidiore ſit fertile: quemadmodũ neq; ſiccius in ſiccior̃e:idem & de duobus alijs ſentiendũ:ſed indiget ſemen quidem frigidius vtero tãto calidiore, quãto deficit ab optima tẽperatuta:& humidius ſicciore:eodem modo,& in alijs.Cognitio au tẽ omniũ immodicarũ vteri intẽperaturarum eſt,quam pauloante dixit Hippocrates in ſuffitu,
B qui per aromata fit.Frigiditas.n.ſpiſſitudinis ratione nõ permittit vſq; ad os,& nares ferri aromatũ exhalationẽ:eodẽ modo & ſiccitas.Humiditas uero ſicuti ab ipſo dicta eſt extinguere geniturã,ſic & aromatũ qualitatẽ.Reliqua eſt uehemẽs caliditas †ſiq dẽ ea ratione ꝙ vincit,aromatũ facultatẽ alterat,atq; corrũpit:ac propterea nõ permittit ipſã ſeruantia ſui naturã ſincerã circa os & nares ferri. de hiſce naturis ex ſuffitu aromatũ ſufficiẽs cognitio pręſtabitur.Si vero non poteſt hęc ſufficiẽter haberi ex alijs indicijs nobis erit talis natura inueſtigãda,hoc ipſum primum cognoſcentibus,ꝙ rara admodũ eſt huiuſcemodi temperatura in mulieribus. ſiquidẽ fœmina eſt mare natura frigidior. Vnde ob hoc ea, quã facit Hippocrates ex aromatũ ſuffitu dignotio,in ſterilibus mulieribus vtiliſſima eſt,vel quia oĩs immodica intẽperatura iſti ſubijcitur,vel quia rariſſime una ipſam ſubterfugit in mulieribus illis,quæ tenues apparent,nigræ, & hirtæ:ita ut ex his ſignis percipiatur earum immodica intemperatura ſine ſuffitu aromatum.

† *Cod. Leoniceni,& Laurẽtiani habebat* εἰ μὲν τῷ νικᾶν τὴν τῶν ἀρωμάτων, *&c. Sunt qui ex impreſſis græc.ita vertant non male. quę ſi odorum vim alterabit, & corrumpet, atq; propterea ipſum ſeruata ſinceritate non permittet ſubuehi ad os, & nares: ſatis tũ in his etiam caldiorib.naturis eſſe poterit ad ſterilitatis cognitionẽ aromatum ſuffitus:ſi uero hæc ꝓſtare nequeat ex alijs, &c.*

63 *Similiter autem & in maribus. Aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os,vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concaleſcit ita,vt ad hunc colligatur locum : vel propter caliditatem hoc idem accidit.*

C

Qui hunc interpoſuit aphoriſmũ,neq; proprias voces intellexit.Nã cũ profiteretur eundem in viris ſermonẽ ſe facturum,ſicut Hippocrates in mulieribus ſcripſerat,non fecit hoc.Cum.n. ille de quatuor intemperaturis feciſſet mentionẽ,oportuit hunc etiam quatuor in maribus, ut nos fecimus,in mediũ adducere:verum non ſic iſte, ſed primum quidem corporis raritatẽ ſtatim damnat,quæ in mulieribus fuit prætermiſſa.deinde nec eius ſermo,ſi ipſe ſeorſum diligentius examinetur,verus deprehendetur. Conſpiciũtur ſiquidem viri non pauci,qui licet corpus rarum habeant, ſemen tamen habent fœcundiſſimum.neque id mirum. Raritas ſiquidem corporis in calidioribus vnà atq; humidioribus prouenit tẽperaturis,quę potiſſimũ plurimo ſemine fœcundiſſimo abundant.Nam & materiã habent ex qua ſemẽ generatur copioſum, & vim à qua concoquitur.Eiaculatur aũt ſemen vaſorum ſeminaliũ intentione compreſſum, non ſpiritus occurſu propulſum.ſiquidem ſubſtantia ſpiritualis cum humore miſcetur ſeminis, quæ & ipſa indiget exprimentibus,ſicut & humor:qui tantum ſiccum * ſuperexcedit, quanto & celerius foras eijcitur,& ad longius ſpacium fertur. Hæc igitur ſunt ab eo ignorata,qui aphoriſmũ adiecit,& pręterea cum ait humorem propter ſpiſſitudinem non exire foras.Si enim alium humorem à ſemine dicit, ſermo delirus eſt. Si uero ait ſemen propter corporis totius ſpiſſitudinẽ non exire foras,ignorat omnino quæ ſit ſtructura inſtrumentorum, quæ ſeminaria vocantur. melius enim fuerat ipſorum cauſari anguſtiam. Sed & quod deinceps eſt dictũ, vſq; ad aliquid verum,non habet id quod ſequitur,intelligibile. Nam ꝙ propter temperaturæ frigiditatẽ ſemẽ non concaleſcat,ac propterea ſit infœcundum,verum exiſtit: ꝙ autem colligi nequeat ad locũ hunc,ſuperfluo adiectũ eſt, præter id ꝙ neq; locus ab ipſo explicatur,ſed à nobis intelligendus relinquitur:& tamen id uerbum,hunc,ad ea quæ prius dicta ſunt,habet relationẽ.Sed hæc quidem parua ſunt:Qui uero circa finem error, eſt magnus, cum dicat, propter ipſius caliditatem hoc idem euenire.nam manifeſte ad illud quod antea dictum eſt,ſermo iſte refertur. Dictũ autẽ antea fuit,ꝙ propter frigiditatem non adeo concaleſcat, vt ad hunc locũ colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concaleſcere,neque colligi in uaſis ſeminarijs ſemen. Hoc autem eſt aperte abſurdum.Nam torreri,aut aſſari,aut tale aliquid ſemen pati propter calorem,rationem habet:non concaleſcere autem, eſt omnino perabſurdum.

*Al.humorẽ.

64 *Lac dare caput dolentibus malum:malum vero & febricitantibus, & quibus hypochõdria ſuſpẽſa murmurant,& ſiticuloſis:malum autem & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus*

ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem & tabidis non ualde multum febricitantibus dare, et E
in febribus longis, & paruis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

Quòd lac facile alteretur,& ꝙ duplicẽ habeat alterationem : qñ pluri quidẽ adhæret calori, ſtatim in nidorem abiẽs:qñ autẽ pauco,cito aceſcens:tibi licet perdiſcere, partim ſtatim cũ ex mãmis excidit,ad ignẽ elixanti:partim ipſum iacere per ſeipſum permittẽti. Nam & elixatum in nidorẽ abit,& ſibi dimiſſum oĩno aceſcit cito,vel tarde.Sic aũt & in ſanis,ſi non bene cõcoquatur,in quibuſdã aceſcit,in quibuſdã aũt in nidorẽ abit. in ventriculo quidẽ frigidiore prorſus aceſcit,in calidiore vero in nidorẽ abit.Lac vero bene cõcoctũ nutrit, & bonos facit humore:& dum concoquitur,pariter attollit hypochõdria, ac caput petit.Hos effectus , & paſſiones in ſanis etiam videbis.Verũ quæ ægrotis accidunt,percurrit Hippocrates : quæ ſemper quidẽ experiri uolentibus manifeſtanť:& poſſunt etiã ante experientiã cognoſci.Vbi enim in ijs,qui integra ſanitate fruunť,videmus lac capiti dolorẽ afferre,& hypochondria inflare: non eſt admirabile,colligere, ꝙ ijs qui iam caput dolent,vel ſuſpenſa habent hypochondria ſit inimiciſſimũ.Recte aũt dixit hypochondria ſuſpenſa,licet dicere potuerit inflata,& flatuoſa.Neq;.n.hęc ſola poteſt lac offendere,ſed & alia oĩa,quæ ſunt quouis modo ſuſpẽſa, ꝓpter aliquã talẽ,qua- F
lis eſt inflãmatio,vel eryſipelas,vel tumor prædurus,vel laſſus,paſſionẽ.Adhuc aũt magis ſi abſceſſus nõdũ ſit in hypochõdrio diruptus,eſt.n.his etiã lac inutile. Hæc itaq; oĩa vno verbo ſignificat Hippocrates,inquiẽs:hypochõdria ſuſpẽſa.Nocere aũt ait & murmurãtibus lac,q̃ alia ſunt ab inflatis,& diſtẽtis.flatuoſa ſiquidẽ ac vẽtoſa & hæc ſunt. Maior itaq; offenſio diſtentis hypochõdrijs obuenit,minor vero murmurãtibus:ſed tñ his quoq; lac eſt inutile. aceſcit.n. in ipſis.Serũ tñ lactis ſale,& melle cõdiẽtes,plurimis talibus exhibuimus, ꝙ & iuuati ſunt eorum aluo ſubducta.Sitientibus quoq; malũ inquit lac eſſe. euaporat.n. in ipſis, ſiue natura ſiticuloſi ſint,ſiue ex aliqua occaſione ſitis aduenerit. Et bilioſa deijcientibus, in quibus etiã dicerẽ ipſe lac in nidorẽ abire:nõ minus quã in ijs qui talia euomũt. Nã in vniuerſum didicimus q̃ celerrime ab oĩbus cauſis calidis lac ad nidoroſum alterari. Rationabiliter itaq; & ijs qui acute febricitãt,nocet.mihiq; videť ſermo melius in hũc modũ ſe habere, Malũ aũt & qbus bilioſæ deiectiones,& acutis febribus. Neq;.n.ambobus ſimul iũctis tãtũmodo noxiũ eſt lac, ſed ſeorſum in vtroq;.His igitur paſſionibus lac plurimũ aduerſatur. Vtile aũt eſt ijs quæ ſequũtur,de qbus eſt ab Hippocrate ſcriptũ in hunc modũ,Conuenit autẽ tabidis nõ valde febricitantibus dare. Nam primũ de tabidis facit mẽtionẽ.Intelligendũ autem eſt ipſum ita nominare illos,qui tabẽ G
ex vlcere pulmonis patiũtur. Nã alios qui alia ex cauſa ſunt extenuati , ipſe deinceps nominat iu uerbis illis quorũ initiũ eſt,Et in febribus paruis.Cõmune aũt in omnibus qui lacte indigẽt, ꝙ cibus bonum generans ſuccũ,& qui cito per venas diſtribuatur,illis eſt neceſſarius.Neq; mirandũ eſt ſi lac dicimus bonũ ſuccũ generare,etiã ſi aliquid habeat flatuoſum. Nam in uniuerſum,bonũ ſuccũ generare dicimus quæcunq; poſt coctionem ad bonũ humorẽ tranſmutãtur , hoc eſt ad ſanguinẽ.hic enim humor eſt nobis amicus. Cur autem cũ dixiſſet , Cõuenit autem tabidis,adiecit,Non ualde multum febricitantibus,mihi uidetur dignũ inueſtigatione non parua:nam ſufficiebat etiam ſine valde dicere. Nunquid igitur, & multũ febricitantibus lac exhibet:ſolis autẽ ijs q ualde multũ febricitãt,haudquaquã exhibet?an ab aliquo adiectũ fuit uerbum,ualde,ſicut & pleraq; alia?Hæc ita quiſpiã per ociũ inquirat. Sciat autẽ hoc nunc à nobis diſcens, multum febricitantibus lac dãdũ non eſſe. Miror autẽ quomodo in illis, in quibus lac dari iubet,aſcripſit,Si nullum ex ſupradictis ſignis affuerit , cum ſit à doctrina aphoriſtica alienum:id enim erat ex ijs,quę prius dixerat,cognitum,etiam hoc non adiecto,ꝙ dandũ eſt tabidis,& præter rationem extenuatis,lac,niſi caput doleat,aut hypochõdria intumuerint,aut bilioſæ ſint deiectiones,aut tale aliquid aliud ipſis adſit. An,non ſimpliciter , neq; ſemper ſeruare H
breuitatem uidetur Hippocrates , ſed in quibus magnũ aliquod periculũ imminet ſi negligentius,quod ab ipſo docetur, accipiatur,in his bis terve repetere eadem non ueretur ?

65 *Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur valde, neq; inſaniunt: verum his euaneſcentibus, derepente quibuſdam à tergo conuulſiones, & diſtentiones fiunt: quibuſdam ante inſania , vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſint rubicundi.*

Omnes præter naturã tumores Hippocrates œdemata,ideſt inflationes, nominat, ſub qbus uidelicet etiam inflammationes continentur : ſaneque hoc ipſum nomẽ inflammationis antiqui omnes magis inflamminibus,etiam ſi ſine ullo ſunt tumore,adaptabant. Quod igitur diciť, tale eſt:Quibus tumores ulceribus aduenĩunt,non admodũ conuelluntur,neque inſaniũt.Hoc autem indicio eſt,ꝙ nonnulli quidem in ipſis conuellũtur,& inſaniunt, ſed raro hoc patiuntur, qñ uidelicet magnitudinẽ effatu dignam , uel malignitatem aliquam aſſumpſerint. Si uero tumores derepente euaneſcant,cõuulſiones,ac diſtẽtiones,qñ in partibus poſterioribus, hoc eſt in dorſo,ulcera fuerint.Quę uero deinceps dicunť,ſi in partibus anterioribus fuerint, cõſequi

dicit.

A dicit. Posteriora siquidem neruosa sunt, anteriora autem uenosa atq; arteriosa. Quando igitur ab ulceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalē se cōtulit: in partibus quidem neruosis posterioribus conuulsiones fient, ac distentiones: (nam hæ sunt neruorū passiones) in anterioribus uero insania, si ferat̄ ad caput: lateris autē dolor, si ad thoracē humor conuertatur. Sæpius uero, & hi suppurantur, si humor non dissolutus fuerit. Difficultatem uero intestinorum fore inquit, si tumores rubri fuerint, & repente discedāt: illam dico intestinorum difficultatem, quam sanguineam nominant, quæ est sanguinis euacuatio per intestinum absque exulceratione. Quòd igit̄, si uel in dorso, uel in partibus anterioribus illi oppositis cōtigerit aliqñ tumores de repente euanescere, in tales ægri incidunt passiones, nos uidimus: nō tamen ipse nobis Hippocrates manifestauit, an de his partibus solis loquatur, an simpliciter de oībus, ita ut crura ēt, & brachia hoc sermone comprehendantur. In tibia itaq; non sunt in partibus anterioribus musculi in chordas ualidas definentes. In coxa uero in partibus genu anterioribus maximā uidemus chordā, ob quā per cōpatiendi rationē rationabile est magis sequi conuulsionē, q̄ ob aliquem musculorum, qui sunt in partibus coxæ posterioribus. Sunt enim omnes carnosi. Quare uerum non uideretur id, quod uniuersaliter ab Hippocrate dicitur, q̄ ex partibus tātum
B posterioribus accidunt conuulsiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri non in cruribus modo, sed etiā in brachiis, forte quoniam hæ partes omnes è directo sunt dorsalis medullæ. Nascuntur autem ab hac, & membrorum extremorum, & spinalium musculorum nerui.

66 ‖ *Si in uulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum.* 2. Epid. sect. 3.

Potest, & ultimo aphorismi uerbo, malū, adiungi ingens: potest & priori parti coniungi. Fiet enim sermo talis: vulneribus prauis existētibus, si tumor non appareat, ingēs est malū. Vel talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor ingēs non appareat, malum. Cōtingit aūt, & uerbū ingens, cōmuniter dici, ac si ita dixisset: Si uulneribus prauis existentibus, tumor ingens non appareat, ingēs est malū. Melior uero ex tribus sermonibus meo quidē iudicio hic est: Si uulneribus prauis existētibus, tumor non appareat, malū est ingens. Dictū aūt est & antea, q̄ tumor (græce œdema) ab ipso generaliter dicitur de oībus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici existimādum est, quæ sunt in capitibus, aut finibus musculorum, & maxime neruosorū. Nā in capitibus musculorum, musculis nerui inseruntur, ex finibus autem chordæ oriuntur. Sicuti
C igit̄ paulo prius damnabat oēs tumores derepente euanescentes, ita nunc illos, qui neq; omnino adueniūt uulneribus prauis. Nā & in his suspicādū, ne humores ad uulnera defluētes, ad partes principaliores transmeent. Hoc in illis p̄sertim fieri uulneribus est existimādū, in q̄bus adest quidē dolor, & propter ipsum omnino aliquid influit, sed à medicis reprimit̄ ualde infrigidantibus, aut astringentibus medicamētis: nā, si dolor abst, neq; fluxio mouetur. Maxime autem dolores patiuntur partes neruosæ, quæ per medicinas calefaciētes, atq; exiccātes curari desiderāt.

67 *Molles boni: crudi uero mali.*

Hic sermo pars est antecedentis, docēte Hippocrate omnes tumores, quicunq; molles sunt, bonos esse, contrarios uero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum atque renitens: Hippocrates uero crudum ipsum nominauit. Neque enim fieri potest, ut sit tumor renitēs, bene cō coquente membri natura humores ad ipsum confluentes.

68 ‖ *Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest.* 5. Epid. com. 2. t. 27. 3. 165 c

D Non solum studet Hippocrates, ubi sit opus, euacuare, sed cum auersione. Auersio autē ad cō traria fit, secundum longitudinem quidem supra & infra: secundum latitudinem uero hinc & inde, hoc est à dextris & à sinistris: secundum altitudinē uero ante & retro. In doloribus itaq; partis capitis posterioris, cum auersione nūc euacuatio ex fronte fiet: sicuti anterioris ex occipite. Sic itaq; diuturnæ oculorum fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secundum occiput sanguine misso, unà cum cucurbitulæ usū.

69 ‖ *Rigores incipiunt mulieribus quidē ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & viris parte corporis posteriore magis: quàm anteriore, veluti femorum, cubiti. Sed et cutis rara: indicio autem est pilus.* de Tremore palpit. & c. 3. 53. h 2. Epid. sect. 3. & 6. Epid. com. 3. t. 19. 3. 174 e

Rigores omnes incipiunt quidem cum sensibili frigore: paratiores autem non solum ad suscipiendam, sed etiā sentiendam frigiditatem, sunt dorsi partes: quare non absque ratione hinc rigores inchoant: & hi citius fiunt mulieribus, quoniam fœmina est natura frigidior atq; imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum, scilicet caput, celerrime facta per spinalem medullam compassione, quoniam & ipsa, natura frigida est, sicut & cerebrū, & propter substantiæ mollitiem, ut cerebrum, alterationem facile suscipit. Ex partibus autem anterioribus rigores non inchoant, quoniam calidiorem habent, q̄ partes posteriores, temperaturā:

huiusq;

huiusq; argumẽtum sumit ex cutis raritate: rursusq; raritatis ex pilorum multitudine. Dictum E est autem à me de generatione pilorum sufficienter in commentariis de temperaturis.

6. Epid. com. 6, t. 7. 3. 197. c. 70 ‖ *A quartana capti, non admodum à conuulsionibus capiuntur. Si uero prius capiãtur, & quartana superuenerit, liberantur.*

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulsio, acutissima est, & pernicios issima: quæ uero ex repletione partiũ neruosarum, qualis in morbo comitiali, neq; acutissima, neq; simpliciter periculosa. Meminit autem Hippocrates nunc non de tali conuulsione. nam uerba capti, & capiuntur, longitudinem temporis ostendunt. Hanc itaq; conuulsionem quartana non solum prohibet fieri, uerum si præfuerit, soluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitosis, qui partibus neruosis inserti sunt. Cum uero horũ humorum duplex sanatio sit excretio scilicet, & coctio, ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore, (hæc enim sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem) concoctionem uero caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.

2. Epid. sect. 2. 71 ‖ *Quibus cutes circuntenduntur aridæ, & siccæ, sine sudore † moriuntur: quibus uero laxæ, & raræ, cum sudore moriuntur.*

* τελευταὶν. quã deiectionẽ pilotheus accipit pro iudicari uel ad uitã, uel ad mortẽ: si enim euphoria ipsos consequatur, ad sanitatem: si uero dysphoria, ad mortem.

F

Morituri qui quidem squalidas, duras & siccas habent cutes, & extentas: sine sudore moriuntur: qui autem contrario modo, laxas uidelicet, & molles, & raras, cum sudore moriuntur. prioribus siquidem humiditas uel omnino deest, uel cuti: aliis uero, & cuti inest.

72 *Qui regio morbo laborant, non multum uentosi sunt.*

Ventosos ab ipso nunc dici est existimandum illos, qui in uentre colligunt multitudinem uẽti flatuosi, qui uel per ructus, uel flatus excernitur, uel remanet, & extendit, quæ ibi sunt. Fit aũt hoc nonnunquam quidem ob debilitatẽ, & imbecillitatem partium ad uentrem attinentium, nonnunquam uero ex pituitoso, & frigido humore. Hi itaq; qui propter pituitosum humore uẽtosi sunt, cõtrarii sunt laborantis regio morbo, qui ex bile accidit. Quare hi nunquam ob humoris exuperantis naturam uentosi fiunt. Contingit aũt ipsos ob partium imbecillitatem fieri aliquando uentosos. Quare sermoni adiecit, non admodum perpetuitatem quidem negationi adimens, ostendens autem maiori ex parte quod prius dixerat, fieri. Neq; enim admodum inuenire contingit regio mobo laborantes, habere partium ad uentrem attinentium imbecillitatem. G

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARIVS SEXTVS.

6. Epid. sect. 2. ‖ *IN lõgis læuitatibus intestinorũ, si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signũ bonũ.*

Læuitas intestinorum (græce λειenteria) est uelox exitus eorũ, quæ comeduntur atq; bibuntur: quæ talia deiiciuntẽ, qualia fuere deuorata. Siquis uero uellet breuiorẽ afferre definitionẽ, diceret esse priuationẽ coctionis, cũ neq; quoad consistẽtiã, neq; quoad colorem, uel odorem, ullamve omnino qualitatem, in uentriculo facta fuerit mutatio ciborũ. Tale aũt nomen hæc passio sortita est, existimantibus illis, qui prius talem ei indiderunt appellationẽ, fieri ipsam propter intrinsecæ superficiei intestinorũ lęuitatem, ob quam cibos qui continentur in eis, nõ amplius apprehendunt, ut cum suam seruant sibi à natura inditam asperitatem, retinebant. In pluribus itaq; aliis, qui primi nomina rebus imposuere, quamuis sint collaudandi: nõ tamen eos in læuitate intestinorum accepto, cum ignorauerint, quod ipsius uẽtriculi proprium est cibos amplecti, ac se circumstringendo, certo tempore detinere, & rursus ad inferiora dimittere. Et, sicut in uesica fit urinæ stillicidium, nõ expectante, ut illa colligatur, sed statim tanquam mordẽtem, aut aggrauantem expellente: sic & in uentriculo ueloces exitus: hi enim sunt communes oĩum excretionum causæ: quasi illi sciuissent, qui primi hanc passionem, læuitatem intestinorum nominarunt, talem de ea opinionem abiecissent, & uice eius, totius uentriculi, atq; intestinorũ imbecillitatẽ in causa posuissent, ob quam hæ partes corporis grauatæ à cibis assumptis, ipsos cõfestim excernunt. Fieri uero potest etiam aliquãdo, ut à quorundam humorum mordacitate in superficie exulceratis fiat hæc passio: etsi ipsa uis non multum patiatur: nam & tunc erit necessarium, ut permeantibus cibis, partes exulceratæ dolorẽ sentiant, atq; ideo deorsum illos propellant, & à seipsis quàm citissime emittant: quo in omnibus partibus facto, uelocitas exitus subsequetur, & nullum fiet initium coctionis: uerum tali intestinorum lęuitati cuiusdã morsus inerit sensus. In illa uero quæ accidit propter uentriculi, atq; intestinorum imbecillitatem, absq; ullo doloris sensu fient deiectiones. Adest autem, & hæc haud parua utriq; differentia. Quæ enim fit

H

ex

A ex humorum acritudine in uentriculi, atq; inteſtinorum abraſa ſuperficie, ceſſante humorum prauitate ſtatim ſanatur cibis,ac potibus,qui uim adſtringendi habent.Quòd ſi longiori tempo re perſeueret,in alteram paſſionem , quæ dyſenteria,id eſt difficultas inteſtinorum nominatur, tranſmutatur. Quæ autem potẽtiæ retentiuæ ſequitur imbecillitatem,omnino quidem fit ex in temperatura,ſed uel ipſorum corporum,quę iam habitum quendam non facilem ſolui cõtraxe runt,eſt diſpoſitio,uel propter humorem aliquem,qui in uentriculo, atq; inteſtinis continetur, euenit,ex quibus humoribus unus eſt pituita.Vnde & acidos ructus,qui tali paſſione laborant, habent,quos Græci oxyregmias nominant,qui & ſine aliqua pituita qñq; in uentriculo frigidio re fiunt:& in quibuſdam læuitatibus inteſtinorum,quæ ex frigiditate ortum habent, una fiunt, ſed progreſſu temporis ceſſant.Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in uentriculo retinẽ tur,procedente autem,atq; aucta paſſione,neq; hoc tempore retinentur.In quibus igitur paruo remanent tempore,fit quoddam uelut initium coctionis, & propter hoc non ſortitur effectum. Nos uero didicimus fruſtrationes coctionis ex frigiditate proueniẽtes,ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium:neq; ulla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neq; ructus acidi,niſi pituita,ac præſertim acida in uentriculo abundet Propterea Hippo
B crates non ſimpliciter dixit bonum eſſe ſignum acidos ructus in læuitatibus inteſtinorum , ſed primum quidem in longis adiecit,quaſi cum incipientibus,ut dictum eſt,ſæpius unà eueniant : deinde,ubi prius non fuerint,inquit,Quæcunq; enim à pituita uentriculum refrigerante fiũt læ uitates inteſtinorum,ſemper cum ipſis ſunt acidi ructus,ut† caſus quidam.Illis igitur,quæ neq; incipiunt,neque ex pituita fiunt,nõ inſunt acidi ructus.quòd ſi quando fiant, ſignificat tantum iam tempus cibum in uentriculo retineri , quòd principium mutationis accipiunt , & naturam ſuorum operum reminiſci . Hactenus mihi uideor expoſitoris officium ſatis impleuiſſe . Siquis autem eorum,quæ dicta ſunt,uult capita omnia ſcientifice comprehendere : in tractatu,qui de potentiis naturalibus inſcriptus eſt,non paucas habet de uentriculi uiribus demonſtrationes:in cauſis autem accidentium,de omnibus,quæ uelociter excernuntur.Quoniam uero [a] † Eraſiſtra tus in ſecundo de uentriculo mentitus eſt de medicis ſe ætate ſuperioribus,turbauitque,& con fudit inteſtinorum læuitatis notionem:melius mihi uiſum eſt hæc etiam ſuperaddere,ac primũ
" ipſius Eraſiſtrati uerba ſubſcribere,quæ ita ſe habent:De ea,quæ læuitas inteſtinorum nomina-
" tur,dicendum, quam priores medici in tres partes diuiſerunt,in difficultatem inteſtinorum , in
" læuitatem inteſtinorum,& teneſmon,id eſt tentionem:quidam tamen in iis,quæ excernuntur,
C differentias conſiderantes paſſionis,atque dicentes,quando ſanguinolenta,atq; mucoſa exeũt,
" quæ à uentriculo fuere concocta,tunc difficultatem inteſtinorum nominabant : ſi uero exeun-
" tia cruda,miſta autem ſanguinolentis,atque mucoſis,læuitatem inteſtinorum uocabãt:cum ue
" ro bilioſa miſta cum ſanguinolentis,atque mucoſis excernuntur,tentionem paſſionem appella
" bant.Hæc igitur Eraſiſtratus inquit,neſcio qua ductus opinione , adiiciens crudis excrementis mucoſa,ac ſanguinolenta. Hoc enim nullus appoſuit , neque eorum, qui eius ætate claruerunt medici,uelut Philotimus,Herophillus,& Eudemus, neq; eorum,qui poſt ipſum fuerunt uſq; ad iuniores iſtos Archigenis ſectatores,neq;,quos ipſe citat,priores medici, hoc eſt ipſo Eraſiſtrato ſeniores. Diocles ſiquidem in libro [b] † De curatione , & cauſa paſſionis,ſcribit in hunc mo-
" dum.Tertia fit magna ex parte ex difficultate inteſtinorum:uocatur autem læuitas inteſtinorũ,
" ad quam ſequitur deiectio humida ac ſpumoſa,& cruda,& multa,& cita poſt cibum aſſumptũ,
" ac potum.Praxagoras autem in ſecundo de aſſidentibus,inquit: Inteſtinorum læuitate laboran
" tibus,quoniam lubricum eſt inteſtinum,ieiunum præſertim,neceſſe eſt cito ciborum fieri deie
" ctiones.Poſt hæc deinceps,quòd neceſſarium ſit cito exeuntia,eſſe omnino cruda, Praxagoras ſcribit,maximam quidem paſſionis proprietatem in cita ponẽs deiectione: quòd uero cibi om
D nino incocti permaneant,hoc unum faciens ex iis,quæ neceſſario conſequuntur. Neque enim, quia omnino incocti permaneant cibi,ideo cito deiiciuntur:ſed,quia cito deiiciunttur,idcirco nullam habent coctionem:atque ideo nos,& alii complures medici,citam ciborum nullam habentium coctionẽ,deiectionem,dicimus eſſe læuitatem inteſtinorum. Ad hunc modum, & alii antiqui medici de ipſa ſentire uidentur.Nam in libro De paſſionibus Hippocratis,ſiue eius ſit is
" liber,ſiue Polybi eius diſcipuli,hæc de læuitate inteſtinorum ſcripta inueniuntur: "‖Cibi deii-
" ciuntur imputridi,humidi,abſque dolore,corpus autem extenuatur. Liquet uero fuiſſe morem antiquum uiris iſtis,uocare imputrida,quæ nos incocta nominam[9] . [d] † In libro autem de uictu
" ſalubri,qui,& ipſe Hippocrati aſcribitur,(licet,qui adulterinum cenſent,nõ nulli ad Ariſtonem,
" non nulli ad Philiſtionem,quidam ad Pherecydem referant)ſcribuntur hæc uerba:[e] ‖Patiuntur
" non nulli talia . cibus eis deiicitur humidus incoctus , non propter morbum , ueluti læuitatem inteſtinorum,neque aliquem ipſis affert dolorem.Hi quidem omnes Eraſiſtrato ſeniores . Sed, ut diximus,mille alii,qui omnes Eraſiſtrati ætate,& poſtea uiguerunt,in eandem ſentẽtiam de inteſtinorum læuitate ſcripſerunt.Quare neſcio,qua cauſa ductus de priſcis hominibus mentia tur,illos inquiens arbitrari in læuitatibus inteſtinorum ſanguinolenta, atque mucoſa cibis inco ctis commiſceri.

A† De hoc ẽt libro meminit Gal.lib.de Venæ ſectione ad uerſus Eraſiſtratos cap.4. pag.12.a

B† De paſſione cã,& curatione,& ita uidetur legiſſe uetus ĩterpres impreſſus , & eſt ille liber de quo meminit Gal.3,de locis affectis ca. de Melancholia quarta 18.g.

C in libr.De Affectionibus, ubi de Lienteria.

D† Non ẽ idẽ liber hic, qui inſcribit̃ διαιτητικὸς ὑγιεινὸς τριτος uel ut Gal.in com.1. ſectionis tertiæ primi Epidẽ, περὶ διαίτης ὑγιεινῶν,cũ eo qui inſcribitur περὶ διαίτης ὑγιεινῶν.nam hic liber,de quo hoc ĩloco meminit Gal,eſt tertius liber de Diæta: cuius initium eſt , De diæta hum. &c. Liber ãt de Diæta Salubri ad ietus eſt libro de natura hu. qui ita incipit, Idiotas ita oportet,&c.

E 3.de Diæta ubi de repletione.

Quibus

6.Epid.sect.6

2 ‖ *Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior minus integra sanitate fruuntur: quibus* E *vero contraria, salubrius degunt.*

In siccioribus scd̄m naturam temperaturis nulla omnino superfluitas manifesta, neq; sensibilis per nares effluit ex cerebro, sicuti neq; per cutem sudor, sed illa, quæ à medicis diffl atio occulta nominatur, superflua extenuata in modum uaporis euacuat. Humidioribus uero naturis sensibiles fiunt superfluitates, & p̄sertim cerebri, qm̄ est natura frigidius: eisdemq; geniturā, hoc est semen ipsum, ait esse humidiorē, sicut in siccioribus aquosa humiditate consumpta, crassius ac siccius est semen. Eos igit̄, qui sunt humidiores, siue cerebro tm̄, siue corpore uniuerso, non contingit salubrem uitam, omnis expertem noxæ traducere, uerū continuo destillationibus ex parua occasione capiuntur. &, si superfluitas eis ad inferiora per palatum descendat, partes subiectę offenduntur, fauces, guttur, aspera arteria, pulmo, gula, uentriculus. Tusses itaque in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatesq;, & uentris profluuia est necessarium, non nunq̄ uero & difficultates intestinorum, quando, quod destillat, salsius quodam modo fuerit. Dixit autē, & ipse de his ‖ in libro de aquis, aere, & locis, sicuti, & in libris de ‖ morbis ac ‖ passionibus.

in lib. de Aere aquis, & locis c. 2. 2. 2. et. & c 6. 4. b 1. de Morbis post principium non multis interpositis uersi. in li. de Affectib. ubi de Lienteria. 6. Epi sect. 7

F

3 ‖ *In longis difficultatibus intestinorum, cibi fastidia, malum, & cum febre peius.*

Difficultates intestinorum fiunt quidē ex humoribus acribus. sunt aūt intestinorū exulcerationes primum quidem in superficie abrasorum, progressu aūt temporis, & profundiora habentium ulcera putrilagini, ut plurimum, obnoxia: quo maxime tēpore etiam uentriculus ipsis cōpatiens ad concoquendū ineptus reddit̄: qua offensione magis, ac magis ad superiora ꝓuenente, cum & os uentriculi afficitur, cibum fastidiunt, hoc est non appetunt. Sunt etiā, qui & ab initio non nunq̄ cibum fastidiant ꝓꝓ ichoras fluētes ab hepate, à quibus diximus abradi īntestina, præsertim cum hi amaræ bilis naturam habuerint. Nam pars eorum superfluitans, ad os uentriculi effertur. In longis uero difficultatibus intestinorum, cum hic casus euenerit, mortificationē quandam ipsi iam aduenisse uentriculo compatiendi ratione significat, ex qua omnino interijt appetentia, opus ad uitā necessarium. Si uero unà cum inappetentia febris aduenit difficultati intestinorum, duorum alterum est, uel putredo aliqua circa ulcera, uel digna effatu inflāmatio: atq; ita, ut dictum est, toto iam compatiente uentriculo, ægri se habent exitialiter.

Ibidem.

4 ‖ *Vlcera circumglabra, maligna sunt.*

G

Quando uel pilos uideris, defluentes a circūiacētibus ulceri locis, uel cutē squamulas è summa parte dimittere: scito ijs: qui ita se habēt, prauos humores ad partē confluere, qui ulcus erodunt. Neque enim, si radices quidem pilorum possunt corrumpere, loca ulcerata ad cicatricem peruenire sinent.

5 *Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atq; alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.*

Perdiscere oportet non modo locum dolentem, qualis nam sit, ‖ sed & magnitudinem doloris in eo, quanta sit. Hoc autem confert, & ad loci patientis dignotionem, & ad præcognitionē eorum, quæ circa ægrum futura sunt, & præterea ad curationis inuentionem. Si ergo in latere magnus fuerit dolor, primum hic esse non potest, quin patiatur membrana, quę subcingens nominatur: scd̄o autem non est absq; periculo: deinde & maiori indiget curatione: si quidem ad clauiculam dolor pertingat, uenæ sectione: si uero ad hypochondrium, purgatione: quemadmodū ipse in ‖ libro de uictu acutorum edocuit. sin autem mediocris fuerit dolor, & præterea non pungat, ut qui in mēbrana subcingente est, neq; ad clauiculam aut hypochondrium pertingat: cōtingit ipsum carnosis costarū partibus patientibus fieri, atq; ideo neq; esse periculosum, neq; magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est considerandа: uelut si renum pars carnosa patiatur inflammationem, ‖ dolor est grauis: quemadmodum ipse inquit in Epidemijs, ita illum nominās, q ueluti cuiusdam pōderis, loco incumbentis, inuehit sensum. Alijs uero partibus, quæ sunt in rene, patientibus: dolor sentitur acutus. Dico autē alias partes tunicam hunc obtegentem, & uentrem eius interiorem, & eas, quæ ad hunc terminantur, arterias, ac uenas: ac præterea exortus meatuum urinariorū. Sic præterea se habet res ēt in hepate. Nam eius parte carnosa inflāmationem patiente, grauis fit dolor: tunica uero circunducta, uel uasis, acutus. & ipsius doloris acuti quantitas maior aut minor causæ facientis affert indiciū. humor siquidem biliosus, & acris dolorem auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Nō solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium, sed etiā quantitatis. Augetur enim cuiuslibet causæ efficientis opus, eius aucta substantia. Si igitur uniuscuiusq; doloris uolens à nobis magnitudinem considerari, hunc aphorismum scripsit Hippocrates: sufficienter ipsius usum exposuimus. Si uero non solum, quo ad magnitudinem, dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius adhuc quiddā, ac ueluti uniuersalius ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere: ma-

2. de uictu. acut. t. 11. 7. 117. h

6. Epid. com. 1. 6. 3. 155. c

H

iorem

A iorem adhuc ex eo fructum utilitatis percipiemus. Fietq; huiuſcemodi ſermo. Non ſimpliciter partium dolorem conſiderare oportet: neq; arbitrandum eandem eſſe in omnibus diſpoſitionẽ: ueluti ſi prius quidẽ Dion, poſtea uero Theon coſtã doluerit: non eodem mõ utrunq; ſe habere exiſtimandum, ſed dicere oportet, nunquid multum inuicem in dolore differant, an quodã mõ ſimiles exiſtant. Fit autem hoc ex duobus perſpicuum, & ex doloris ſpecie, & ex uehemẽtia. Ex ſpecie, ſi pungenti ſimilis, uel tendenti, uel torporem inducenti, uel grauanti, uel ſtimulanti, uel erodenti, uel ferienti, uel continuus, uel cum intermiſſione, uel æqualis, uel inæqualis. Ex uehementia, quis ſit maior, aut minor, aduertendum: quę paulo antea, quo ad magnitudinem, dĩria in doloribus dicebatur. Conſueuere ſiquidem medici uerbo abutentes, omne uehementius, maiꝰ nominare, quamuis non ad quantitatem, ſed ad qualitatem id pertineat: febrem.n. quæ ſuã habet in caliditate ſubſtantiam, magnam, uel paruam, uel mediocrem omnes nominare non deſinunt. Quare non eſt mirandum, ſi & dolorem uehementiorem, maiorem appellant. Immo uero non eſt admiratione dignum, ſi, quæ ſpecie inuicem diſtant, magnum aiunt habere diſcrimen: ueluti dolorem, qui põderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit, ab eo, qui uidetur ferire, uel aliquod aliud pati ex iis, quæ antea diximus.

B 6 *Renum, & ueſicæ uitia in*ſenioribus difficulter ſanantur.*

In ſenibus uix (inquit) ſanantur, hoc eſt multo negocio, ac longo tempore, quæ in renibus, ac ueſica ſunt uitia: qũ earum opus indeſinens eſt, quiete aũt opus eſt, ſiquid ſanari debeat: & qa ꝑ ipſas euacuatur ſuperfluitas acris, apta irritare, ſiue ulcus, ſiue inflãmatio, ſiue aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit. Multo autem difficilius ſanantur in ſenilibus corporibus ueſicę paſſiones, quoniam, & oẽs alii morbi, præcipueq; longi. ¶ Tales enim, & ipſe ſuperius dixit cõmori omnes.

* πρεσβυτέροισι *habent pleriq; codices, ut Leon. legitur.* πρεσβύτησιν .i. *ſenibus alij.*

7 *Dolores, & tumores uentris ſublimes, leuiores: qui uero non ſublimes, fortiores.*

Sublimes nunc intelligendi ſunt, non ſecundum longitudinem corporis, ſed profunditatem. Interſtringuntur autem hi in locis ad uentrem attinentibus, interiore abdominis membrana peritonęo græce appellata, adeo ut, ꝙcunq; ſupra hãc fiunt, ſublimes uocentẽ: ꝙ uero infra, hoc eſt in ipſis ĩteſtinis, atq; uẽtriculo, nõ ſublimes dicantẽ. Liquet aũt, ꝙ tales recte dixit eſſe fortiores.

2. Apho. 39. 17. h

8 *Aqua inter cutem laborantibus: ulcera in corpore facta difficulter ſanantur.*

C Docuit ipſe in libro De ulceribus, a ‖ non prius ad cicatricem perduci ulcera, quàm ſufficienter exiccentur: hoc autem non facile fieri in iis, quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderantiam.

A in lib. De Vlceribus non longe a principio: ubi ait: At ubi deligare uoles, & in libro de capitis uulneribus. Siccius fieri ulcus oportet.

9 b ‖ *Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.*

Sicuti tubercula oĩa duplicem hñt differentiam, qm̃ quædam tendunt in acumẽ, & altum petunt: quædã ad maiorẽ extenduntur locũ, non tm̃ in altum attolluntur: ſic & puſtulæ non nullæ ſublimes, non nullæ latæ fiunt. Sublimiores aũt puſtulæ, atq; tubercula à calidiore humore generantur, humiliores aũt à frigidiore. Quare ob duplicẽ cauſam latæ puſtulæ non admodum pruriunt: difflantur enim in latitudinem extenta, & facientem ipſas humorẽ minus acrem habent.

B 6. Epid. ſect. 2. t. 29 3. 165. f

10 c ‖ *Caput dolenti, & *circumdolenti, pus, uel aqua, uel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum ſoluit.*

Plura, & alia ſic oſtenſus eſt Hippocrates dicere: in qbus niſi quis animum aduerterit, uidebitur, quod ab ipſo dicitur, ſolum ad curationem paſſionis proficere, aliud uero nihil. Verum ipſe D non hoc tantum dicit, ſed ſimpliciter, quòd pus, uel aqua effluens per nares, uel aures, morbum ſoluit. Quòd ſi utiq; conuertens dixiſſet, quẽadmodum ego nunc, ſermo foret irreprehenſibilis. Quando uel propter inflãmationem, uel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem contigerit, tunc inflãmatione ſuppurata, aut humore excreto, ſolutio fit morbi. Si uero propter ſpiritum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia ſanabitur.

C in lib. De Iudicationibus prope finem. &. 1. Prorrhe. com. 3. t. 60. 4. 186 h. & ĩ Coacis præno. Quibus capitis dolores, &c. & Capitis dolorem ſoluit pus per nares, &c.

11 ‖ *Melancholicis, & renum uitio laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.*

Nõ ſolum rõne euacuationis hæmorrhoides ſanãt huiuſcemodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim ſanguinẽ craſſum cõſueuerunt euacuare, humore plenũ melãcholico, talẽ habente in ſanguine cõſiſtentiã, qualis eſt in uinis fæx: quare nihil mirũ, ſi melãcholiæ, &*renũ paſſionibꝰ cõferũt hęmorrhoides, ut q̃ humorẽ fęci ſimilẽ euacuare natura aptę ſint.

in lib. De Iudicationibus nobiliter a fine, quanquã ibi legitur. τοῖς μελαγχολικοῖς μετὰ φρενιτίδων ἐχομένοις, hoc eſt melãcholicis phrenitide occupatis.

12 *A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquã inter cutem: uel tabem aduenire.*

Hęmorrhoidas fieri impoſſibile abſq; hoc, ꝙ propter multitudinem, & craſſitiẽ ſanguinis ora quarundam uenarũ aperiantur, hepate ad ipſas reponente fæculentum ſanguinem, & melãcholicum. Siquis igitur ei hoc intercludat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine

grauans

grauans,ac craſſitie calorẽ in ipſo natiuum extinguit, cum tale q̃d accidat, quale in flãmis exterioribus,in quibus multa ligna ſuperingeſta ſuffocant ignem,atq; extinguunt.Si igit̃ à natiuo calore generatur ſanguis,perſpicuum eſt,quòd ipſo extincto nõ generabitur amplius. Aqua uero inter cutem fit, cum ſanguinis generatio fruſtratur. Quòd ſi quando poſſit hepar propellere multitudinem ad uenas pulmonis,hìc uaſe aliquo rupto,tabidi fiunt.Non fruſtra igitur cõſulit unam ſaltem ſeruare hæmorrhoidem,ut per hanc euacuetur fæculenta,ac uitioſa materia hepatis,præſertim in quibus ſolita eſt tempore longo per tales uenas excerni. E

13 *A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat.*

infra, Aph. 39. Auctor eſt ipſe,ſicuti ‖ cõuulſionem,ita & ſingultum,uel ex inanitione, uel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit(maxima autem ex parte ita fit)uiolẽto opus eſt motu, ut uelut uecte quodam concuſſæ ipſum efficientes humiditates difflentur,atq; euacuẽtur: hoc autem facit ſternutatio.Eos uero,qui ex inanitione fiunt(qui rariores ſuperueniũt)nõ ſanat ſternutatio. Quòd uero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat,indicant pueri crebro ſingultiẽtes, cum ſunt repleti.Algor autem,& frigiditas omnis,eo quòd ſomnia neruoſa corpora efficiunt ad difflandũ difficilia,ſunt cauſa,ut hæc repleantur,atque ideo in ipſis ſingultiunt. F

ſn lib. De Iudicationibus. In his qui hydrope detinentur, &c. & i Coacis prænot. Hydropicis circa uenas, &c. 14 ‖ *Ab aqua inter cutem habito, ſi aqua è uenis in uentrem defluxerit, ſoluitur morbus.*

Vnum & hoc exemplum eſt earum,quæ ſponte fiunt,& utiliter,euacuationum, Spõtaneum autem dicimus,non,quod ſine cauſa fit,ſed quod noſtra cauſa non fit. Quando enim data à nobis medicina aquam trahente,talis fiat euacuatio:non amplius hanc ſpontaneam nominamus.

15 ‖ *A longo alui profluuio habito, ſpontaneus uomitus ſuperueniens, morbum ſoluit.*

1. de Morbis, ubi tractat, quæ caſu, & ſponte in morbis contingunt, ibi ait, A profluuio alui ſorti &c. Et hoc pariter exemplum eſt eorum,quæ recte fiunt à natura, quod medicum imitari oportet.Vtilitas uero prouenit retractionis ratione.

16 *A morbo laterali, uel pulmonia habito, alui profluuium adueniens, malum.*

Cum partes aliquæ patiuntur,non ſimpliciter alię compati ſunt natura aptæ,ſed cũ forti paſſione detinentur.Secundũ hoc igitur,& hepate fortiter patiente,ſingultus ſuperuenit,cõpatiẽte ſtomacho:tuſſis aũt,& difficilis anhelitus cõpatiẽtibus iis,quæ reſpirationi obſeruiũt, inſtrumẽtis.Sic,& his ipſis peſſime affectis hepar cõpatit̃:& hoc ipſum manifeſte oſtendit Hippocrates, cũ nõ ſimpliciter dixerit. In morbo laterali,uel pulmonia aluũ turbatã eſſe malũ ſignũ, ſed adiecerit,habito,ac ſi dixiſſet detẽto,atq; uexato homini à talibus paſſionib⁹ profluuiũ alui ſuperueniens,malum eſſe ſignum:qm̃ ita ſe habentibus profluuiũ alui ſolet aduenire, cum nõ bene poſſit amplius hepar ad ſe trahere alimentũ,neq; cõuertere in ſanguinẽ,& qñq; uentriculus alimẽtũ corrumpat.In mediocri aũt morbo laterali,atq; pulmonia profluuiũ alui ſuperueniẽs, poteſt interdum prodeſſe,ratione euacuationis,& magis,cũ ſigna coctionis apparuerint ineſſe paſſionibus,neq; adeſt timor,ſed morbus eſt citra periculũ.Cõmuniter autem,& in his,& in omnib⁹ aliis,quæcunq; eodẽ modo dicuntur,illud meminiſſe oportet, quòd ob nullum aliud extẽporaneum,& manifeſtum caſus ſuperuenerit,ueluti,& nunc alui profluuiũ nõ ex cibo, aut poto aliquo,ſed morbi ratione contingat.Nã,ſi alia ex cauſa,& non ui morbi fiat,non poteſt eius morẽ ſignificare:ſiquidem oportet ſignum ſecundum aliquid ei,quod ab ipſo oſtenditur,connecti. G

in lib. De Iudicationibus prope finem, & in Coacis prænot. Lippienti ab alui profluuio. 17 ‖ *Lippientem alui profluuio corripi, bonum.*

Non ut ſignum,hoc, lippientibus bonũ ab eo dictum eſt, ſed ut cauſa,quia humorum abundantia ſimul euacuatur, atq; ad inferiora retrahitur. Eſt aũt & hoc apud ipſum exemplum unũ eorũ,quæ ſponte,& utiliter euacuãtur,quod medicum imitari oportet, & proculdubio ſic etiã omnes faciunt,in lippitudinibus aluum,& clyſteribus,& purgationibus ſubducentes. H

j. de Morbis, Moritur autem hq̃s cerebrũ, &c. & i Coacis prænot. Moriuntur maxime &c. 18 ‖ *Veſica diſciſſo, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculo, aut iecore, lethale eſt.*

Hoc uerbũ lethale Hippocrates ſæpe in aliis libris,& in hoc etiam protulit de iis,q̃ ex neceſſitate ſunt morituri,ſæpe etiam de iis, qui magna ex parte.Quare nunc quoq; manifeſtum nõ eſt, nunquid omnino ſecutura mortẽ diſciſſis his partibus uelit oſtẽdere, an in quibuſdã raro hominem ſeruari contingat. Quòd igitur cor uulneratum mortẽ afferat neceſſario,unum ex iis eſt,q̃ in confeſſo habentur: nõ tñ in aliis æque recipitur, uulnus quodcunq; mortẽ afferre ineuitabilẽ,ſed illud,quod magnum eſt,atq; profundum,quod rationabile eſt à uerbo diſciſſa ſignificari: ut tota ueſicæ tunica diuiſa uſq; ad interius ſpatium intelligatur:atq; in ſingulis aliis eodem modo.Siquidem in ueſica cõfeſſum eſt tale uulnus nõ coaleſcere, ſicut & in parte ſepti neruoſa,& in tenuibus inteſtinis:in uentriculo aũt dubitatur: nam quoſdã in eo uulneratos dicunt aliquã do,ſed raro,fuiſſe ſanatos. Hepatis autem non ſolum profundum uulnus in fibris eius factum,

ſed

A ſed etiam fibram abſciſſam aiunt fuiſſe ſanatã. Neq; nos latet, ꝙ in libro De uulneribus exitialibus, quędã ex his eius libris auctor conatur ſanare. Quòd uero partes ipſę diuiſæ agglutinari nõ poſſint, in corde quidem, ac ſepto tranſuerſo ex iugi eorum motu contingit: in uefica autẽ, quia neruoſa eſt, ac tenuis, & exanguis: nam eius collum uidemus quotidie ſanari, cũ lapis extrahit, qm̃ carnoſum eſt. Hepar uero uulnera habet plurimo manãtia ſanguine: atq; idcirco prius moriũtur, qui ita ſunt uulnerati, q̃ uulnera agglutinari poſſint: hoc autem ita dixi, uolẽs intelligi ẽt uenam eſſe diſſectam. Ob hoc ipſum igitur, qui uulnera in ſumma eius parte conſiſtentia aiunt ſanari, & fibras hepatis abſtuliſſe, uerum † uidentur dicere. Cerebrum autem uulneratum ſæpe ſanatum uidimus, ſemelq́; in Smirna Ioniæ, uiuente adhuc præceptore Pelope, è uulnere effatu digno. Hoc itaq; rariſſimum eſt. Verum autem eſt, ꝙ magna uulnera, quæ conſueuit Hippocrates nominare διαχοπάς, i. diſciſſiones, afferunt mortẽ, fatenturq́; oẽs uulnera cerebri, quæ uſque ad aliquẽ eius uentriculũ penetrant, afferre mortem. Tenuium autem inteſtinorũ natura, & uẽtriculi magis, non parũ participant carnoſæ ſubæ: & ideo in ſumma parte uulnerata ſæpius agglutinantur. Tota autem diſciſſa, uſq; ad eorum cauitatem, rariſſime. Hoc autẽ non tam propter eorũ ſubam mihi uidetur accidere, q̃ ꝙ non poſſumus æque intrinſecus, ſicut extrinſecus, me-
B dicamentum uulneribus imponere. Quapropter is, qui librum De uulneribus perniciosis cõſcripſit, ſiue Hippocrates fuerit, ſiue quiuis alius, ſanare uentriculum per potiones conatur.

† Legitur negatiue in Aldino codice.

7. Aph. 28. 55 h

19 ‖ *Cum diſciſſum fuerit os, aut chartilgo, uel neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputium, neq; augetur, neque coaleſcit.*

1. de Morbis, Neruus præciſus, & in Coacis ꝑnot. Neruus diffect⁹, &c.

Augeri uocat talem aliquam generari ſubſtantiam, qualis eſt abſciſſa, ſicut in cauis ulceribus uidẽt caro germinare: coaleſcere autẽ, qm̃ diſciſſi corporis labra agglutinãtur. Quòd igitur neq; chartilago, neq; os generentur, eſt in confeſſo. An uero agglutinẽtur, nõ nulli dubitant. Inq̃unt .n. ꝑſpicue uideri oſſa perfracta, agglutinari. Sed aberrãt, & doceri poſſunt in brutis, quorũ pars aliqua fracta contraxit callum. Hæc .n. ſeu in uiua, ſeu mortua, ſiquis uelit inſpicere diſſecãdo, uidebit manifeſte à callo, ueluti uinculo quodã circũducto, partes oſſium diſciſſas eſſe cõſtrictas: quas ſi abraſerint, fracturæ profundum uidebunt nõ agglutinatum. Sic igitur de iis, q̃ dicta ſunt, ambigunt, non nulli augeri dicentes, non tamen coaleſcere: quidam uero etiam coaleſcere, ſed raro, augeri igitur illa deſiderant, quæ per exeſum ſunt ulcerata, & nullum uidi taliter affectum, cui non increuerit caro: Agglutinari autem illa, quæ diuiſa ſunt, & non diſciſſa. Hæc enim inui-
C cem differunt, cum diſciſſa diuiſionem habeant, uſq; ad finem peruenientem: quæ nunc Hippocrates inquit non coaleſcere, non ob id tantum, ꝙ neruoſa ſunt, atq; tenuia, ſed quoniam etiam ex eo, quòd talem habent naturam, labra uulneris non ſunt parum à ſe inuicem diſtantia.

20 *Si in uentrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.*

Quidam ſine articulo uentrẽ ſcribunt, uolentes omnẽ ſignificari cauitatem, quibus aſtipulat̃, quod præter naturam, adiicitur: per quam adiectionem tale quiddam oſtendit Hippocrates: Si unquam ſanguis à propria cauitate in aliam quãcunq; cauitatem peruenerit: ut ſanguis permaneat, eſt omnino impoſſibile. Sic igitur, & in inflammationibus, & illis, quas Græci ecchymoſes nominant, fieri uidetur. In inflammationibus quidem, per minimas partes diſperſo ſanguine ad eas, quę ſunt in muſculis, cauitates, quas ſola ratione contemplamur: in ecchymoſibus autem in ſpatia effuſſo, quæ uaſis circumiacent. Suppurari autẽ nõ eſt recte dictum, cum nomen ſit unius mutationis in ſanguine factæ. quare nonnulli ipſum ad generalius transferunt, hoc eſt ad corrũpi, id ab ipſo dicentes ſignificari. Sic enim fieri uidemus, non permanere ſanguinem, cum à ſuo loco exciderit, ſed aliquando ſuppurari, aliquando nigreſcere, aliquando in grumos uerti, præ-
D ſertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam.

A. l. 1. t. 4. c. 3. fol. 73. b

21 *Inſanientibus* ſi uarices uel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.*

* Maniam.

Hic inſaniam* illam, quæ propriæ melancholia dicitur, uocat, non illum, qui fit ex bile, furorem. ſunt autem uarices uenæ latiores in coxis, & cruribus, quæ ex craſſo, & melancholico ſanguine contingunt, adeo ut pellente natura ad partes ignobiliores eos, qui inſaniam efficiunt, humores, prę ſertim cum melancholici fuerint, ac craſſi, dictarum paſſionum generatio ſequatur, & inſaniæ ſolutio.

22 *Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, uenæ ſectio ſoluit.*

Melius quidam ſcribunt: Quicunq; dolores. nam ruptum ipſum deſcendere, unum eſt impoſſibilium: ſiquidem diuulſa, ac rupta muſculi parte carnoſa fit ruptum. Videtur itaq; nõ nunquã manifeſte admodum collectus in loco ruptionis ſanguis: & diſcuſſione ſanatur. Reliqui uero, q̃ ſunt in dorſo dolores, ex defluente humore generãtur, interdum ſolo, ſed magna ex parte craſſo ac flatuoſo ſpiritui aſſociato: quem excipere oportet, atque euacuare per uenæ in cubito exiſtentis ſectionem quando huc apparet fluens. Eſt enim eius præceptum, ſecundum quòd humo-

res

in libr. De Hum. statim ī princip. & 1. Apho. 21. 10. a

res repunt, facere euacuationes. Idemq; significant uerba hæc, ‖Eo ducendum est, quò repunt, ꝑ E loca oportuna. Si autem de ruptis sermo est scriptus ab eo: eos, qui fiunt compatiendi ratione, dolores intelligendum est dici ab ipso descendere ad cubitos, non ipsam carnosæ partis diuisionem: nam fieri potest, ut & talibus uenæ sectio utilis sit, communi euacuationis ratione.

23 ‖ *Si timor, atq; mœstitia longo tempore perseuerent, melancholicum tale est.*

2. de Sympto. Causis 3. 24. d 3. de locis affectis. 4. 19. a A. l. 1. f. 3. d. 5. c. 1. fol. 69. b

†*Cod. Leō. habebat* κἂν μὴ πρὸς τύχῃ κεχρονικότα, *impressi habent*, καὶ μᾶλλον εἰ τυχὸν κεχρονικότα, *i. & magis, si longum tēpus perseuerauerint. uidetur tamen magis quadrare Leoniceni lectio.*

Siquis non ex causa manifesta metuat, aut mœstus sit, melancholici casus manifeste sunt, †ēt si nondum tempus acceperint. Sed si propter causam manifestam incipientes, diu postea ꝑseuerent, non te lateat melancholiam significare. Nam & plures uisi sunt furore corripi, qui ab excandescentia, uel ira, uel mœstitia principium habuit, ipso scilicet corpore tempore illo prompte se habente ad incidendum in tales passiones.

24 a ‖ *Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.*

Hoc, & in aphorismo paulo antea dicto monstrauit cuius initium, b ‖ Vesica, discissa, uel cerebro. Nescio igitur, quo pacto nunc frustra fuerit ascriptus. Idem autem uidemus, & in pluribus aliis aphorismis: quos melius fuerit eximere. F

25 b ‖ *Erysipelas ab exterioribus uerti ad interiora, nō ē bonū: ab interioribus ăt ad exeriora, bonum.*

A in coacis prænot. Si intestinū quoddā ex gracilibus &c.

Non solum erysipelas, sed aliud quodcunq;, quod ex profundis, & principalioribus partibus transfertur ad cutem, bonum esse signum, ac causam debemus existimare: contra uero, si ad interiora, & profunda transmutetur, malum. Sed & alia multa uidetur dixisse Hippocrates, quædam ueluti exempla sermonum uniuersalium, à quibus eius, quod solet euenire, experientiam possumus habere manifestiorem. Talia etenim exempla oportet esse.

B supra, aph. 18.

26 c ‖ *Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.*

C 1. de Morbis. Erysipelas, si extra diffusū, &c. & in Coacis prænot. Erysipelas uero foris, &c.

Vtrum Hippocrates tales sermones scripserit, ut exempla magis generalium, atq; uniuersaliū sermonum, an alii interposuerint, cæteris inquirendum relinquentes, illud tantum in ipsis obseruabimus, quod & antea dictum est, & nunc in febre ardente dicet. Quæ enim hanc febrem efficiunt causę, in uenoso genere existentes: quando ad neruos transferuntur, primum tremores faciunt: compatiente uero principio, etiā deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic, & in G omni alia febre potest fieri, & omnino ex arteriis, & uenis ad neruos transfluxus humorum noxiorum, sicuti rursus ex neruis ad has. Improprie igitur dictum est febrem ardentē à delirio solui. Hæc enim solet Hippocrates dicere, quibusdam superuenientia, eorum soluere consistentiā, quæcunque prorsus hominem liberant, non quæ alteram generant passionem, quæ nihilo minus, quam prima sit periculosa.

D in li. De Iudicationib Quib⁹ in febribus ard. trem. & in Coacis præno. Tremores in febrib.

27 *Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem patientes uruntur, aut secantur: si pus, aut aqua uniuersim effluxerit, omnes moriuntur.*

Suppuratos præcipue consueuit nominare, qui pus habent in spatio inter thoracē, atq; pulmonem: ‖quos quo modo urere oporteat, dixit in libro de passionibus, cuius initium, Pulmonis arteriæ. Quidā hunc librum inscribunt, De suppuratis. Vstione igitur indigent, q̄ plurimum hñt pus, adeo, ut desperēt ꝑ spuitiones posse expurgari. Hos uero ipsos & difficultas anhelitus uehementer infestat ex loci angustia: quæ etiam nos cogit, ut eos uramus. In iis autem, qui aquam inter cutem patiuntur, ille quæ à Grecis paracenteses, id est punctiones nominātur, magis, q̄ ustiones, medicis sunt consuetę. Verum, quod commune est ustioni, ac pūctioni, nunc sanè Hippocra H tes consulit caueri, hoc est multam, ac subitam euacuationem: sic enim uidetur contingere, uti ait. Scriptum est etiam ab Erasistrato exquisitius de iis, qui aqua inter cutem laborant, in pluribusq; compertum dicit experientia, multam, ac subitam euacuationem febres, & mortem afferre. Videmus autem, & in aliis partibus æque, atq; in thorace, quando aliquis magnus tumor suppuratur, periculosum esse subito multū euacuare, cū e uestigio deficiat aīa, uiresq; cōcidant, nec postea debilitas ista facile remedium habeat. Videtur itaq; in his propter magnam corporum distantiam*, & puris acrimoniam, ora quorundā uasorum arteriosorum adaperiri, quæ prius, uelu ti quoddam operculum, pus continebāt: quo uniuersim euacuato, multi cum eo spiritus exeūt, atq; excernuntur: unde periclitantur. In aqua uero inter cutem non modo ob hāc causam ea laborantes offenduntur, sed, & durities uisceris, ut quæ non amplius sustentatur ab aquosa subst̄tia, & septum trnsuersum deorsum trahit, & uiscera, quæ sunt in thorace.

in li. de Internis Affectionibus, si uero erūpat pus in pectus, &c. post principium permultis uersibus interpositis.

**διαστάσεως. sed forte διατάσεως, i. distētionem.*

28 *Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt.*

Eunuchos sectio testiculorum similes efficit fœminis. Sicuti ergo in eis caluities non accidit: sic neq; in eunuchis, propter temperaturæ humiditatem. Nam eunuchos podagra nō laborare, Hippocratis quidem tempore uerum extitit: nunc uero non amplius, propter immodicū ociū, & uictum

A & uictum intemperantem. Res autem non ita se habet. Necesse est pedes natura esse imbecilliores, siquis podagra corripi debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitialem passurus sit: non tñ est omnino necessarium alterutrum pati, si nihil in uita deliquerit. Discres autem aperte, ꝙ imbecillitas partis nõ sit sufficiens ad generandam passionem, ex intermedio tempore accessionum: in quo prorsus nõ infestañ, quãuis naturalis imbecillitas continua sit. Clarum est aũt hoc, & in podagricis manifestissime apparens, ꝙ influẽte aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si nunquam igitur hic humor influeret, liquet, ꝙ neq; unquã accideret passio: noñ influet autẽ, si semper uacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autẽ uacans superfluitatibus, si mediocri utatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: unde & desidiæ, & crapulæ eis nocẽt. nocent etiam multa, & potentia uina bibita, præcipue cum aliquis ea ieiunus potauerit. Hæc.n. neruosam substantiam prompte*offendunt, sicut & coitus. Aetate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, ꝙ uitæ moderantiam: nostris uero temporibus usq; adeo auctis edulijs, ut nihil eis addi posse uideatur, infinita est podagrarum multitudo: cum nonnulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus, atq; ebrietatibus incumbant, & ante cibũ bibant uina potentia, ac uenereis utantur immoderate: non nulli uero, etsi non in his omnibus, in uno saltem aut
B duobus delinquant. Atqui peccatum magnum cum fuerit: sæpe in uno eorum, quæ diximus, deliquisse sat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripiuntur, quamuis nullum habeãt usum uenereorum. Talis enim est eorum desidia, ingluuies, ebrietas, ut etiam sine uenereis podagra corripi possint. Hæc eadem & de articulari morbo dicta existimes: omnes siquidẽ, qui eo laborãt, maxima ex parte prius podagrici fiunt. Accedit ad has causas, ob quas pleriq; incidunt in podagras, quòd multi & patres, & auos habuere podagricos, in quibus semẽ erat uitiatum: atq; ideo filijs uehementiorem fecerunt partium imbecilitatem.

*πλήθουσι, i. percutiunt: habẽt multi cod. manuscrip. & recte alij πλησῶσι, i. opplent ut ẽt Lauren.

29 ‖ *Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.*

de Venæ sect. aduers. Erasi. 6. 7. a

Mulieres non fiunt podagricæ, ratione euacuationis. Ostensum est enim in præcedente sermone, quòd, nisi humores superabundauerint, ex sola partium ad patiendum habilitate non potest podagra fieri. Verum rursus, & hic, prius quidem erat uerum, ubi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta, quæ ætate superiore mulieres admittebant: nunc uero ob eorũ magnitudinem, quædam podagra laborant, antequam menstrua deficiant, cum quampluribus
C pauca exeant, non nullis autem uel mediocria.

30 *Puer podagra non laborat ante usum venereorum.*

Quòd magnam uim habeat ad podagræ generationem usus uenereorum, liquet etiã in pueris, quemadmodum paulo antea & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaq; uidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem nõ uidimus. Verum, siquis tali est passione correptus: unà cum hoc, ꝙ & genuum articuli, & manuum intumuerunt, in quendam articularis morbi modum repente incidit ob plenitudinem ex multis cruditatibus aceruatam.

2. de Diff. feb. 3. 41. g in 6. Epi. cõ. 6. t. 5. 3. 196. a 6. de Simplic. med. facul. 5. 40. d 3. Meth. med. 7. 17. e 12 Met. med. 7. 75. d 7. Aphor. 46. 57. g

31 ‖ *Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum epotum soluit.*

Singula horum, quæ dixit, magis experientia, quàm ratione aliqua, uidetur mihi Hippocrates cognouisse. Nihil enim mirum, si homo dolẽs, cum isset ad balneum, dolore fuerit liberatus: uel, si non permissus bibere uinum, deinde nullam ex hoc sentiens utilitatem, motus est ad bibendum, alioqui multum appetens uini, & posthac melius se habuit. Sicut igitur & plura alia, quæ medici hoc modo inspexere sunt ab eis scripta absq; aliqua determinationie: ita & hęc mihi scripta uidentur ab Hippocrate neq; ut rationali dicente dispositiones, neq; ut empirico con-
D cursus. Cæterum utilitas, q̃ nobis potest aduenire ex sermonibus hoc modo scriptis, est in inquirendo dispositiones, in quibus meri potio, & balneum, & unumquodq; eorum, quæ seriatim dicta sunt, utile sit: quod & mihi contingit. Nam, quòd omnino sint aliqui oculis dolentes, quorũ non nulli meri potionibus, non nulli balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens eram persuasus (neq;.n. ipse scripsisset, si non uidisset) non tamen ab aliquo præceptorum tale auxiliũ ægris adhibitum fuisse conspexeram. Itaq;, primo cum omnes quæsijssem dispositiones, in quibus necessarium est non in oculo tantum, sed & in alijs partibus fieri dolores, deinde quæ mihi ipse persuasissem eas adinuenisse, hinc consideraui earum indicia dispositionum: & postquam his etiam fidem adhibui, ausus sum remedia afferre dolentibus. Ac primum quidem adolescentem balneaui: cui medicus non absque ratione in die secundo ab initio uenã secuerat, & deinceps curauerat medicinis, quas experientia cognouerat, cum inflammatio sola obsideret oculos. Dolebat autem uehementissime per quosdam insultus, in quibus aiebat ipse sentire se acres humores, qui uniuersim fluebant ad oculos: quibus excretis licet uehementia doloris sedaretur, non tamẽ dolor omnino cessabat: & hoc illi per totam quintam accidit diẽ, maius semper habens incremen-

tum.Cum igitur dolorẽ non poſſet tolerare, me & quendam alterum ex ocularibus medicis ad E
uocauit tunc in urbe Roma probatiſſimum.Illi itaq; uidebatur utendum eſſe collyrio quodã ex
ijs, quæ emplaſtica nominãt, & anodyna,id eſt dolorẽ ſedantia:cuiuſmodi ſunt,quæ ex ceruſſa
lota,amylo,& papauere componuntur. Nam ſic maxime ſperabat poſſe reprimi per emplaſtica
id,qđ influebat,& ſimul ſenſum per ſtupefaciẽtia torpeſcere. Ego uero ab initio ſuſpecta habui
talia medicamẽta. Neq;.n.uchementes reprimunt fluxiones,ſed excerni prohibent:atq; ideo,ſi
humores fluentes acres extiterint, corneã erodi cõtingit: ſi uero multi,extendi,ac uehementer
irritari,ac ſi rumperetur:ex quibus,niſi medicamentum fuerit magnopere ſtupefaciens,dolores
impatibiles excitantur. Si uero fuerit adeo ſtupefaciens,ut ex eo oculi maximã inflammationẽ
non ſentiant,neceſſarium eſt ſimul uim uiſoriã lædi adeo,ut ceſſante inflammatione,uel debili-
ter,uel nihil oĩno uideant:ſimul quandã præduram diſpoſitionem,& quę difficulter ſanari poſ-
ſit,in oculorum tunicis relinqui. Cum igit̃ iſta nouiſſem,atq; animaduerterem humorẽ influen
tem non paucum,ualdeq́; & acrem,& calidum:primum fomento utendum cenſui, experientiæ
gratia,tanquam ex ea certius cogniturus,qualis nã foret diſpoſitio.Solet enim in his fomentum
parumper quidem dolorem mollire,ſed alteram fluxionem aduocare. Qua.n.ratione poteſt id,
quod in oculis continetur, diſcutere: eadẽ ratione alterã quoq; ex uicinis locis attrhaere ualet. F
Verum q̃ primum & aquam calidam,& ſpongiam afferri iuſſi, æger ipſe dixit expertum eſſe ſæ-
pius tota die id remedium, ac primum dolorem imminuere, ſed paulopoſt maiorem adducere.
Quæ ego cum audiſſem,medicum ocularem expectare iuſſi,ipſi promittens, me etiam abſq; fri
gido medicamento ęgrum à dolore liberaturum.Cum autem ſolo balneo uſus eſſem,ita dolorẽ
ſedaui,ut tota nocte dormiret æger, nec ſemel aliquem eorum,qui iuxta dormiebãt,aduocaret.
Ab hinc in reliquis,in quibus per ſigna cognoui influere quidem humores acres ad oculos,non
tũ corpus eſſe plenum:balnei uſu dolorem ſanaui. Adoleſcẽs item alius fuit,qui,ꝙ uicinus urbi
non erat,oculorum inflammationem pluribus iam diebus ruri paſſus fuerat: hunc, ꝙa in eodẽ
ſtatu perſeuerabat,in urbem profectum intuitus habere oculos ſquallidos quidem, ſed ualde tu
midas,ac plenas ſanguine eas,quæ in ipſis uenæ erant:iuſſi,ut,cum ſe lauiſſet,potu uteretur me-
raciore,& ita ſe ſopori traderet:quod factum eſt:ſomnus.n.profundus ipſum inuaſit,& mane ſi-
ne dolore ſurrexit: mihiq́; fiduciam præbuit,ut, in quibus ſanguinis copia craſſioris in oculorũ
uenulis cõtineretur ſine plethorica totius corporis diſpoſitione, uterer uini potione,ut quę diſ-
fundere ſanguinem,atq; dimouere poſſit,ſuiq; motus uehementia obſtructiones aperire.Cæte-
rum hæc quidem remedia doloris oculorum fortia ſunt. Securiſſimum aũt eſt fomentum,& oĩ- G
no aliquam afferens utilitatem, uel tanq̃ ſignum ad dignotionem, uel tanquam cauſa ſanitatis
oculorum.Nam,cum nihil omnino influit in oculos,fomentum diſſoluens eã,quæ in ipſis con-
tinetur,ſupefluitatem,oculis ſanitatem reſtituit.Cum uero adhuc influit:primo quidem,cũ ad-
hibetur, ſuo calore aliquod affert uel mediocre leuamen:quòd ſi paulopoſt dolorem augeat,tũc
fit ſignum dignoſcitiuum, ex quo nos diſpoſitionem cõprehẽdentes,ad totius corporis euacua-
tionem peruenimus: ipſo quidem ſanguine redundante,per uenæ ſectionem:malitia uero hu-
morum infeſtante, per purgationem: neque enim difficile eſt admodum ab humorum malitia
ſanguinis copiam diſtinguere.

32 *Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur.*

Sicuti ſpellizeſthç,id eſt balbutrie,prolationis uitium eſt,nõ uocis:ſic & traulizωn,eiuſdem ſi
gnificationis uerbum,non potente lingua exquiſite eas dearticulare uoces,quæ per t & r,profe
runt̃,qualis eſt hæc ipſa traulus,& ſimiles hæ,trepidus,tremit,tradit,trochus,triſtis, & quæcũq;
aliæ tales.Hæ ſiquidem oẽs exigunt linguam ſe ampliantem,ac prioribus dentibus innitentem.
Cum igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior,male innititur,& ſonum t & r,dearticulare ne H
quit,atq; ita ad t & l,pronunciandum labitur.Hoc autem ei contingere poteſt,quia quoquo mo
do ſit breuior,q̃ ipſi conueniat: quod tñ rariſſimum exiſtit: & quia molliorem,atq; humidiorẽ
habet temperaturam: quam ob cauſam & pueri balbutiunt,cum tale quiddam ipſis in loquẽdo
contingat,quale ẽt in ambulando euenit:nam & ambulare non nulli quidẽ prorſus nõ poſſunt,
non nulli uero nõ ſufficienter,cũ cruribus nequeãt p̧p mollitiem firmiter inniti. Quibuſdam ẽt
ætate integra,inter loquendũ fatigatis, balbutire contingit:ſicut & illis,qui plurimũ tibia cecī-
nerint,& quibus uires ex morbo plurimũ ſunt debilitatę,& quibus demũ lingua eſt uehemẽtius
exiccata. Verũ ſiccitas tanta nulli ineſſe poteſt,qui habitum ſeruet naturalẽ:atq; ideo ſolius hu-
miditatis immodicæ in ijs,qui natura balbutiunt,id prolationis detrimentũ caſus eſt,cũ linguæ
muſculi nequeant firmiter ſtabiliri:atq; hoc ei poteſt accidere uel p̧p ſuam,uel propter neruorũ
imbecillitatem, quos uidelicet à cerebro ſuſcipit. Quare & ebrij aliqñ balbutiunt, partim quia
multa humiditate perfunditur cerebrũ, partim quia etiam ab ipſius multitudine prægrauatur.
Continget igitur ijs,qui ſunt balbi natura,ut uel cerebrum humidum habeant, uel linguam,uel
utrunq;.Et à cerebro quidẽ talẽ temperaturã ſortito, defluere multas par eſt humidas ſuperflui-
tates,easq; inde fluentes in uentrem ſuſcipi:longisq́; ideo profluuijs hominẽ capi. Lingua uero

admodum

A admodum humida ex natura existente,& uentriculum talem esse par est,ut qui alteram sui tuni cam communem habeat ad linguam : imbecillis autem ex humiditate uentriculi propria passio est diuturnum profluuium.

33 *Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntnr.*

Acidum eructantes,hoc est acidum ructum habẽtes,raro inquit capi à morbo laterali. Nam quod dicitur,non ualde,idem ostendit,quod raro,non nullo modo: ut quidã libri huius expositores scripserunt. Dictum autẽ à nobis est,ubi de morbo laterali sermonem habuimus,ꝙ lateralium morborũ hic quidem, qui unà cum pallidis & flauis fit sputis,ex bilioſis humoribus ortum habet:hic uero,qui cum spumeis,ex pituitosis:sicut,qui cum nigris,ex melancholicis : qui uero cum rubeis,ex sanguine. Est enim lateralis morbus inflãmatio membranæ,quæ subcingens nominatur. Cum uero unaquæq; inflammatio ex alicuius humoris superabundantia gignatur,pro eius natura, & sputi species morbo laterali laborãtibus aduenit, & spes salutis,ac mortis habeẽ. Non æque autem membranæ,ac pulmo sunt natura aptę humores susciperc:densa siquidem est membranarum substantia,pulmo uero rarus admodum,ac laxus: quare huic quidem promptũ
B est omnes susciperc humores,membranæ autem subcingenti bilioſos magis. Ob hanc igitẽ causam,quibus pituita natura superabũdat,raro à morbo laterali corripiuntur,præsertim si salsedinem,atq; acrimoniã aliquam sibi adiunxerit. Talis enim intestina mordens,irritat ad deiectionem:in qua contingit nõ solum pituitam,sed plures alias etiam superfluitates excerni. Dicebat uero ipse in libro de aere aqua & locis,‖ eos,qui habent uentrem natura humidum,morbo laterali, atque* alijs morborum generibus minime corripi.

Lib. de Aere aquis, &c. c. 2. 2. f

34 *Quicunque calui sunt,ijs magnæ uarices non fiunt: quibus uero caluis uarices magnæ superueniunt, ij rursus capillati fiunt.*

* *Nõ ita tamẽ dicit ĩ eo libro Hippocrates, sed quòd fieri non potest, ut morbi acuti ui geant, ubi uentres sint tumidi. fortasse ergo legendũ est, atq; alijs morbis acutis &c.*

Quando in uiri sapientis libro aliquis sermo inuenitur manifestum habens mendacium, non sine ratione legentes dubitare contingit,& primo quidem sibiipsis diffidere, quasi neq; illa,quæ sunt manifesta,noscentibus,deinde suspicari,ne falso fuerit interiectum.Quis enim nesciat,caluitium esse passionem insanabilem?Sed neque illud uerum est,magnas uarices caluis nunquam aduenire:sicuti nec uaricibus aduenientibus, caluitiem cessare:nisi forte (vt nõ nulli inquiunt) uocatum à medicis capillorum defluuium (græce madarosin)caluitiũ nominet. Illud.n.à uitio-
C sis humoribus generatur,sicuti quæ ophiasin & alopecian nominãt: atq; ideo,cum ijdem humores ad crura* decũbunt, possunt uarices facere,& capillos restituere. Si enim prius contigerat, ut capilli à uitiosis humoribus,corruptis eorum radicibus,corrumperentur:uerisimile est,ut eisdem humoribus alio transpositis, ad primam naturam postmodum redeant.

A.li.1.t.4.c. 3.fol.73.b

7.Aphor.47. 57.h

35 ‖ *Aqua inter cutem laborantibus, tussis superueniens,malum.*

Superuenire passionibus alias passiones & casus,prisci medici dicere cõsueuerunt, quæcunq; ipsius passionis adauctæ ratione cõtingere solẽt.Talis enim est Praxagoræ liber de superuenientibus inscriptus. Sic & nunc de tussi dictum est.Neque enim cum ex alia fit occasione in homine aquam inter cutem patiente, tussis signum est exitiale, sed quando ipsius morbi ratione. Cum enim in hydrope aquosa humiditas tãtum adaucta fuerit,ut iam asperas occupet arterias,si tussis superueniat,tunc periculum imminet,ne homo haud ita multo post stranguletur.

7.Aphor.48. 58.a

36 ‖ *Difficultatem urinæ, vena secta iuuat:secare vero interiores.*

Neque hic sermo uerus est, nisi, &, coniunctionem assumpserit, ita ut aphorismus talis fiat:
D Difficultatem urinæ & uenæ sectio soluit. Re uera enim & uenæ sectio soluit difficultatem urinæ illam uidelicet,quæ propter inflammationem & multitudinem fit.Quod autem sequitur,Secare uero interiores: si de uenis manuum dicitur, neque uerum est,neq; consentaneum Hippocrati. Videmus siquidem ipsum in omnibus libris suis,in partibus,quæ supra hepar sunt,è manibus sanguinem mittere:in inferioribus autem uenas,quę in poplite uel talo sunt,secari iubet.Si quis uero de his ipsum dixisse arbitretur, Secare aũt interiores:hoc dictum paruam uim habet. Ab una enim ambæ nascuntur, quæ in poplite trifariam diuiditur,quoniam & una uena ad hoc peruenit membrum,non,sicuti ad manum,duę.Melius itaque fuerit & hunc aphorismum unum ex adiectis opinari.

7.Aphor.49. 58.a

37 ‖ *Ab angina habito si tumor fiat in collo,bonum: foras enim morbus deducitur.*

Sermo uerus est,& causa in promptu:siquidem ex intimioribus & principalioribus partibus passiones confert ad cutem transferri.

38 *Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt: non curati uero longius tempus perdurant.*

Occultos cancros dixit uel eos, qui sunt sine ulceratione, uel absconditos, hoc est non appa-

rentes: quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, E
duplex est: unum quidem omnia agere, ut particula patiens ad sanitatem perducatur: alterũ autem eam adhibere prouidentiam, quæ passioni congruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorem facere, tum præcipue, cum adest exulceratio. Tunc enim est necessarium, ut, si non aliud agamus, saltem ichoras abluamus, humido aliquo utentes, non quocunque, sed uel per experientiam, uel per iudicationem inuento, quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem sit aptum. Ab hac igitur curatione neque absistere conuenit: neque illi, qui sunt sine ulceratione, cancri indigent ea. Alia uero, quæ fit per sectionem, uel ustionem (quę sola sunt remedia cancrorum) cõsulit, ut in cancris occultis non adhibeamus. Quòd igitur illi, qui sunt in partibus penitioribus, talia remedia non desiderant, etiã experientia docet. Equidem scio omnes, qui huiusmodi cancros curare tentarunt, magis illos irritasse, & breui homines interemisse. Nam, & qui cancrum in palato constitutum, & in sede & in sinu muliebri, uel usserunt, uel secuerunt, non potuerunt ulcera ad cicatricem perducere, & homines in curatione afflictos, ac maceratos, usq; ad mortẽ detulerunt: qui, si curationem non adhibuissent, longiori tempore uitam cum minori molestia transegissent. Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis uero, qui in summa parte corporis hærent, illos tãtummodo, quos possumus unà cum radicibus ipsis, ut quispiam dixerit, F
resecare. Neque enim malum est per similitudinem, radices cancri nominare eas, quæ plenæ sunt sanguine melãcholico, uenas, & usq; ad loca circunstantia distenduntur. Multi sanè magnę auctoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt, sed illos tantum, qui exulcerati, simul laborantes molestant, adeo ut ipsi ultro manu curari desiderent: simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus unà cum radicibus resecare, & exurere. Quidam uero neque hos amoliri permittunt, sed omnino absistendũ consulunt à remedijs potentibus in omni cancro. Quòd autem Hippocrates nunquam cõsuluisset curare potenter cancros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari. An uero & eos, qui in summa parte corporis hærent absque ulcere, incertum est, quantũ ex uerbis aphorismi conijci potest. Ipsum uero scripserunt Artemidorus, & Dioscorides, usque ad ea uerba, melius est non curare.

39 ‖ *Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita vero & singultus.*

2. de Sympt. causis 3.20.a
2. de Locis af. 4 11. a. & 3. 17. c & 6. 40. g
i 1. Pror. có. 1. t. 27. 4. 167. c. Et có. 3. t. 29. 4. 183 h. Et 69. 188. a
11. de Simpli. med. facul. 5. 80 b c
8. de Cõpos. med. sec. loc. 5. 190. e
2. Aphor. 26. 16 b. Et 5. aph. 1. 37. d. Et 7. aph. 18. 55. c

Conuulsio (ut & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, ut autem clarius diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secundum naturam. Verum hic quidem nõ G
fit sine animalis appetitu: conuulsio autem, passio est inuoluntaria, ad similem uenientibus neruosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Nam ex repletione ita nerui intenduntur, ut chordę in ualde humidis ambientis nos aeris cõsti tutionibus, atq; ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur, idem uero & in siccioribus constitutionibus accidit: nam in sese colliguntur, ac cõuelluntur omnia neruosa corpora uiolen tius exiccata: ueluti lora, si paulo magis ab igne calefiant: quibus similia patiunt̃, & quæ solis fer uor exiccauit. Conuulsio igitur non absq; ratione à contrarijs fit causis. Singultus uero concedatur conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositũ. Quando uero hoc solum studuerimus, ut singultus substantiam cognoscamus: melius fortassis fuerit non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motum eiusdem quidem generis, cuius uomitus, intentũ autem, & illo uehementiorem. Nam stomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipso continentur, expellere, ad duos mouetur casus, uehementiorem quidem in singultibus, mediocrem illo in uomitibus: siquidem in uomitibus appetit ea tantum, quæ in uentriculi spatio latiori continentur, expellere: in singultibus autem ea, quæ sunt in ipso uentriculi ore penitiora. Per stomachum nunc à me intellexeris non solum eum, qui ita proprie nominatur, sed & uentriculi os. H
Quæ enim in hoc continẽtur, ipso appetente uentriculo expellere, singultus fit. Quòd uero eorum, quæ difficulter excernũtur, & quæ ueluti absorpserit uentriculi os, fiat per singultus excre tio, discere licet ex ijs, quæ quotidie eueniũt, omnibus ferè, plus minus. Siquis enim acre aliquid ueluti piper per se solũ deglutierit, uel cum melle, uel aliquo alio, & postea uinum biberit aqua calida temperatum, statim singultiet, calore quidẽ potus piper ad interiora deuehente, cius uero acrimonia uentriculum molestante: unde conatur motu uiolentiore rem infestãtem expelle re: demonstratum autem est à nobis in libris de causis casuum, & tussim, & sternutationem, & rigorem ex talibus motibus esse.

40 *Quibus dolor circa hypochondrium fit absque inflammatione, his febris superueniẽs dolorem soluit.*

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales casus appellare. Fit etiam dolor propter quandam similem inflammationi dispositionem. Sic autẽ nominata est, quoniam & erysipelata dolor consequitur. Quando igitur non ob talem dispositio nem dolor hypochondriũ occupauerit, & morsus sensus abfuerit, relinquitur, ut dolor fiat, uel

propter

A propter obstructionem,uel propter spiritum flatuosum,uel ob aliquam intemperiem inæqualẽ, quæ omnia febrilis calor aptus est natura sanare : hæc quidem incidens, extenuans, atq; dissoluens:hæc uero ad temperaturæ æqualitatem perducens.

41 *Quibuscunque suppuratio in corpore existens non innotescit : ijs ob crassitudinem puris, aut loci nõ innotescit .*

Duplex est huius loci scriptura,& duplex expositio,& utraq; non caret ratione. Nam & propter puris crassitudinem,& propter loci,sæpius occultatur puris in aliquo loco comprehensi notitia.Recte ergo non nulli scripserunt,His propter loci crassitudinem:nõ nulli uero,His propter puris crassitudinem non innotescit.

42 *Morbo regio laborantibus si fiat hepar durum , malum.*

† Morbum regium hoc loco dicit,qui fit ex hepatis inflammatione.Tũc enim durities ostendit, uel tumorem prædurum,uel inflammationem in hepate existere: quemadmodũ & sine hac contingit aliquando propter eius obstructionem,morbũ regium aduenire: contingit & ipsa na- B tura per modum crisecos humorem exuperantem in uenis contentum,ad cutem expellente. †Hæc uerba non sunt in exemplaribus græcis impressis, nec in reliquis tralationibus : ac omnino uidentur interpungenda.

6. Aphor. 48. 52.d

43 ‖ *Quicunq; lienosi a difficultate intestinorum capiuntur,ijs superueniente longa ‖ difficultate intestinorum,aqua inter cutem,aut læuitas intestinorum aduenit,& moriuntur.*

Oportuit huic aphorismo illum præponi,in quo dicit,‖Lienosis difficultas intestinorũ superueniens,bonum.Sed ille quidem inter sequẽtes scribitur,post quatuor alios intermedios:nobis autem necessarium est nunc ipsius meminisse.Quicunq; enim lienosi sunt,hoc est,qui durum iãdiu habent lienem,ijs superueniens difficultas intestinorum soluit dispositionem,quando scilicet ratione transpositionis,atq; euacuationis humorũ crassorum, ac melancholicorũ lieni inferorum euenit . Sed, quoniam sæpius huiuscemodi euacuationes ultra modum extenduntur,& noxiæ sunt laborantibus: conuenienter Hippocrates,quem finem habeat immoderata difficultas intestinorũ,ostendit,quæ talibus aduenit dispositionibus . Læsis siquidẽ intestinis à transitu uitiosorum humorum,& uis eorum laborat,& temperies natiui caloris aboletur:ob hanc igitur causam,& aqua inter cutem,& læuitas intestinorum,superueniunt:læuitas quidem intestinorũ ex sola intestinorum lęsione:aqua uero inter cutem, propter hepatis compassionem, atq; lienis, C & omnis uenosi generis. in coacis præno. Dysenteria non longa, &c.Et infra aph. 72.60.g

Paulo infra aphor. 48.

44 ‖ *Quibus ex stillicidio urinæ,ileos superuenerit :in septem diebus pereunt,nisi febre superueniente, satis urina fluxerit.* in coacis præno. In urinæ stillicidio,&c.

In ileo nihil exit inferius,neque siquis acerrimo utatur clystere.Vomitus autem stercoris aduenit ijs, qui exitialiter se habent . Quòd igitur intercluſa uia inferioris exitus, hæc passio fiat, quodq; in tenuibus intestinis, non autem in crassis, omnes ferè fatentur:cæterum quòd propter inflammationem , & propter obstructionem stercoris sicci, uel humorum crassorum, aut tenacium,dictum est à pluribus . Mihi uero uidetur uel inflammatio,uel durus tumor,uel absessus, tantam facere posse loci angustationem,ut nihil possit ad inferiora transmitti:Quòd autem humores crassi,atq; tenaces in causa sint,non admodum mihi uidetur probabile . Verum & hoc(si libeat)ponito:& si quid aliud dicatur præter hoc.Verum id,quod est ab omnibus ferè susceptũ, qui aphorismos exposuerunt,incredibile mihi admodum uidetur.Aiunt enim,ꝙ,quando uesica inflammatur,angustia loci ex compressione in quibusdam intestinis facta passionem affert,quæ ileos nominatur.Ego uero multos me puto in tota uita mea uidisse , non nullos tm̃ periclitatos, D non paucos et mortuos ex retentione urinæ, quibus tunc manifeste omnibus secundũ propriã circunscriptionem plena uesica apparebat,adeo ut supra modũ esset extenta:doloró;,ut par est, inde accresceret:& tñ nullus eorum factus est ileosus. Quo modo igitur quispiam unquam persuaderetur,ob uesicæ inflammationem angustiore facto intestino,ileon aliqñ prouenire?Nõ magis sanè,quàm ex tumore uteri in muliere grauida:siquidem usq; ad hypochondria prẽgnantiũ tumor extenditur,& magis comprimere potest,atq; angustare intestina tenuia:uesica uero,si in tumorem attollatur, solum potest rectum comprimere intestinum . Quidam uero etiam dicunt absurdius,ꝙ febris superueniens conferat ileo . Nam febris quidẽ ex inflammatione uesicæ nõ absq; ratione fieret: quin, quanto illa maior, ac grauior, tm̃ augeri febrẽ contingeret,cum casus sit inflammationis. Ileos uero(ut ipsi aiunt)ex inflammatione ortum habebit , & unã tm̃ spem habet solutionis , inflammationis cessationem , cum qua etiam febrem sedari est necessarium . Bonum igitur signum solutionis earum,quæ sunt in ileo,passionum est febris,uel remissa,uel soluta:superueniens autem febris,uel aucta,neq; bonum signum est,neq; causa bona.Nouimus.n. illis tantum morbis conferre febrem,qui ex frigiditate fiunt,aliquando quidem sola,aliquando uero cũ humoribus crudis, pituitosis,uel flatuosis spiritibus . Melius est itaque,si fateamur nos ignorare,quæ in hoc aphorismo Hippocrates dixerit : neque enim ratio,eorum indicat uerita-

tem,neq; experientia docet. Tertium autem nullum aliud habemus ad fidem faciendam. Quòd E
si unquam talis ægrotus uisus est, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio(neq;.n.an legitimus sit
hic aphorismus,dicere possum)multitudinem humorum crudorum unà cum multa frigiditate,
melius est talium in ileo casuum,qui dicti sunt,causam arbitrari.Sic.n.tantummodo febris esset
medicina huiusce dispositionis, & retentarum urinarum euacuatio ; nam re uera cõsueuerunt
urinæ crassæ,& plurimæ,repente simul illis concoctis euacuari.

45 *Vlcera quæcunq; annua sunt,aut ẽt diuturniora:os abscedere est necessariũ,et cicatrices cauas fieri.*

Quæcunq; ulcera longo tempore manent, uel cicatrice nullo modo aduenientẽte,uel,si facta sit,
rursus resoluta,nihil uidelicet medicis in curatione delinquentibus:necesse est uel p̱p̱ influxum
uitiosorum humorum,uel propter dispositionem in membro longo tempore contractam ex hu
moribus influentibus,uel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti,difficulter sanari.Alia
itaq; ulcera semp maiora,& deteriora fiunt: atq; hæc omnia Phagedænas antiqui nominabant.
Quidam uero posteriores ea distinguere cogitarunt,propriamq; singulis appellationem indide-
runt,quædam Chironia,quædam Telephia,quædam Phagedænas nominantes,aliasq; curiosas
adhuc magis appellationes afferentes. Nobis uero sufficiet ex ijs,quæ aliquid loci circunstantis F
occupant, alia Herpetas, id est repentes nominare,quæ summam cutem tantum infestant : alia
Phagedænas,id est exedentes,quæ carnem subiectam corrumpunt. Nam,quod putridum,atq;
depascens à non nullis ulcus uocatur,nõ est propria ulceris differentia,sed passio implicita ex ul
cere,atq; putredine. Scimus autẽ,q̱ & absq; ulcere putredo ipsa per se ipsam in multis corporis
partibus cõsistit. Vocatur etiam Anthrax,id est carbo,ulcus escharosum,cui adiũgitur multum
partiũ circunstantium inflãmationis.Hæc igitur propriã habuere appellationem,Anthrax,Pha
gedæna,& Herpes.Quacunque uero ulcera fiunt sine dictis casibus,hæc ipsa per se ipsa solebant
antiqui Vlcera tantum nominare : de quibus nunc Hippocrates loquitur,edocens,quæcunque
talia sunt ulcera,in longum tempus protrahi.Videtur autem experientia rationi astipulari:mul
taq; sæpius ex hoc genere ulcerum,cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem perduc-
ta,rursus inflammãtur, ac iterum dirumpuntur,ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem
aliquam ob causam:quando ex adhibitis medicamentis caro,quæ ossi superiacet patienti,exic-
cata cõtraxerit cicatricem,statim quidẽ integra sanitas restituta uidetur: rursus uero paulatim
aliquo influente ichore ex osse corrupto in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio,& pu-
ris generatio consequitur:à quo quidem cicatrix eroditur,caro uero exulceratur.Quænam igit G
in lib.de Vlceri- est taliũ ‖ sanatio ulcerum?Non profecto alia,quàm ab ipso scripta in libro de ulceribus,& à no-
bus.Depurgatio bis in tertio de methodo curatiua demonstrata: siquidem ulcera omnia exiccari oportet,præci
uentris deor- pue uero in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est,ut abscedat pars ossis, quæ uitiata
sum, &c. est. Quare nõ absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit,quantam habuerit abscel-
sus crassitudinem.

46 *Qui gibbi ex asthmate,aut tussi fiunt,ante pubertatem moriuntur.*

Gibbos(græce ὔβους & κυφους solet Hippocrates nominare,quos nunc omnes homines cõue
xos(græce κυρτους)appellãt.Nam & uere eis est spina in partem posteriorem conuexa. Conue-
xo igitur opponitur cauum, gibbo recuruum, seu repandum (græce λορδὸν.) Sed hæc quidem
de Articulis,cõ. de sola spina Græci dicunt,illa uero de omnibus.Quo modo uero‖gibbositas fiat,ipse narrauit in
3.t.1.usque ad libro de articulis,sicuti & de ‖ repanditate,‖ obstipitate,& quassatione. Hæ.n. sunt propriæ,atq;
54.7.268.e. &c. præcipuæ spinæ passiones:oportet aũt illum,q̱ vult istarũ passionũ habere notitiã,ijs,q̃ in eo li-
bro scribunt plenius incumbere. Nunc uero à nobis ea dicẽtur,quæ ad propositum aphorismũ
uidentur utilia. Gibba fit spina aliqñ propter ictum,aut casum:gibba ẽt fit propter quædam tu- H
bercula dura,quæ in parte anteriore consistunt: à quibus siquando una uertebra trahitur ad an-
teriora,recurua fit eo loco spina:ita & si plures fuerint se ordine consequentes:qñ uero non fue
rint continuæ hæ,quę tenduntur uertebræ,gibbositas fit tm̃ partibus retro tendentibus,quantũ
uertebræ extentæ sunt ad interiora reflexę: nam hoc fieri vr̃ in oĩbus duris mediocriter tentis,
ueluti calamis,uiminibus,uirgis,& oĩbus alij huiusce modi: dictum est de his plenius in exposi-
tionibus libri de articulis.Nunc uero eos,qui gibbi facti sunt ex asthmate,& tussi,ante puberta-
tem cito inquit interire.Neq;.n.vult in his thorax,ut ipse dixit,una cũ alijs augeri,atq; ideo ma
gna angustia premuntur ea,quæ respirationi obseruiunt,instrumenta.Oĩbus siquidem est com-
mune,qui sponte gibbi facti sunt,hoc est,quibus sine ictu,uel casu spina passa est: ꝑpter dura tu-
bercula,& concoqui difficilia,tales fieri.Sed,cũ multa sit in tuberculis,quo ad tumorẽ,duritiem
& locũ,in quo cõsistunt,differentia:quæ dura simul,ac magna sunt,statim difficilem faciunt ho
minibus respirationẽ,quæ uero ex suo humore aliquid ad asperã mittunt arteriã,reddunt tussi-
culosos. Verũ,q̃ talia sunt,ut mittant ex suo humore aliquid,non sunt dura exquisite,atq; ideo
necessarium est eis aliquãdo suppurari,& hominem occidere.Quæ uero nihil mittunt,ex crassis
humoribus ortum habent, atq; ob id dura sunt, & incocta,& longo permanent tempore,anteq̃
suppurentur,

A ſuppurentur,atq; ideo non perimunt hominem.Quæ uero(ut dixi) unà cum tuſſi ortum habue re,properant ad ſuppurationem, atq; ideo ſunt exitialia. Sic & quæcunq; cum difficili anhelitu fiunt,ſunt ijs,qui adhuc augentᵉ,pernitioſa:uel enim hæc magna ſunt: uel in loco thoracis ad ui tam opportuno. Cum igitur pulmo unà cū corde in talibus augeatur,locusq; continens minor efficiatur,coſtæ uero non augeantur,& ſe flectendo,p.p gibboſitatem thoracem faciāt anguſtio rem: neceſſarium eſt tātam breui tempore fieri anhelitus difficultatem,ut homo corrumpatur. Nam,ſi nondum gibboſitate ſuperueniente,propter ſolos tumores extra naturam,difficilem ha bebāt anhelitum:quid debemus expectare,cum tubercula ſunt proceſſu temporis adaucta,tho rax autem factus anguſtior?Quòd autem,cum multæ ſint ſpirandi difficultates,ſolam illam Hip pocrates aſthma conſueuerit nominare, in qua cōtingit ualde crebrum anhelitum fieri,clarum admodum exiſtit. Appellantque nunc homines eo nomine, illam, quæ fit in curſibus,& uehe mentioribus exercitijs, reſpirationem. Hippocrate autem poſteriores, & paſſionem aliquam pectoris diuturnam, non nulli ſimpliciter aſthma nominant, non nulli orthopnœam, quando abſque febre ægroti iugiter anhelitum habent difficilem.

3.Aphor.53. 58.e

B 47 ‖ *Quibuſcunque uenæ ſectio, uel purgatio cum medicamento conuenit, hos uere purgare, uel ue nam incidere oportet.*

A.lib.1.f.3.d. 5.c.1 fol 68.f

Liquet, quòd de ijs, qui adhuc ſani,ſed ægri futuri ſunt,niſi euacuentur,nunc ſermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet, ut anticipemus euacuare uere aduenientᵉ,uel per uenæ ſectio nem,ſi plenitudinis paſſionibus ſubijciuntur:uel per purgationē,ſi eis,quæ ex corruptione pro ueniunt.Nos itaq; plurimos ita ſeruauimus annos, qui longo ante tempore ſingulis annis mor bis capiebantur. Atque podagram,& morbum articularem adhuc incipientem,& nondum po ros circa articulos facientem,ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus.Eodē mo do & ſanguinis ſpuitionem, morbum comitialem,apoplexiam,melancholiam,& alias huiuſce modi diuturnas paſſiones in multis hominibus per dictam euacuationem ſuſtulimus.Venę itaq; ſectio,cōmune auxilium eſt earum, quæ ex plenitudine fiunt,diſpoſitionū:purgatio uero quam uis,ſi ſecundum genus inaudias,unum quoddam auxilium exiſtat,non tamen ſecūdum ſpeciē. Non nullis ſiquidem confert humores pituitoſos euacuare,non nullis uero amaram bilem,non nullis atram,non nullis ſeroſam ſuperfluitatem,ſecundum naturā earum,quę conſueuerunt ſu peruenire paſſionum. Velut quidam ſingulis annis incidit in melancholiam,niſi purgetur:& eſt
C res mira,quo modo morbo iam inchoante,ſtatim homo præſentit primam eius generationē: & me aduocato purgatis humoribus atris, ceſſet ꝓtinus melancholia:huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt,quòd & ſuperfluitates expelluntur, & ꝙ ex acritudine eorum,quæ excernuntur, parumper aperitur os uenæ,quam uocant hæmorrhoida,per quā excernitur pars aliqua ſanguinis uitioſi conſueti euacuari:quo retento ſuperuenit melancholia.Purgo igitur ip ſum,non uere tantum, ſed etiam autumnō: & ſicuti dixi,ſi ex contemptu aliquando purgatio nem omiſerit,& morbum non anticipauerit,caſus perſentit paſſionis. Sic & mulierem quandā ſingulis annis uere inchoante ſimiliter euacuans,cum aliquando tumorem cancroſum in mam milla pateretur, forti, atque frequenti medicamento purgante atram bilem, ad ſanitatem per duxi.Et,ſi quādo purgatio omitteretur,dolorem profundum ſentiebat: & me aduocato,ſtatim uolebat euacuari.In altero elephantem inchoantem,primum per uenæ ſectionem,& purgatio nem ſanaui: & ſingulis annis rurſus huic ſufficit una purgatio: & ea omiſſa, ſtatim paſſio innote ſcit.Morbi itaq; huiuſcemodi,atri humoris exigunt purgationem:comitialis autem,& apople xia,& aſthma,pituitoſi: articulares autem,ſi cum multa fuerint caliditate, amaram bilem uolūt euacuari:ſi uero cum frigidis tumoribus,pituitam. Quidam alius tempore æſtiuo ſemper febri-
D bus tertianis corripiebatur:ſed multis iam annis non febricitauit:quoniā à nobis purgari palli da bilis circa finem ueris anticipauit.Sic enim melius eſt tales euacuare,ſicut illos,qui morbo co mitiali,apoplexia,& melancholia,& articulari,& alijs paſſionibus,quæ ex craſſis humoribus ge nerantur, præſtat circa ueris initia euacuare: de quibus omnibus ſeorſum à nobis ſcriptum eſt in illo tractatu,qui inſcribitur,de ijs,qui uerno tēpore egent euacuatione. Eſt autem iſte tracta tus pars totius ſalubris tractationis.

6.Apho.43. 51.b

48 ‖ *Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum.*

Paulo antea hunc aphoriſmum expoſui, cum ſermo habebatur de aphoriſmo in hunc modū ſcripto: ‖Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs longa facta inteſtinorum difficultate,aqua inter cutem ſuperuenit,uel leuitas inteſtinorum,& moriuntur: quare iſti nunc propoſito nulla eſt expoſitio neceſſaria. Supra Apho.43.

49 ‖ *Quibuſcunque morbi podagrici fiunt, ij ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.*

in lib.de Iudicationib. Quicunque podagrici, &c.

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decūbente:hanc aūt fluxionem ſuſcipiunt primum quidem loca dearticulationum, deinceps circunſtantia omnia uſq; ad cutē.

Quia uero impleri dicimus dearticulationes,liquet ēt esse necessarium ea,quæ ipsis circūiacent E
ligamenta extendi. Neruos .n.& chordas,seu tendones nō est rationabile in ipsis inflāmari,sed
solum dolere, quia simul enm dearticulationibus extenduntur,argumēto,qm̄ uisus est nunquā
podagricus pati cōuulsionem,quæ frequenter solet in neruorum, ac chordarum inflammationi
bus aduenire:uerū intentio sanationis in eis,communis est oībus inflammatione laborantibus.
Nam,discutiatur,oportet,id,quod ad pedes fluxerit, si quidem tenuiorem habuerit substantiā,
tempore breuiore:si uero crassam uel tenacem,lōgiore:longius adhuc tempus requiret,si simul
crassum,atq; tenax illud,quod defluxit,existit: ultra tm̄ spacium dierū quadraginta nō proroga
bitur curatio inflāmationis,& si medicus in suo opere non aberrauerit,& æger illi in oībus obe
dierit.Quæ uero carnosas partes occupat inflammatio,morborum acutorum subijcit̄ termino,
diebus scilicet quatuordecim,qm̄ carnis substantia mollior est,ac rarior ligamentis: unde & tar
dius inflammari incipit natura ligamentorum,chordarum,atq; neruorū ex ictu,& longiori tem
pore ad consistentiam inflāmationis perueniunt,ac tardius sanātur. Qua enim ratione uix ali-
quid in se humoris externi susc ipiunt,cū duræ sint,ac densæ huiuscemodi partes,hac ipsa ratio-
ne cū difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminū
integræ solutionis non diem quartumdecimū, se quadragesimum posuit, quia, qui in dearticu- F
lationibus humores insunt,per ligamenta ipsos amplexantia oportet per modū uaporis euacua
In progno.có.1. t.25.4 194.h ri: item qui in ipsa ligamenta inciderunt. Meminit autem & in prognostico‖quadragesimi diei,
ut in quo iudicantur,quæcunq; non sunt diuturna exquisite,& acutorum terminum exciderūt.
Dictum autem est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

1.de Morbis,nō longe à princi-pio:Si uero fauciatū fuerit,&c. Et in Coacis prę not. Quibus cerebrum uulneratur, &c.

50 ‖ *Quibuscunque præciditur cerebrum, ijs necesse febrem, & bilis uomitum superuenire.*

Præciso cerebro febris aduenit ea ratione cōmuni, qua quolibet membro principali patiēte
inflammationem,subsequitur febris.Bilis uero uomitus fit compatiēte uentriculo propter eius
cum cerebro cōmunicationem, ore præsertim ipsius,ad quod terminatur ex cerebro effatu di-
gna quædam neruorum coniugatio.Consuecuit quidem & aliter in magnis doloribus,atq; mœ-
roribus fortibus ad uentriculum fluere biliosa superfluitas:& multo magis,cū ipse male affectus
fuerit. Ad ea enim, quæ talia sunt, ferunt̄ partium proximarum superfluitates, præsertim quæ
tenuem habent substantiā,qualis est ipse biliosus humor,atq; cum eo quęcunq; serosa superflui
tas,quę sæpius,in uomitibus bili cōmiscetur:siquidē raro admodū accidit,ut bilis exquisita euo
matur,cui serosam superfluitatē non uidemus admistam. Apparet autem & in sanis,cū diu à ci G A.li.1.f.3.d 2
bo abstinuerint,in illis præsertim,qui natura sunt biliosiores,tales in uentriculum humores ad- c.7.lo.61.h
mitti:quod & ipsius morsus,& uomitus manifestant. Non solum autem cerebro vulnerato euo
munt homines bilem,sed & dura mēbrana ipsum circunstante,quæ,cū in multis partibus sit ce-
rebro agnata,citissime ei cōmunicat proprias passiones. Erasistrati aūt sectatores,cum membra
nas uelint esse principia neruorum,membranam crassiorem inquient suæ naturæ ratione,si sola
sit vulnerata,tales afferre casus:si uero usq; ad cerebrum vulnus peruenerit,quoniā ambæ mem
branæ prius illud admiserint, sic nuper dictarū passionum sequi ortum fatebuntur. Dixi autem
Erasistrati sectatores, & non ipsum Erasistratum,talia dicturos, quoniam cū iam senex esset(ut
illi inquiunt) scripsit libros sectionum, in quibus cerebrum esse neruorum principium demon-
strauit.Dictum autem est de his in commentarijs de Hippocratis sectione.

51 *Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur,& statim mutifiunt, & stertunt, in septem die-
uereunt, nisi febris apprehenderit.*

Mutos(græce ἄφωνους solet Hippocrates nominare non eos tantum,quibus læditur uox, uerū
per exuperantiā quandam unà cum eius læsione dat nobis intelligendas omnes,quæ sunt scd̄m H
electionem,operationes. Non nunquam igitur illis oblæsis non interijt sensus.Quos igitur ipse
mutos appellat,contingit esse sentientes:sed sæpius utraq; patiuntur: & talem affectum uocant
2. Aph. 42.18.b apoplexiam.Est autem & hæc alia quidem debilis,alia uero fortis:atq; ideo dixit,‖ Soluere apo-
plexiam fortem impossibile,debilem uero non facile.Videtur aūt nunc fortis apoplexiæ indiciū
apposuisse,quod stertere dixit,quod etiam profunde dormientibus accidit, quod ad dispositio-
nis similitudinem, secundum diuersum quidem utrisq; modum: nihilominus,quatenus,aliquid
habent cōmune,ut stertant,consequitur. Est autem cōmune ambobus,eius,quæ fit per neruos,
operationis debilitas:& dictū est de his amplius in ea,quę de locis affectis inscribitur,tractatio.
Nunc uero,quantum ad expositionem aphorismi sufficiet,dicet̄ à nobis. Quibus sanis dolor in
capite repente aduenerit,causam referre oportet in primis ad spiritū flatuosum:interdū uero &
ad influentis uniuersim materiæ multitudinem: quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam indi
cant casus, qui post dolorem superuenerunt, per quos,& ꝙ sit quædam materia pituitosa,com-
monstratur:atq; idcirco febris superueniēs soluit dispositionē,ut quæ calefaciat,extenuet,atq;
resoluat spiritum flatuosum, & pituitosos humores. Fit autem hoc nō nunquam tribus diebus,
aut quatuor,non nunquam uero pluribus,non tamē ultra dies septem,quia pars est principalis:

tales

A tales uero partes non diu tolerant fortes ſimul,ac diuturnas paſſiones,ut ſæpius oſtendimus.

52 ‖*Oportet uero et cõſiderare oculorũ in dormiẽtib⁹ ſuſpectiones:nã.ſiqd albũ cõmiſtis palpebris ſubinſpicitur,neq; ex alui pfluuio,aut medicamẽti potione iſtud cõtingat,malum eſt ſignum, et lethale ualde.* in Progn.com.1 t.11.4.193.a

Aut ob palpebrarum ſiccitatem, aut propter potentiæ ipſas mouentis imbecillitatẽ, aliquid ſubinſpicitur,cum oculi integre claudi nõ poſſint. Ob hoc igitur ipſum in alui profluuijs,& medicamentorũ purgantium potionibus,oculorum albedinis aliquid ſubinſpiciẽ,quando dormierint.Nam totum corpus exiccatur,& uires fiunt imbecilles,ex talibus euacuationibus.Plus autem ſiccitas in palpebris innoteſcit,quoniam ſunt natura ſiccæ. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur:eodem modo ſimiles corporis partes. Et quidem, quòd potentia exiſtente imbecilli non poſſint exquiſite oculos claudere,ſed neque os,unde hiantes dormiũt, liquet uni cuique, rei naturam diligentius animaduertere uolenti.

53 *Deſipientiæ,quæ cum riſu fiunt,ſecuriores: quæ uero cum ſtudio, periculoſiores.*

Nulla quidem deſipientia ſecura eſt,minus uero periculoſæ,quæ cum riſu fiũt: ſicuti temera
B riæ,ut ipſe nominat,omnium periculoſiſſimæ:in medio autem ambarum ſunt,quæ cum ſtudio fiunt.Fiunt autem omnes patiente cerebro,ſiue primo,& per ſeipſum,ſiue per compatiẽdi rõnem:differunt autem inuicẽ per cauſas ipſas efficientes. Quæcũq; enim ex ſola fiunt caliditate ſine humore uitioſo,ſimiles quodã modo ſunt eis, quæ ex ebrietate contingunt. Quęcũq; uero ex flaua bile,cum ſtudio perficiuntur: ipſa uero multum exuſta,ut iã magis ad atræ bilis naturã accedat,ſunt inſaniæ ſatis furioſæ.Nã oportet ad memoriã reuocare ea,quæ ĩ alijs locis de atra bile præfiniuimus,ꝙ quædã ex flaua bile ſuperaſſata gigniẽ, quæ omnino moleſtiſſima eſt. Quæ uero ex ſanguinis(quiſpiam dixerit)limo,ac fæce, craſſior quidem eſt illa ſecundum ſubſtãtiã, ſed plurimũ differens prauitate qualitatis.Dictum aũt eſt,ꝙ eã,quæ eſt ueluti fæx ſanguinis,cũ uolumus exquiſite loqui,nondũ atram bilẽ nominamus,ſed humorẽ melãcholicũ.Noĩbus uero abutentes,& atrã bilem aliqñ uocamus,qñ,ſi nõ prius euacuetur, paulopoſt atra futura eſt.

54 *In acutis paſſionibus,quæ cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria, malum.*

Infantes ſæpe uidentur,quo tempore plorant,inſpirare inſpiratione interrupta,ſtãte interim thorace,deinde rurſus id,quod deeſt,adiiciente : qđ ipſe in Epidemijs in hũc modũ explicuit.
C Duplex ‖ intro reuocatio,ueluti ſuperinſpirantibus. Et accidit hoc non nunq̃ potẽtia fatigata, non nunq̃ ex duritie inſtrumentorum,non nunq̃ uero ambabus cauſis ſimul cõueniẽtibus,ſed & aliqñ propter aliquam muſculorum pectoris ſimilem conuulſioni diſpoſitionem. Nam,& uis imbecillis, qſi nequiuerit thoracem uno impetu tñ attollere,quãtum animali eſt neceſſariũ,in media primũ conſiſtit operatione, deinde cum impetu iterum ſe effert. Et durum inſtrumentũ cum non prompte ſequatur potentiam attollentem,ab ipſa uibratũ uiolenter attollitur: De diſpoſitione autem ſimili cõuulſioni,quid oportet dicere,ꝙ talem faciat reſpirationẽ?Nam,ſi frigus uel muſculos thoracis apprehenderit,uel neruos:durities quædã inſtrumentis adueniet,& motus cõuulſioni ſimilis, quã febris ſua eſt apta natura ſanare,& calida auxilia. Febris uero cũ his exiſtens,non ſinit cauſari muſculorum thoracis ſiue neruorum frigiditatem,ſed uel duritiẽ, quæ facta eſt,uel uirium imbecillitatem,uel conuulſioni ſimilem diſpoſitionem.Quicquid uero eorũ in cauſa ſit,non bonũ,ut in morbo acuto contingat.Si igitur, de ſola prædicta motione inſtrumentorum reſpirationi obſeruientium,luctuoſa reſpiratio ab ipſo dicta fuit, iam ad finẽ expoſitio peruenit:ſin aũt,& cum aliquo tali ſonitu uult dictã contingere reſpirationẽ, qualis flẽtibus accidit:ultra dictas cauſas quandam oſtendet doloroſam diſpoſitionem,ex qua,ueluti flẽ
D tes,uel gementes,aliquem miſtum ex utriſque ſonum edentes,in hunc modum reſpirant.

2. Epid. ſect. 3. & 6. Epid. cõ.2. t.10 3.162.d. & in Coacis præn. Spiritus,quidenſus &c.

55 *Dolores podagrici uere,& autumno magna ex parte mouentur.*

Podagricæ paſſiones,ſicuti,& omnes aliæ articulares,uere augentˉ, atq; ideo ipſe ſuperius in enumeratione morborum uernalium etiam articularium cõmeminit, in quibus etiã podagrici continentur.Excitantur quidem aliqñ,& autumno ijs,quibus per ęſtatẽ, tempore,quo fructus maturantur,uitioſi aliqui humores fuerint coaceruati.Oſtenſum enim à nobis eſt in cõmentarijs de potentijs naturalibus,ꝙ ſingulis partibus,ſicuti aliæ potentiæ,ita & illa ineſt,quæ materias infeſtas excernit. Infeſtant aũt aliquę ſua multitudine aggrauantes,aliæ uero extranea qualitate.Secundum utrunq; igitur ijs, qui hiberno tempore in uictu deliquerint, poſtmodum uerno diuturnæ paſſiones excitantur,fuſis humoribus, & mox à fortibus ad loca debilia detruſis: ſecundum alterum uero, tantummodo autumnali.

56 *In morbis melancholicis ad hæc periculoſi decubitus,apoplexiam corporis,uel conuulſionem,uel furorem,uel cæcitatem ſignificant.*

Fiunt quidem,& propter pituitoſum humorem apoplexię,conuulſiones,& cæcitates oculorum:

*πάχος habebat codex Leoniceni πάθος autem, i. passio impressi, & Laurentiani.

rum: Fiunt & propter melancholicum: quoniam communis utrisq; est *crassitudo. Non tamē fu E ror est passio communis. Nunquam enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eius generationem humor irritans, ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidē flaua bilis: melancholichus autem humor non semper, sed cum supra modum exustus, aut putrefactus, malignam induerit acrimoniam.

57 *Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadragesimo anno usque ad sexagesimum.*

Non omnem apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo (quæ ex atra sola fit bile) contingit aduenire ijs, qui dictam agunt ætatem, quoniam in his maxime abundat atræ bilis humor, quē admodum etiam in autumno. Quòd si uolumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse uerus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melācholicis ad hæc periculosi decubitus apoplexiam corporis, quæ homines occupat à quadragesimo anno, usque ad sexagesimum.

1. de Morbis, si uero omentum exciderit. & in Coacis prænot. Quibus omentum. &c.

58 ‖*Si omentum excidat, necessario putrescit.*

Propter breuitatem falsus esse uidebitur hic aphorismus ijs, qui nō recte ipsum inaudierint. F Quòd.n. dicitur, huiusmodi est: Quādo exciderit, hoc est, qñ nudatū fuerit, & extra peritonęō, id est membranam abdominis interiorem, omentum exierit, non contingit ipsum ad locū proprium restitutū, sanum, & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra promeretur, ueluti intestinū, aut aliqua uisceris fibra. Illa etenim, nisi longo tpe frigefiāt, qñ uulnus in abdomine factū ad cicatricem perductum fuerit, pristinam recipiunt temperaturā. Omentum uero, ēt si minimo nudetur tpe, reductum putrescit: quā ob causam medici partē illā, q̄ fuerit nudata, solēt resecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusius in uerbis dictis proponatur. Siquis uero dicat se aliqñ uidisse omentum, quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suū locū reductum, non putruisse: perpetuam is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationē: illud tamen nō tollet, quod magna ex parte soleat accidere. Commune siquidē est huic aphorismo cum alijs ab Hippocrate dictis, ut perpetuū quiddā, ex figura dictionis ostēdatur: quamuis res ipsæ non semper eodem modo eueniant, sed licet raro, interdum etiam aliter accidant.

59 ‖*Quibuscunque à coxendicum dolore ꝧ diuturno ꝧ molestatis excidit coxa, & rursus incidit, ijs mucores superueniunt.*

12. de usu partium. 1. 192. h

Sæpe in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorē appellant: à quo madefacta de- G articulationis ligamenta, laxiora reddunt: atq; ideo facile à cauitate articulus excidit, & rursus nō cum difficultate incidit, quę nunc ait accidere ijs, qui ita morbo laborant coxendicū. Qñ au tē coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere, quo modo etiam in libro de articu lis dicebat, ‖ Humerum autem uno modo noui lubricare: ac si dixisset articulum humeri.

de Articulis, cō. 1. t 1. 7. 251. c

de Articulis, cō. 41. 7. 258. a

60 ‖*Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa: ijs crus tabescit, & claudicant, si non urantur.*

1. de Morbis, Claudi uero à coxendicū morbo fiunt.

in lib. qui Introductio, seu med. inscribit. Isagog. 56. g

Hunc aphorismum non debemus à superiore seiungere, sed ipsum coniungentes, ita unū sermonem intelligere. Vult enim dicere, ꝙ à coxendicum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinē articulus excidit, & rursum incidit, necessarium est processu tēporis crus cōtabescere, nisi prius urendo mucorem exiccemus: ‖quod in libro de articulis consulit fieri in brachio iugiter excidente. nam & nunc eadem est sermonis uis, cum ipse suadeat aduri coxā, sicut in libro de articulis docebat: ut, & id, quod mucosum est, absumatur, & laxitas cutis, ad quam articulus lubricat, magis ex adustione contracta, arctet, ac prohibeat articulū transponi. Quòd H si ob multitudinem mucoris extra suum locum diu coxa steterit (est enim hoc quidem claudicatio) necessario crus contabescet: ut etiam alijs omnibus solet accidere, si priuata motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS SEPTIMVS.

Omnes ferè, qui antea scripserunt, expositores aphorismorum, circa initia quidem ultra id, quod est utile, sermonem extendunt: in processu uero ita remittunt, ut primo quidem, quo ad utile fuerit, tantum progrediantur, deinde uero infra id etiam subsistāt, & postremo, usq; adeo contrahant expositiones, ut nec animaduertant plures aphorismos esse nothos, atq; planè falsos. Verum, ut, qui sunt in disputationibus fatigati, prompte ad omnia annuunt: sic & ipsi oēs admittunt, quoscunq; scriptos inuenerint aphorismos: & ad ultimā suis in expositionibus breuitatem deueniunt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cum alias eorum absurditates conati su

mus

Amus euitare,tum omnes ex æquo ſtuduimus facere expoſitiones,quæ & ueritatẽ, & utilitatẽ artis intenderent,& interpretando neq; ſe ad extremã breuitatem contraherent (hoc enim libro conuenit,non cõmentario) neq; ad tãtam prolixitatem effunderent, quantam ipſi in principio expoſitionum inſtituerunt: id autem, quod optimum eſt in omnibus ſermonibus, quod quidẽ ſeruat mediocritatem in unaquaq; tractatione, à principio uſque in finem ſeruare ſtuduimus.

1 *IN morbis acutis frigus partium extremarum, malum.*

In morbis diuturnis,qui præſertim ſunt ſine febre, & hyeme, & ætate ſenili,partes extremas corporis,ueluti nares,aures,pedes,& extremas manꝰfrigidas fieri nihil abſurdum. Non tamen in acutis eſt mediocre malũ, ſed caſus ſatis exitialis: quod uehementiſſimis accidit uiſcerum inflammationibus. ‖Acutos autem ipſe ait uocari morbos,quorum febres maxima ex parte continuæ ſunt: in quibus,cum fuerint ſine magna inflammatione, nedũ extrema frigeſcere,ſed exuri cõtingit. Cum uero inflãmationis calor adeo uehemens fuerit, ut B ad ſe trahat per modum cucurbitulę ex toto corpore ſanguinẽ: ijs,qui ita ſe habent,uiſcera peruruntur,extremæ autem partes frigeſcunt propter defectum ſanguinis ad uiſcera ſe recipiẽtis: & eoruui plerique, neq; tegumenta tolerant propter incendium, quod in uiſceribus ſentiunt.

de Vict. rat. in morb.acu com. 1.t.8.7.108.h

2 *In oſſe ægrotante caro liuida,malum eſt.*

Nõ enim in mediocribus oſſium læſionibus, ſed fortibus putrilaginibus talis ſpecies coloris circunſtantibus aduenit carnibus, extincto in eis ſcilicet calore natiuo.

3 *A uomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum.*

Qualis paſſio eſt cõuulſio muſculis,talis eſt ſingultus ſtomacho: qui humoribus aduenit infeſtãtibus non nunq̃ totum uentriculum,non nunq̃ os eius,& gulam: quos per uomitiones abijciens,ſtatim à ſingultu liberatur: qui ſi neq; p̃ iſtas ceſſauerit, duorũ alterũ oſtẽdit, uel cerebrũ neruorũ principium,uel uentriculũ pati non mediocrẽ inflammationẽ. Rubor uero oculorum utrãque ſequitur diſpoſitionem,ſed præcipue illã,quæ in cerebro exiſtit ſimilis inflammationi.

4 *A ſudore horror, non bonum.*

C ‖Quòd iudicatoria,quæ non iudicant, partim mortalia, partim male iudicantia ſunt, ab ipſo dictum eſt: quoniam natura in huiuſmodi diſpoſitionibus morbo ſuccumbit. 2.Epid. ſect 1

5 *A furore difficultas inteſtinorum,uel aqua inter cutem,uel mentis alienatio,bonum.*

Difficultatem quidẽ inteſtinorum, uel aquã inter cutẽ trãſmutationis rõne eſſe furoris ſanationem,non eſt extra rõnem,cum à capite noxij humores trãsferantur ad inferiora. Mẽtis aũt alienatio,tantum abeſt,ut ſit furoris ſolutio,ut quiſpiam potius dicat eſſe incrementũ. At profecto,ſi modo re uera Hippocrates cõtinuũ,atq; uehemẽtẽ furorẽ,alienationẽ mẽtis nominauit: quendam nouimus à furore mediocri,quo prius detinebatur,fuiſſe liberatũ: unde ratiocinãdo perpendimus ex uehementi motu cauſarum efficientium furorem, ſolutionẽ fuiſſe ſubſecutã: quemadmodũ in morbis acutis uehementiſſimi caſus ſolent aliquando bonas criſes operari.

6 *In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſinceræ,malum.*

Faſtidiũ cibi per ſeipſum prauum eſt ſignum in morbis diuturnis. Nã in ijs,qui à talibus morbis ſunt euaſuri,cõtrarius affectus ſolet accidere, uehemẽs.ſ.ciborũ appetẽtia. Quare cibi faſti D diũ haud quaq̃ bonũ eſt ſignũ: multo uero magis, quãdo fuerint ẽt prauę deiectiones. Sinceras uero deiectiões noĩauit impermiſtas aquoſæ humiditati,qm̃ ſolus humor euacuatus deiiciẽ, ſiue ſit bilioſus,ſiue melãcholicus, ſiue porri colorẽ prę ſe ferẽs,ſiue bilis, q̃ æruginoſa nominaẽ: nam deiectiones huiuſcemodi exuſtã eſſe omnẽ natiuã humiditatẽ à calore febrili demõſtrãt.

7 *Ex multa potatione,rigor,& deſipientia, malum.*

Quòd q̃dẽ multa potatio,nõ aquæ, ſed uini potionẽ ſignificet,unicuiq; manifeſtũ. Deſipiũt aũt ex talibus potionibus aliqui,capite oppleto plurimo ſanguine, ac ſpiritu calido. Ob hãc ipſam uero cauſam & calidiores reddunt̃,p̃cipue q̃dẽ caput, ſed & corpꝰ uniuerſum. Pauci.n. ex ipſis ſunt,q̃ cũ deſipiẽtia rigeãt,in quibus calor natiuus nõ accendiẽ, ſed ob multitudinẽ extinguitur,ſicuti ignis lignorũ multitudine ſuperiniecta,&lucernę flãma oleo uniuerſim ſuperfuſo.

8 *A tuberculi intus ruptione,exolutio, uomitio, aut animi defectio fit.*

Tuberculũ græce φύμα) nominauit,quod in alijs ipſe ſolitus eſt uocare ſuppurationẽ (græce ἐμπύημα) Intus uero ipſius ruptionẽ, ad uentriculũ dicit: ad hanc.n. conſequiẽ uomitus, ſicuti

tuberculorum

tuberculorum in thorace,atque pulmone ruptio,non uomitiones,ſed ex neceſſitate quidē tuſ- E
ſim excitat, ſæpius etiam ſtrangulat: quemadmodum ſuppurationum ad inteſtina ruptiones, puris faciunt deiectionem. Commune autem omnium ruptionum eſt exolutio, & animi defectus,propter uitalis ſpiritus excretionem, ut alibi eſt demonſtratum.

in Coacis præ-nor. In ſanguinis fluxione &c.

9 ‖ *A profluuio ſanguinis, deſipientia,ac conuulſio,malum.*

Hic aphoriſmus magnam nobis affert utilitatem ad credendū,ꝙ aliquando fiat deſipiētia ex defectu,quo manuum,ac pedum tremores. Nā & hæc membra propter potentiæ ipſa mouētis imbecillitatem,infirmas habēt motiones,& cerebrū uacillantes: quapropter neq; uehemēs eſt hoc deſipientiæ genus, ſed mediocre,atq;,ut quiſpiā diceret,*delirans.Ipſe ſiquidē ſolet medio crem inſaniam,*deliriū nominare.Si ergo conuulſio aliquando tali deſipientiæ coniungat̄,omnino falus eſt deſperata.Quædā igitur exemplatia,cū, &, copulatiua cōiunctione, ſcripta ſunt: quædam autem,uel,diſiunctiuam quam uocant,habent, ſecundum quam deſipiētia nō bonus eſt† caſus poſt ſanguinis fluxum,etiam ſi ſola contigerit:multo autem magis cōuulſio,ēt ſi abſque deſipētia facta fuerit.Maximum uero malum eſt ambarum conuentus,cum uel ſola cōuulſio ex immoderata euacuatione,†caſus ſit admodum exitialis:nam deſipientia minus malū eſt. F

* λιπρῶδες.
* λῖπος.

in ijſdem Coacis, Voluulosis uomitus &c.

10 ‖ *Ab ileo uomitus.ſingultus deſipientia,uel conuulſio, malum.*

In ileis nihil deſcendit ad inferiora,& hoc eſt proprium inſeparabile paſſionis. Vomitus aūt nō ſemper adeſt,ſed quādo exitiales ſunt:&,ſi uehementius diſtorqueātur, ſtercus eis aſcēdit, atque ſingultiunt. Quidam uero deſipiunt, & conuelluntur, compatiente neruorum principio ſtomachi paſſioni. Hæc uero mihi fieri uidentur ab inteſtinis, in quibus paſſio talis exiſtit, à ſe expellere ſtercus appetentibus,quando in longitudine temporis cœpit moleſtare,& nō potentibus ſe exonerare propter eam, quæ facta eſt in partibus inferioribus,obſtructionem,ſed coactis contra naturam uiolenter moueri, & ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudere.

11 *A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum.*

In pluribus quidem exemplaribus in fine aphoriſmi adiectum eſt,malū: in quibuſdam uero ita ſimpliciter ſcribitur:A morbo laterali inflāmatio pulmonis: uolētibus illis,qui in hunc modum ſcribunt,non ꝙ ſi bonum,uel malum,pulmonis inflammatio morbo laterali ſuperueniēs, nunc ipſum docere,ſed ſimpliciter hoc unū tantūmodo, ꝙ morbus lateralis ſoleat in pulmonis G
inflammationem trāſmutari, uel morbo laterali pulmonis inflammatio ſuperuenire. Tranſmutatur igit̄ morbus,qñ priore ceſſante,aduenit alter:ſuperuenit aūt,qñ altero adhuc manēte, alter adiicitur.Verum hoc in loco uidetur Hippocrates de ſuperuenientibus agere,quibus ſtatim hoc ineſt,qđ mala ſint,adeo ut,etiamſi hoc uerbū,malū,nō adiiciat̄: uel ſubaudiendū ſit ſcđm modum à communi dictū, uel potentia oſtendi exiſtimandum. Omnis.n. huiuſmodi ſuperuenientiū cōſiſtentia,neq; paruos,neq; mites inſequitur morbos,ſed magnos,atq; malignos. Exē pli gratia ſtatim in dictis in aphoriſmo paſſionib⁹,qñ nō poteſt is,ꝙ morbū facit lateralē,in coſtis humor contineri,pars eius aliqua ad pulmonē fertur.Ad inflammationē quidem pulmonis morbus lateralis nō admodum cōſequi ſolet:qñ,ſi mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per ſputum expurgat̄:in perniciosis uero,antequā coſtæ compatiantur,ſtrangulat ægrum.

12 *A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.*

Quando à calido humore fit inflammatio pulmonis, quæ multos uapores tranſmittit ad caput:cerebrum implet uaporibus & facit phrenitidem. Alia autem communia ſunt ad prius dictum aphoriſmum non huic ſolum, ſed etiam ſequentibus. H

13 *Ab æſtibus fortibus conuulſio,aut diſtentio,malum.*

Multi expoſitores ita ſcribi hunc aphoriſmū cognouerūt: Marinus uero, A uulneribus,ſcribit,& ſequentem aphoriſmū ſibi ait aſtipulari. Verumq; ſane eſt,ꝙ à uulneribus fortibus fiūt in flammationes,ac conuulſiones. Sed,cum oēs fere expoſitores,& præcipue uetuſtiſſimi,illā norint ſcripturā,quæ habet:Ab æſtibus fortibus:melius eſt,ut & nos etiā eandē exponamus. Qui dā igitur pro æſtibus,febres intellexerunt:non nulli uero aeris ambientis feruorē ita nominari dixerūt:alijs pro cauteriis,& eſcharis:& oēs uerū dicunt. Superueniūt.n. his oībus haud quaq; ad bonum diſtētiones,ac cōuulſiones, ꝓpter neruorū ſiccitatē,quas diximus eſſe difficillimas.

14 *A capitis ictu obſtupeſcentia,& deſipientia malum.*

Deſipientia quidem agnoſcitur loquentibus, agentibusve nihil cōſentaneum rationi:Obſtupeſcentia uero (græce ἔκπληξις,)qñ neq; aliquid dicunt,neq; agūt, ſed apertis oculis quieti manēt,ſimiles ijs,qui ex timore ſunt attoniti. Quòd uero hæc omnia huiuſcemodi fiāt cerebro patiente,manifeſtum: oſtenſum.n. eſt in eo eſſe aīæ principatū. Si igitur in fine aphoriſmi ſcriptū ſit, malum,

A sit,malum,liquet,q̃ recte dictũ fuit:indicio.n.sunt,q̃ ictus intra ad cerebrũ penetrauerit. Si uero nõ scribat,nos nihilominus possumus subaudire,sicuti antea diximus,à cõmuni. Possumus aũt, & q̃a huiuscemodi casus una indicãt cerebri læsionem, magnitudinẽ passionis cõsiderare.

15 *A sanguinis sputo puris sputum, malum.*

Quòd omnis hæc enumeratio sit eorũ quæ proprie superuenientia uocantur (de quibus Praxagoras unum uolumen scripsit haud paruum)manifestum esse arbitror,& ex ipso aphorismo. Neque enim omne sputum sanguinis,sequens habent sputum purulentum : sed tantummodo, quod malignum existit:lethale autem est*omnino ex pulmone.

16 ‖*A puris sputo phthisis,& fluxus:cum uero sputum retinetur, moriuntur.*

in lib. qui Introductio, seu medic. inscribitur, Isagog. 56.f

Quam proprie Græci, & præsertim Athenienses phthoen nominant, hanc nũc Hippocrates phthisin apellauit,ob pulmonis ulcera insanabilia,totius corporis cum febre parua extenuationem. Fluxum autem uel de capillorum defluuio,uel de humida deiectione protulit:ambo.n.cõ sueuerunt euenire,cum tabidi ad extremum mali perducuntur, alterũ ex siccitate,altera ex po
B tentiæ debilitate.Quòd uero in fine scribitur,Si autem sputum retineatur,moriuntur : modum mortis ostendit illorum,qui ex phthoe moriũtur.Eousque enim extenuati uiuũt, donec extussire,& per ea,quæ expuunt,possunt pulmonem expurgare.Cum uero intus manent, obserãtur quidem uiæ spiritus,patientes uero suffocantur.

17 ‖*In hepatis inflammatione singultus, malum.* 5.Aph.52.43.b

Dixi & antea,q̃ oẽs hi seriatim scripti aphorismi de † casibus docẽt, q̃ passionibus auctis, & iã deterioribus factis superueniũt.Hoc mõ igiẽ, & nũc singultus hepati inflãmationẽ patiẽti dicitur superuenire, nõ semper,neque quomodolibet patiente,sed quãdo ad magnitudinẽ attollitur,feruente inflammatione:in quo feruore stomachus ad compassionẽ trahitur, non nunquam communium neruorum ratione,qui sunt (ut ipse docuit in secundo Epidemiorum) breuissimi. 2.Epid.sect.4.
Quare tunc solum compassio fit stomacho ad hepar,qñ inflãmatio, & maxima, & pessima fuerit.Saneq́; bile satis calida,& multa in huius uisceris inflãmationibus genita,ac confluente ad intestinorum principium,atq; ita superfluitante,atq; ad uentriculum recurrente, cõtingit os eius morderi,atq; ideo singultire.Non nulli uero arbitrantur magnitudinem inflammationis uẽtri-
C culum premere,ac singultum facere,non habente exitum spiritu, quemadmodum inquiunt.

18 *In uigilia,conuulsio, uel desipientia.*

Quidam,& hoc loco,malum,subiungunt.Nos uero & prius diximus,q̃, etiãsi nõ subiungat, potẽtia cõtinetur. Cur uero immoderatis uigilijs conuulsio succedat, aut desipientia, manifestũ est ei,qui priorum meminerit.Nam dictum est ab ipso Hippocrate ‖conuulsionẽ, ut à repletione,sic ab euacuatione fieri.Ex ijs autem,quæ maxime euacuãt,& exiccant,uigiliæ sunt: atq; ideo conuulsionem ex siccitate faciunt,ac desipientiam,immodicæ siccitatis ratione:ac præterea,qm̃ in longis uigilijs biliosior redditur sanguis. In quibusdam tamen exemplaribus, & quidẽ diligẽtissime scriptis,hic aphorismus scriptus est sine uerbo,desipiẽtia,hoc modo : In uigilia conuulsio.quia,ut arbitror,pessima, quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco. 6.Apho.39.50.f

19 *In ossis exutione, erysipelas.*

Hoc in loco maxime oportet subaudire,malũ . Neque enim hoc dicit, q̃ semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat (nam potius contrarium uerum est,q̃ ita patien-
D tibus ossibus,raro superuenit erysipelas)sed q̃ †casus prauus est osse nudato carnem circunstãtem uideri ab erysipelate apprehensam.

20 *Ab erysipelate,putredo,aut suppuratio.*

Clarum est,& in hoc sermone, quòd malignis erysipelatis hæc superueniunt.

21 *A forti in ulceribus pulsu, profluuium sanguinis.*

In ulceribus inflammatis pulsus fit,non ferente carne incumbente arterijs,illarum motũ,sed dolente,qñ se attollentes exciderint:Est enim huiusmodi pulsus, sensus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus, quas neq; ab initio sentiebamus , cum membra se haberent secundum naturam, tum quia eorum adhæsus non est molestus,tum quia in spatio laxiore mouẽtur. Membris uero inflammatis,& loci angustatio,& dispositio dolorifica,tristem afferunt laborãti bus sensum,ex motu arteriarum:quem non solũ medici, sed oẽs homines pulsum appellãt. Videtur autem,& hic arteriarum motus augeri in talibus dispositionibus.Ostensum siquidẽ est in commentarijs de potentijs naturalibus,q̃ est quædã in ipsis ẽt uis aliena excernẽs,quæ & sudores iudicatorios facit,& ꝓfluuia sanguinis,& alui inferioris deiectiones,& q̃cunq; alia huiusce

modi

mòdi. Secundum hanc igitur uim non nunquã uehementius natura operans, magnum, & uio- E
lentum arteriarum efficit motum, appetens illa, quæ moleſtant, expellere: atq; ita profluuium ſanguinis facit.

22 *A uentris dolore diuturno, ſuppuratio.*

Siue frigus, ſiue omnino aliqua inæqualis intemperatura circa uentrem fuerit, ſiue uẽtus flatuoſus, ſiue acritudo quędam mordax, fieri non poteſt, ut in longum extendatur, ſi omnia circa ægrum opportune fiant: hoc enim in omnibus ſermonibus talibus ſubaudire oportet. Relinqui tur igitur, ꝙ adhuc dolor perduret ꝓꝓ imflammationẽ, q̃ tẽporis proceſſu ꝓculdubio ſuppurabit, niſi hoĩem morte præripiat: nam & hoc ſubaudire oportet in omnibus ſermonibus talibus.

23 *A deiectione ſincera difficultas inteſtinorum, malum.*

Deiectiones ſinceras ſolet (ut dixi) Hippocrates nominare impermiſtas aquoſę humiditati, 7. Aphor. 71. 60. 8
quę ſolum habẽt ſincerum illum, qui infra deiicitur humor, ſiue ſit flaua bilis, ſiue atra. Nihil igi tur mirum, ſi in talibus deiectionibus aliquod inteſtinum exedatur.

24 *In oſſis præciſione, deſipientia, ſi in uacuum apprehenderit.* F

Oſſe, quod in capite uidelicet eſt, præciſo, non ſimpliciter, neq; utcunq; cõtigerit, ſed uſq; ad interiorem ſuperficiem, quam uacuus excipit locus, qui cerebrũ continet, deſipiẽtia fit: nã paſſio proxima tũc exiſtit menbranis, & cerebro. Marinus aũt, neſcio quo modo, legendũ ſeorſum exiſtimat: In oſſis præciſione deſipientia. & rurſus ſeorſum facit principium aphoriſmi ſecũdũ: Si uacuum apprehenderit, adiiciens ipſi, Ex potu medicamenti cõuulſio, mortale. ita ut totus aphoriſmus talis fiat: Si uacuum apprehenderit ex medicamenti potione conuulſio, mortale. Rationabiliter enim inquit hoc dici: ſemper. n. factam ex euacuatione conuulſionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, ꝙ propter immodicam euacuationem fa cta conuulſio eſt exitialis: ſic igitur, & facta ex potione medicamenti eſt exitialis. Verum non animaduertit, ꝙ ſermonem priorem falſum oſtendit: nam aperte falſum eſt, quod in oſſis pręciſione deſipentia fiat. Neq; enim ex alicuius oſſis alterius, neque eius, quod cerebrum tegit, pręciſione, dementia ſequitur, antequam ad membranas paſſio perueniat.

in Coacis prẽno. ſimiliter ex nimiis purgationibus ex medicamentis.

25 ‖*Ex medicamenti potione conuulſio, lethalis eſt.*

Medicamenti potiones, & medicationes, cõſueuit Hippocrates proprie nominare eas tm̃, q̃ G
cum purgantibus fiunt medicamentis. Quòd uero conuulſio, quæ fit iſtis ſupra modum euacuã tibus, lethalis exiſtat, ſiquis eorum meminit, quæ ſępius à nobis ſunt dicta, non ignorat.

26 *In forti dolore uentris, partium extremarum frigiditas, malum.*

Fit quidem (ſicut & ſupra dictum eſt) ob magnitudinem inflammationis in uiſceribus partiũ extremarum frigiditas: fit etiam propter animæ defectum, uel quia calor natiuus extinguatur, uel quia propter multitudinem ſuffocetur, tum præcipue, cum frigida fuerit: fit inſuper, & propter dolorem uehementem medias corporis partes occupãtem: ob quem natura in ſeipſam cõtrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis, non ſolum extremas corporis partes derelinquens, ueluti pedes, & manus, & capus, ſed, & cutim uniuerſam. Cauſam igitur quandam particularem dixit Hippocrates hoc in ſermone partium extremarum frigiditatis, ſicut, & in pluribus alijs ſermonibus hoc ipſum feciſſe oſtendimus. Sed mirandum nõ eſt, illum, qui primus multa adinuenit, non omnium, ſimul, ſed ſingulorum particulatim feciſſe mentionem.

27 *Mulieri utero gerenti ſi tentio ſuperuenerit, facit abortum.* H

Circa inteſtinum, qđ rectũ nominatur, tentio (græce teneſmos) fit, eandẽ habẽs cauſam, ac diſpoſitionem, quã in difficultatibus inteſtinorum ſuſcipit, aliquod ex ſuperiacentibus inteſtinis. Hæc autem paſſio nomen accipit (ut inquiũt) ab illa, quæ fit in ea, tentione: ob quam, cũ cacare uehementer appetant, continue exurgunt. Ob talem igitur tentionem, atque moleſtiã, & totum aliud corpus laborat, ſed præ cæteris matrix, quæ cognata eſt recto inteſtino. Nihil aũt mirum, ſi propter uehementes atque frequentes exurrectiones, conceptus abortitur, quãdo, & ex alijs omnibus fortibus motibus, atque doloribus mulieres grauidæ ſolent abortum facere.

28 *Quando os, aut chartilago, aut neruus abſcinditur in corpore, non augetur.*

Et hic aphoriſmus iam ſcriptus eſt antea, his uerbis: ‖ Quando diſciſſum fuerit os, uel chart- 3. Aph. 19. 48. b
lago, uel neruus, uel maxilla tenuis, uel præputium, neq; augetur, neq; coaleſcit. & nos in ſexto commentario ipſum expoſuimus.

in Coacis prẽno. Hydrops, Leucophlegmatias appellatus &c.

29 ‖*Qui alba pituita detinetur, ſi fortis uentris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberatur.*

Conſueuere, & alij medici quãdã aquæ inter cutem ſpeciẽ, leucophlegmatiã. i. albã pituitã, nominare,

A nominare,uel ꝙ ſit ēt aliqua pituita liuida,uel ꝙ ſui q̄dē ratione ſit ſemper alba,ſed ꝓp miſtionem quorundā aliorū humorū uerū mutet colorē.Pōt ēt,ſicut in libro de articulis ſcripſit.‖Ver
* tebrę,q̄ in ſpina ſunt:nō tāq̄ ſint alibi,diſtinguēs,ſed ſimplici utēs adiectione:ſic & hoc in loco abſq; diſtinctione,albi feciſſe adiectionē.Hoc aūt,qđ ſubiecit,ex forti alui ꝓfluuio,uel diuturno(utrunque.n.ſcribitur) ſolui albæ pituitæ ſuperabundantiam, commune eſt, ad multa alia, quæ ita ab eo dicta ſunt.

de Articulis.cō. 3.t.1.7.268.e

30 *Quibus in alui profluuijs excrementa ſpumoſa ſunt: ijs ex capite pituita defluit.*

Hoc indiſtincte dictū eſt.Fiunt enim aliqñ alui excremēta ſpumoſa,ſpirituoſo humore ex capite ad uentriculū defluente.Fiunt & uaſis,quę ad ipſum perueniunt,illū effundentibus. Fierēt etiam aliquando in ipſo uētriculo unā habētia,ut quiſpiā diceret,cauſam cōtentiuā,quomodo cunq; excernant aut fiant,antecedētes uero plures.Eſt aūt huius pituitæ cauſa cōtentiua flatuoſus ſpiritus,dū humori commiſcetur,uehementem habens motū,& inæqualem ita,ut & ipſe dirumpatur & pituitā frangat in multas,ac paruas partes.Talis uero motus ipſius cauſa eſt, & ꝓpria natura,& caloris nō nunq̄ multitudo.Sic & in ijs,quæ elixātur,apparet ſpuma, maximeq; cum tenacem habuerint naturā:& in mari uiolentis uentis agitato.Qui uero arbitrant per pul-
B monem ad uentriculū pituitā deueniſſe, atq; ideo ipſam uideri ſpumoſam,neſcio, q̄d inquient de ijs,quibus fiunt à capite ad pulmonē fluxiones manifeſte. Oportebat ſiquidē in his alui excrementa eſſe ſpumoſa:uerum hi neq; ſpumoſa per ſedem excernunt,neq; cum tuſſi expuūt,& tamē ſæpius manifeſte aſperę pulmonis arteriæ ſunt eo,qui à capite fluxit,humore oppletæ, q̄ concoctus puri quidem eſt ſimilis, ſpumoſus autem nequaquam. Sed neq; ſemper ex pulmone ſpumoſum ſanguinem expuunt. Videtur itaq;, cum ex propria ſubſtantia uiſceris ſimul quicq̄ effertur:ſanguis eſſe ſpumoſus.Sanè,& q̄ morbo laterali laborāt, aliquādo ſpumoſum expuūt, ſed raro.Hi uero etiā rarius,qui inflāmationē pulmonis patiuntur,calore ſcilicet,ut mihi uidetur,intemperato atq; igneo in patientibus partibus aggregato.Si uero,quod à capite defluit ad aſperas pulmonis arterias,ut non nulli uolunt,permeat ad inferiora:primū ad uentriculos cordis ipſum peruenire oportebit: poſt hoc duorum alterū eueniet, aut primum per cauā uenā ad gibba hepatis,deinde illinc ad cauā,& ita per portas ad inteſtinorum inuolucra : aut primū qui dem ad magnam arteriam,deinde ſic ad illam,quæ eſt in meſenterio.Sed quomodo adhuc ſpumoſum remaneret,& ſanguini commiſtum, & tot cum eo uenas pertranſiens ?

31 *Quibuſcunque febricitantibus,in urinis fiunt ſedimina, ueluti farina craſſior, longam ægritudi-*
C *nem fore ſignificat.*

Et hic ſermo adhibita diſtinctione uerus eſt, & ab experiētia comprobatus,nam‖tales urinæ exitiales ſunt,ſicut ēt in Prognoſtico dictū eſt:plurimiq; morte præripiuntur,antequā ægritudo diutius protrahatur:& quicunq; ex ipſis ſunt liberati,ijs omnibus in longū ꝓducta eſt ægritudo,cum diſpoſitio multam requireret coctionem,in qua talis urina mingitur.Dictum autē eſt à nobis in libro de Criſibus plenius de urinis omnibus.In Epidemijs aūt(ſufficit enim mihi de duobus ægris tantummodo feciſſe mentionē)in primo quidem libro de Sileno,ſecūdo loco cō
« ſcripto poſt tres cōſtitutiones:de quo in ſua enarratione ſic inquit:‖Minxit totū ſimul,ſubcraſ-
« ſum:ſedimē inſtar farinæ craſſioris,albū:extrema rurſus frigida: undecima mortuus eſt.In ter-
« tio aūt de ægro,qui ordine tertius eſt,de quo ipſe ita ſcripſit in ſuæ enarrationis initio:Qui iace
« bat in horto Dealcis:deinde paulo infra:‖Vrinæ tenues,uariæ,habentes ſublimamēta parua in
« ſtar farinæ craſſioris. Hunc autem dicit quadrageſimo die fuiſſe iudicatum. Liquet igitur & ex his exemplis, quod quicunque mingunt urinam ſimilem farinę craſſiori,ſi ſaluari debeāt,tarde liberantur. Quicunque uero exitialiter ſe habent, contingit hos quàm cito interire.

in Progno. com. 2.t.28 3.200.e. & in Coacis præ not periculoſa urina &c.

in 1.Epid.com.3 t.19.3.121.f

3.Epid.com.1.t. 18.3.133.b

32 *Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutum morbum ſignificant.*

D Bilioſum quidē ſemper acutos morbos operatur.Dictū.n.à nobis eſt, ꝙ amaræ bilis humorē ita medici priſci conſueuere appellare, ſicuti melācholicum ſemper cum adiectione dicunt, nō ſimpliciter bilem proferentes,ſicuti flauam,ſed atram bilē nominantes.Quod aūt ſequit,ſupra tenuia,hoc eſt aquoſa:(ſic enim conſueuit uti tenuis appellatione Hippocrates)non bene dictū uideretur.Vrina ſiquidem aquoſa,cruda eſt & diuturna.Equidem nūquam uidi urinā, cuius ſedimen bilioſum eſſet,pars uero ſuperfluitans aquoſa. Nō abſque ratione igitur nō nulli expoſitores dixere aduerbium,ſupra,non locum, ſed tempus hoc in loco ſignificare, ac ſi ita diceret: Vrinarum ſedimina,qñ ab initio tenuia ſunt, poſtea uero bilioſa fiūt,acutum morbū ſignificāt.

33 *Quibuſcunque urinæ diſtantes fiunt, ijs turbatio uehemens in corpore eſt.*

Si uerbum,diſtantes,in propria ſignificatione accipiatur,rem impoſſibilem oſtēdet.Vrina ſiquidem ſemper eſt ſibi ipſi continua, nullum ſpatium uacuum habens interiectum. Si uero per id ſubſtantiæ inęqualitatem dici intellexerimus, recte dixit uehementem ſignificari perturbationem : nam ſuperante natura,oīa æqualiter unita ſunt: ægris uero cauſis tumultuantibus, ac renitentibus,ei,illud,quod ſuperatur,atq; cōcoquitur,aliam habet formam : renitens uero atq;

tumultuans,

tumulturans,aliam:& quando plura huiuſcemodi fuerint,uariam magis oſtendunt urinarũ inę- E
qualitatem,& eius cauſam, perturbationem.

34 *Quibus in urinis bullæ inſident,morbum renalem,& longum ſignificat.*

Bullæ fiunt,circumextento humore ſpiritu flatuoſo. Solet autem hoc magis accidere, quando humor aliquid tenacitatis habet:tunc autẽ & bullę ipſæ ſunt ſtabiles,& difficulter ſolubiles. Cum igitur ſpiritus flatuoſus unà cum urinis excernitur,ſignum eſt frigidę ægritudinis renum. Hæc enim aggregat ſpiritum flatuoſum: atque ideo aiunt ægritudinem fore longam. Frigidum enim omne eſt difficulter ſolubile, & uix coctionem admittit, atque ideo diu durat. Non nulli etiam aiunt ab acrimonia urinarum aperiri ora arteriarum, quæ ſunt in renibus, atque ita excerni ſpiritum aliquem,qui cum urinis exit,& bullas facit.

35 ‖*Quibus inſidens pingue,ac ſimul totum,ijs renum uitium acutum ſignificatur.* in lib.de Vrinis,qui Galeno aſcribitur. 4.124.d

Siue alui excrementum,ſiue urina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit non magis in renibus,q̃ in toto corpore,exiſtẽtis: quare neq; omnino morbi renalis eſt ſignum, ſed cõmune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita intelligendum eſt, tanquam in ijs, de quorũ F
uitio renali non ambigitur,non paſſionis genus,ſed acutiẽ dignoſcat, ac prædicat in hoc aphoriſmo Hippocrates:uel pro uerbo,nephritica,quod ſignificat uitium renum,ſcribendũ eſt,phrenitica:ſicuti quidam ſcripſerunt expoſitores. Quanquã neq; hoc ſolius phrenitidis ſignum exiſtit,neq; ſimplicis,neq; incendentis,ſed cuiuſcunque febris colliquantis. Quod uero totũ ſimul ſermoni adiectum eſt,poteſt & breuitatem temporis ſignificare,poteſt nihilo minus & loci ſpatium. Quod.n.aſtrictum eſt,& in ſe ipſum contractum,ſimul totũ(gręce ἀθρόον)nominamus,contrarium exiſtens diſtracto,atq; diſperſo. Hęc itaq; à noſtris etiam præceptoribus huc uſq; fuere interpretata. Quid autem ego ſentiam,nunc explicabo. ſimul totum,ſermoni adiectum, mihi uidetur de tẽpore dictum,atq; ideo adipis renum oſtendere colliquationẽ. In aliis enim partibus corporis adipes colliquati,paulatim, & non uniuerſim cum urina exeunt, primum colliquatione participata à uenis illi uicinis,deinde ab ijs,quæ continuantur,& rurſus ab alijs, donec ad renes perueniatur. Adipis uero circa renes colliquati tranſumptio ad urinas celerrima eſt,& non paulatim,ſed ſimul tota fit,atq; ideo in renibus ipſis diſpoſitionem eſſe monſtratur:cui rei & experientiam inuenies,ſi diligentius animaduerteris,conſentiẽtem. Cum uero duplex extet ſcriptura,nam in quibuſdam exemplaribus inſidens,in quibuſdam ſubſidens ſcribitur:primam dici G
mus eſſe ueriorem. Inſidet enim ſemper,quod pingue eſt,& nõ ſubſidet. Saneq; prioris aphoriſmi dictioni magis conſonat iſta ſcriptura. In illa enim Hippocrates dixit:Quibuſcunque autem in urinis bullæ inſident,morbum renalem, & longum ſignificant. Conſentaneum igitur ei, qđ dixit,inſident,quod deinceps dictum eſt. Quibus inſidens pingue,& ſimul totum, ijs renum uitium, & morbum eſſe acutum ſignificatur.

36 *Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna, doloresq; circa ſpinæ muſculos fiunt,ſi quidem circa loca exteriora fiant:abſceſſus quoque exterius futuros expecta:ſi uero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius.*

In prioribus quidẽ aphoriſmis ſigna docuit, per quæ renũ uitia poſſemus dignoſcere: in hoc uero de ijs docet,quos longo tẽpore ſcimus morbo renali laboraſſe, inquiens in ipſis futurũ abſceſſum labore,hoc eſt dolore,cum ſignis prędictis prægreſſo circa muſculos ſpinales, quos græce rhachiæus,& rhachitas medici nominãt. Duplex aũt eſt horum muſculorum genus: unũ qdem retro ſub cute,totam ſpinã utrinq; complectens: alterum uero renibus anterioribus, non per totam ſpinã extentum,ſed ſolũ per partes ad lumbos attinẽtes. In utris aũt horũ ſe firmaue H
rit dolor,illic quoque abſceſſum futurum expecta. Nũquid uero renibus ipſis ſuppuratis,aut ſolis muſculis,aut aliqñ utriſq;,nondum præfiniuit:experientia uero hęc omnia fieri oſtendit: nã & muſculi ſoli nõ nunq̃ hoc patiunt uel interiores,& anteriores,uel poſteriores,& exteriores: & ſine muſculis renes,nõ nunquam introrſum, non nunq̃ extrorſum uergente in ipſis abſceſſu.

37 *Quicunque euomunt ſanguinem,ſi ſine febre quidem,ſalutare:ſi uero cum febre, malum. Curare uero aſtringentibus, & refrigerantibus.*

Quæ uomimus quidẽ,è gula,& uentriculo:quæ uero extuſſimus,ex aſpera arteria,& pulmone feruntur. Quidam uero huius libri expoſitores aiunt, ſub uerbo,euomunt, cõprehenſos eſſe & illos,qui ex aſpera arteria,atq; pulmone ſanguinem educunt. Atqui ſalutarẽ eſſe hanc paſſionẽm,hoc eſt curari poſſe,quando ægri nõ febricitauerint,haud quaq̃ eſt uerũ. Siquis enim abſque febre,uel prorſus ex pulmone cum tuſſi ſanguinem emiſerit,periculum imminet, ne curatio fiat:&,ſi perduraverit†caſus,oĩno poſtea febres ſuccedent. Ob hoc igitur melius eſt, ut accipiamus uerbum,euomũt,in proprio ſignificato:conſideremusq; deinceps,atque diſtinguamus, & quid periculo uacet in ipſo,& quid cum periculo ſit ex febris præſentia,uel abſentia:nã illis,

qui

A qui febre uacant,liquet nullã adeſſe inflãmationẽ in loco,unde emittiť ſanguis.Quare uel alicuius uaſis ore adapto fit ſanguis uomitᵒ,uel cũ ulcere q̃dẽ,ſed ſine inflãmatiõe. Curanť ãt,q̃ sũt abſq; inflãmatiõe ulcera facile adſtringentibus.Quæcũq; uero cũ inflãmatiõe sũt,ac febribᵒ,nõ ſolũ curari nõ pñt,ſed neq; ĩ eadẽ pñt magnitudine p̃manere.sẽp̃.n.maiora fiũt,ac maligniora.

38 *Diſtillationes in uentrem ſuperiorem ſuppurantur intra uiginti dies.*

Vẽtrem ſuperiorem nunc nominat,qui à thorace præfinitur, quẽ pulmo obtinet, atque ideo in ipſum à capite deſtillatio ferť per aſperã arteriã. Suppurať aũt magna ex parte in uiginti diebus,& non(ut multi ſcribunt)in uno,& uigeſimo.Semper enim Hippocrates diẽ uigeſimum iudicatorium facit, non uigeſimumprimum, quẽadmodũ in libris de diebus iudicatoriis oſtẽdit.

39 *Siquis ſanguinem minxerit,& grumos,& ſtillicidio urinę laboret,& dolor inciderit in femur, & imum uentrem,pectinemque:quæ circa ueſicam,male ſe habere ſignificatur.*

In oĩbus fere exẽplaribus hic aphoriſmus ſcriptus eſt : eximere ãt ip̃m oportet p̃p alterũ,q̃ prius eſt dictus,quẽ nos expoſuimus in quarto horũ cõmentariorũ p̃ hæc uerba ſcriptũ: ‖Si sanguinem mingat,ac grumos,& urinæ ſtillicidio laboret,& dolor inciderit in imũ uentrem, & pectinem:quæ ſunt circa ueſicam,male ſe habent. In propoſito autem aphoriſmo eſt ultima ſcriptura duplex,una,quæ antea ſcripta fuit:altera talis,Veſicam male ſe habere ſignificatur.

4. Aphor.80. 3.6.h

B

40 *Si lingua repente incontinens fiat,aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit,tale eſt melancholicũ.*

Ακράτῃ,i.incõtinẽtẽ quidẽ noĩat linguã,q̃ aut infirma eſt,ita ut nõ poſſit integre dearticulare uocẽ, aut ĩmobilis,& oĩno reſoluta: ſtupore ãt elãguentem (græce ἀπόπληκτον) aliquam corporis partẽ,q̃ reſoluta eſt.Cur uero hæc repente facta,dicat eſſe melãcholica,ignoro. Melãcholiæ .n.in cuius noĩe oẽs Græci cõſentiunt,recte ab ipſo talia indicia ſunt prodita:Si timor,atq; mẽſtitia lõgo tp̃e p̃ſeueret,ex eo melãcholia ſignificať.Aliter ãt,melãcholicas dicimus eſſe paſſiones,cancros,elephãtes,ſcabies,lepras,& uitiligines nigras. Sed neq; taliũ paſſionũ aliquã neq; illã,q̃ ab oĩbus nominať,melancholiã,linguæ incõtinẽtiã uidemus antecedere,ſicuti neq; alicuius,partis ſtuporẽ.Quare ſup̃eſt,ut dicamus,p̃ quẽadmodũ quartani circuitus cauſa eſt humor melãcholicus,ſic & dictarum paſſionũ,& linguæ incõtinentiæ,& partis reſolutionis:fieriq; poſſe,ut p̃p humoris craſſitudinẽ tales paſſiones cõſequanť,quales ex craſſa, & lenta eueniunt pituita.Non igiť dicemus ſimpliciter utrunq; dictorũ eſſe melãcholicũ,ſicuti neq; pituitoſum ſimpliciter,ſed pituitoſum ſimul,& melancholicũ. Additũ aũt eſt ſermoni aduerbiũ repente,ꝓpter mala,q̃ paulatim fiunt ex inflãmatione duritiẽ retinente,& intemperatura difficulter ſolubili.

6.Aphor.23. 48.e

C

41 *Si ſenioribus ſupra modum purgatis,ſingultus ſuperuenerit,non bonum.*

Communis eſt hic ſermo ſcd̃m utrũq;,& quatenus oĩbus ſupra modum purgatis non eſt bonus ſingultus,& quatenus ſenioribus omnia mala peiora fiunt propter ætatis imbecillitatem.

42 *Si febris non ex bile habeat,multa aqua calida capiti ſuperinfuſa,ſolutio ſit febris.*

Ex hoc ſermone manifeſte declarat nõ oẽs febres ex bile fieri.Oſtẽditq; ẽt,ꝑ reliquæ oẽs exceptis iis,q̃ ex bile factæ ſunt,aqua multa capiti ſuperinfuſa ſoluuntur.Secundum hunc ſermonem igitur in primo libro Epidemiorum de Metone ſcripſit: ‖Balneis uſus ſupra caput.Febres ſi quidẽ,q̃ ab exuſtione,ac frigiditate factæ ſunt, à talibus balneis utilitatẽ ſentiunt,nec minus,q̃ ex laſſitudinibus fiunt,& q̃ propter foraminũ anguſtationẽ, ſiue p̃p obſtructionẽ, ſiue ob clauſurã fuerint anguſtata.reſpirare ſiquidẽ per ipſa oportet,& diſſolui calorem febrilẽ. Non tñ,ubi inflãmatio aliqua,aut abſq; inflãmatione humoris putredo igneum calorẽ accenderit, balneæ utiles sũt,anteq̃ noxii humores euacuati fuerint,aut cõcocti.Verũ tales morbos, aut laterũ iflãmationes,aut pulmonis,aut hepatis,aut lienis,antiqui noĩabãt,uolentes febrẽ nõ eſſe morbũ ipſum,ſed caſum morbi.In quibus ãt ſine partis inflãmatione, putreſcentes in uenis humores febrẽ accẽdunt: in illis ſolis dicebãt hoĩem à febre moleſtari,& ipſum à febre haberi. Atq; in ipſis febriũ ſcripſere dr̃ias,Hepialõ, & Lypiriã,Elodẽ,& Typhoden, peſtilentẽ, & cauſum.i. Ardorẽ nominãtes.Hepaticã ãt febrẽ,uel lienoſam,aut pulmoniã,aut lateralẽ nemo dixit, adeo ut nũc ſermo ab Hippocrate habeať de per ſe febribus,quæ ſunt abſq; partiũ inflãmatione. In pluribᵒ autẽ exẽplaribus nõ aqua,ſed ſudor ſcribiť,talem habente ſcriptura intellectũ:Si febris non ex bile ortum habeat,multus ſudor à capite defluẽs febrem ſoluit.‖nõ ex ſolo capite ſudorẽ fundi dicẽte Hippocrate,ſed à prima parte,quæ ſubiicitur oculis,de toto mõſtrãte corpore. Quãtum igiť ad hãc ſcripturã attinet,ii,qui ex bile febricitãt,à talibus ſudoribus nihil iuuabuntur. Atq; ſæpius manifeſte ſoluunť cũ aliæ plurimæ febres,tũ in quibus flaua bilis plurima eſt, Tertianæ, & Ardores. Melior igitur eſt prima ſcriptura, q̃ ueram docet curationem earum febriũ,quę ex dicto genere ſunt,q̃ uidelicet,uel ob laſſitudines,uel exuſtiones,uel refrigerationes,uel oĩno cutis fiunt anguſtationes.Quod autẽ à bile dicitur,& de pallida,& de atra bile intelligi poteſt:non

1. Epi.com.3. t.42.3.123.d

D

In progn.cõ.i t.26.4.195.e

tamen in his ſolis oſtendebamus,ſed & ob pituitã putreſcẽtẽ fieri febrẽ.& in hac ſola uidebitur E aphoriſm⁹ nõ eſſe uer⁹,niſi qs exiſtimauerit,pituitæ putrefactionẽ ĩ humorẽ biliosũ conuerti.

In expla. ling. Hippo. 72.e

43 *Mulier‖ambidextera non ſit.*

Ambidexterum Euripides noĩat ferrũ utrinq; incidens:circũdextrum aũt Homerus Aſteropæum ambabus manibus ſimiliter utentẽ:ac ſi utrinq; dextrum dixiſſet.Eodẽ mõ ambilæuum Ariſtophanes in Tagenitis,utrinq; ſiniſtrũ.Hipponax ambidextrũ dixit ĩ hoc uerſu:Ambidexter enim ſum,†& non aberrans.Homines itaq;,q ambabus manibus pro dextris utunt̃,ſæpe ui ſi ſunt:mulier uero nulla ad hunc uſq; diẽ,ob naturæ imbecillitatẽ.Si enim ambabus manibus ob neruorũ robur,ac muſculorũ quidã uiri utuntur,rationabiliter nulla mulier utetur : cũ ſatis ipſi eſſe debeat,ſi ſola dextera mediocriter utatur. ‖Amazonidas quidẽ ipſe inquit mammã dextrã exurere,ut plurimo alimento ad manum uicinã proueniente,maior ei uigor adſit,ut quæ,& ipſa ſit natura debilis.Quidã tamen aiunt,ambidextram dictam eſſe,quæ parte uteri dextra genita ſit.quibus adhuc magis à rõne deuiant, qui de hermaphroditis inquiunt Hippocratẽ fuiſſe locutum,dixiſſeq; mari quidem muliebre pudendum adnaſci,mulieri autem uirile nequaquã.

† *Erotianus. & non aberro percutiens.*

De aere, aquis, & locis, ca.10.2. 5.c

In progn. cõ. 2. t.70.4.205.h

44 ‖*Quicunque*ſuppurati uruntur,uel ſecantur,ſi pus purum fluxerit,& album,euadunt:ſi uero ſub cruentum,& fæculentum,ac fœtidum,pereunt.* F

*ἔμπυοι.

Suppurationes cõſueuit noĩare,non eas tm̃,q̃ ſunt in thorace,ſed in quauis alia parte ad pus altẽrata tubercula.p̃cipue uero ſuppuratos illos fere ſolos noĩat,quibus inter thoracẽ,atq; pulmonẽ,aceruatũ eſt pus:quos urere cõſuetos eſſe ueteres,diſcere licet ex iis,quæ dixit Plato comicus de Cineſia,hiſce uerbis:Poſt hæc Euagoræ filius Cineſias è morbo laterali*aridus,†puris expers,ʒcalamacea gerens crura,tabis nuncius,plurimis eſcharis corpus inuſtus ab Euriphonte in cõcionẽ prodiit.Quòd q̃dẽ pus albũ,bonũ ſit:fæculentũ uero,& fẽtidũ,malũ,nemo ignorat.

*σκελετὸς †ἀσθμος ſed forte ἔμπυος cum de ſuppuratis ſermo ſit.

45 *Quorum hepar ſuppuratum aduritur,ſi pus purum fluxerit,& album euadunt: in tunica enim his pus continetur:ſi uero,qualis amurca,fluat,pereunt.*

Ipſe cauſam dixit,ob quã nõ nulli pereunt,qui ita ſe habent,non nulli uero euadunt.Quibus enim in tunica eſt pus,nihil patiente ſuba hepatis , ſaluantur omnes:quibus uero uſq; ad carnẽ hepatis corruptio pertingit,non abſq; ratione moriuntur. Quòd autem amurcam omnes nominent fœcem olei,& quòd talem par eſt eſſe incoctam putredinem hepatis,liquet unicuique. G

46 *Dolores oculorum,poſt meri potionem,& aquæ calidæ balneum,uenæ ſectione curato.*

Hic aphoriſmus mihi uidet̃ ex iis unus eſſe,q fuere interiecti,cũ non cõſentiat uni ex illis , q antea ſcripti fuerunt,huic ſcilicet:‖Dolorẽ oculorũ meri potio,balneum,uel fomentum,uel uenæ ſectio,aut medicamentũ ſoluit.quẽ ſane aphoriſmũ in ſexto expoſui cõmentario, oſtẽſis diſpoſitionib⁹, in q̃bus oporteat ſingula remedia in uſum deducere. Propoſitus uero aphoriſmus in una uult diſpõne tribus uti remediis.Siqs igit̃ nos ſciat docere diſpoſitionẽ,in qua tria hęc remedia cõueniant,ei habebimus gratias . Quouſq; uero expoſuerint quidẽ hũc aphorimũ,quaſi legitimũ,nos uero nõ docuerint,quæ nã ſit ea diſpoſitio,eorum expoſitionibus nullã præſtabimus fidẽ.Quæ igit̃ dicũt,qui oĩno aliquid conant̃ dicere,etſi mediocrẽ hñt probabilitatẽ , ſunt huiuſcemodi.In quibus ſanguis craſſus ſuperabundat,atq; ideo euacuatione indiget,melius putãt ip̃m fundere pri⁹,deinde ſecare uenã.fuſilis ãt fiet,ſi ægri merũ biberint,& ſe balneauerint . Sed eos,qui hæc dicunt,neq; exquiſite experientia nouiſſe illa,quæ dicunt,ſciunt in artis operibus exercitati.Nã neq; uinũ,neq; balneum tolerat plethorica diſpõ abſq; maximo detrimento. Verũ hæc auxilia ſunt ſanguinis craſſi in aliqua parte cõpacti ſine totius corporis plenitudine. H Sic enim Aſclepiades utitur uino poſt totius corporis euacuationẽ pro remedio extentionum. Si uero adſit in toto corpore plenitudo,prius diſrũpentur oculorũ tunicæ inter bibendũ,atque lauandum.Quare,ſi abſq; multitudine dolor fiat propter obſtructionẽ, ac compactionem craſſi ſanguinis,recte quidem lauabunt,& uinum dabunt,non recte autem ſecabũt uenã.Si uero multitudo fuerit,rectæ quidẽ uenæ utentur ſectione, non recte autem lauabunt, & uinum dabunt.

6. Apho. 31.49.c

* Al. κακὸν, id-eſt malum.

47 *Aqua inter cutem laborans,ſi à tuſſi habeatur,* deſperatus eſt.*

6. Aph. 35. 50.c

Et hoc prius dictum eſt ab ipſo in hoc aphoriſmo : ‖ Aqua inter cutem laborantibus ſi tuſſis ſuperueniat,malum.

2. Epid. ſect. 6

48 ‖*Vrinæ ſtillicidium,& mingendi difficultatẽ,thorexis,&‖uenæ ſectio ſoluit.incidere ãt ĩteriores.*

Quòd στραγουρία,i.urinæ ſtillicidiũ,ſignificet urinæ ſtillatim exeuntis emiſſionẽ,nomen ipſũ oñdit. δυσουρία uero.i.mingẽdi difficultas põt,& q̃ cũ dolore ſit,mictio dici:põt & q̃ cũ difficultate aliqua,adeo ut uix ueſica operet̃.Vrinę ſtillicidiũ,ipſi⁹ urinę acrimõia facit,& potẽtiæ retẽtiuæ ĩ ueſica imbecillitas,q̃ ob intẽperaturã fit,p̃ſertim frigidã.Vrinæ uero difficultatem,ſi q̃dẽ

cum

Acum dolore fuerit,inflãmatio,& abſceſſus,& ulceratio,& inæqualis intemperatura, & ſpiritus flatuoſus:ſin motus quidam difficilis ſit,uel potentiæ imbecillitas,uel tumor contra naturã.Ex omnibus autẽ hiſce diſpoſitionibus frigiditatẽ quidem ſoluit thorexis, hoc eſt uel ſimpliciter uini potio,uel meracioris:atq; eam etiam inflammationem,quę propter obſtructionem ſangui nis craſſioris citra multitudinem facta fuit.Illam uero,q̃ cum multitudine fit,inflammationem, adhuc autem,& aliam,quæ ſine defectu eſt,& cum potentiæ robore,uenæ ſectio ſanat.De eo au tem,quod dicitur incidere uenas interiores,dictum eſt à me & in libro prȩcedente,in quo hunc aphoriſmum expoſui: [a] ‖ Vrinæ ſtillicidium uenæ ſectio ſoluit:incidere autem interiores.

A 6.Aph.36. 50.c

49 [b] ‖ *Ab angina habito tumor,& rubor in pectore ſuperueniens,bonũ,extra enim uertitur morbus.*

B 2.de morb. ubi de angina,itẽ in coacis p̃not. Qui buſcunque & fauces, & cer uix, & pectus &c.

Et hic aphoriſmus antea dictus eſt per hȩc uerba: [c] ‖Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore,bonum.Expoſui autem ipſum in [d] ‖quarto horum commentariorum. Hic igitur uidetur fuiſſe interiectus,uolente aliquo adiungere:extra enim conuertitur morbus.

50 [e] *Quibus cerebrum ſphacelatum,id eſt corruptum eſt,in tribus diebus pereunt:ſi uero hos euaſerint, ſani fiunt.*

C 6.Aph.37. 50.d

D 4.Aph.34. 31.d

E In coacis p̃not. Cerebro corrupto &c.

B Sphacelare ſæpius in libro De fracturis,& articulis,pro corrũpere,uſus eſt:hic uero nõ cõtin git cerebri corruptionẽ intelligere,cũ adiectum ſit.Si uero hos effugerint,ſani fiũt.Si.n.ſphace- lus eſt corruptio ſubæ uniuſcuiuſq; partis,quæ ſphacelari dicit̃,non cõtingit hunc,qui ita ægro tet,p̃ſanari . Nunquid igit̃ aliqñ abutunt̃ hoc uerbo ad ſignificandũ huius diſpõnis inceptionẽ, quę tñ nondũ exacte cõpleta ſit. Talia enim quædã ẽt carnoſis partibus in gangrænis accidunt: paſſione ob magnitudinem inflãmationis inſenſibilitatẽ quãdã, atq; nigritiem, aut oĩno morti cinũ colorẽ inferente parti patienti:dicentibus aũt nobis illos,qui in paſſionẽ incidere incipiũt, ad gangrẽnã ire.Sicuti igit̃ gãgrẽnã ita iã cõpletã,ut pars ſit intermortua,ſanare eſt impoſſibile, dũ uero adhuc ſit,poſſibile,ſic & ſphacelũ.Et q̃dẽ partis carnoſæ mortificationẽ ex magnitudi- ne inflãmationis,quã p̃prie medici Gãgrænã noĩant,Græci Sphacelũ ẽt appellabãt. Sic igr̃ mi hi vr̃ & Herodotus dixiſſe coxã Cãbyſis ſphacelari: cerebrũq; ita q̃ſpiã diceret ſphacelari tñ- mõ.Iã uero,p̃p q̃d uelox ĩ eo mors ſit,manifeſtũ eſt,nimirũ q̃a,&morbꝰgrauiſſimꝰ,& pars prin cipalis maxime ſit.Quòd ſi æger mori tribꝰ primis diebus nõ anticipauerit, ſed ad diẽ quartũ p̃ ueniat,ſperãdũ eſt,& morbũ declinare,& uires fortes ita eſſe,ut morbũ oĩno ſuperare poſſint.

C 51 *Sternutamentum fit ex capite,calefacto cerebro,humectato eo,quod in capite inani . Aer enim in- tus contentus extra erumpit.Sonat aut,quoniam per anguſtum ipſi eſt exitus.*

Tales ſermones duo ſignificant,unũ,quod de omni re propoſita uniuerſaliter dicit̃,uelut hoc in loco de ſternutamentis:alterũ,quod particulatim de quibuſdã tñ,uelut hic de ſternutamen- tis ex cerebro factis.Primꝰigitur ſermo talis erit.Omne ſternutamẽtũ fit ex capite,cerebro cale- facto,uel humectato eo,qd̃ eſt in capite inani.Secũdus uero.Sternutamẽtũ ex capite eueniens, fit cerebro calefacto,uel humectato capitis inani:qd̃ uerius exiſtit.Non.n. oĩs ſternutatio fit ca lefacto cerebro,uel humectato in capite inani.Pennis.n.quidã nares irritantes ſternutant:& cũ tuſſi ſpiritus deſubter ueniens ad naris meatus,cauſa fit ſternutamẽti. Præterea opinari ſolũ ae- rem,qui ex capite excernit̃,eſſe,quod ſonat,eſt manifeſte falſum. Nã liquido apparet deſubter ex pulmone elatus aer uniuerſim ſe cõprimente thorace . Sed & antecedente inſpiratione fieri ſternutamentũ,natura aggregante aeris copiam ad ſternutamẽti generationẽ,iis, q̃ dicta ſunt, aſtipulatur.Solum itaq; illud ſternutamentum,quod hẽt ſuæ generationis principiũ, naturã ap petentẽ excernere flatuoſum ſpiritũ ex capite,hoc mõ fit , quẽ docere aggreditur aphoriſmus, neq; forte hunc omnẽ:nã,quod ait,humectato, ſuperfluum eſt ad ſternutamenti generationẽ.

D Nã,& ſi quis humor in capite ſuperabundat,non facit tñ ſternutamentum,niſi in uentũ conuer tatur:& hoc manifeſte uidetur in multis,qui, licet copiã humoris per nares excernant,nõ tamẽ propterea neceſſario ſæpe ſternutant.Soli enim ex his ita affectis illi ſternutãt,q̃bus mordax eſt ea,q̃ à capite fluit,humiditas,ceu & ſiquid mordax naribus imponas:ſicut enim tuſſis caſus qui dam naturalis eſt ad expurgãdas eas,q̃ ſunt in pulmone,aſperas arterias,ſic & ſternutamentum manifeſte uideẽ expurgare narium meatus.Duplici ãt in ipſis exiſtente perforatione,lata quidẽ ad os:p̃ meatꝰ uero tenuiores,ad cerebrũ:quæ quidẽ eſt ad os perforatio,ab eo,q̃ deſubter,ſpi- ritu afferẽ:qui uero ad cerebrũ meatus pertingunt,ab illo,qui ab ipſo prodit,expurgãtur. Atq;, ſi diligenter aduerteris,uidebis ſternutamenta quę ex capite motus initiũ habent,leuare caput. Fiunt.n.& rarefactis iis, qui ſunt in capite, humoribus,& naturæ impetu excretis.Rarefieri ue- ro ipſis accidit cõcalefactis.calefiunt aũt natiuo calore excitato,ob cuius ĩbecillitatẽ prius erãt ſuperfluitates aggregatæ.Cũ igitur ait,calefacto eo,quod eſt in capite,inani,maxime quidẽ in- telligẽdum eſt de eo, quod eſt in uentriculis cerebri:adhuc autem,& de illo, quod ipſum ambit exterius:facile eſt enim,& illi per cerebrum primo quidem ipſos uẽtriculos,inde uero nares ſu- bire.Quia uero repente totus ſimul erumpit , ſonitum edi Hippocrates inquit.Eſt autem com- mune hoc,undecunque uenerit, ſiue ex pulmone elatus,ſiue ex capite delatus.

52 ‖ *Quicunque hepar circundolent, ijs febris superueniens soluit dolorem.*

In coacis prænot. Hepar de repente circũ circa, &c.

Verbum, superueniẽs, indicio est, q̃ prius, cum circumdolebant ipsi, non febricitabant. Si igi tur hepar uehementer dolebat, uel propter fortem inflammationem dolebat, uel propter spiritum flatuosum, non aderat autem ipsis inflãmatio, alioqui oĩno febricitassent: par igit̃ est, q̃ flatuosus spiritus sit causa doloris in ipsis. Dolet quidem etiam hepar p̃ p̃ obstructionem, uerũ mediocriter, & cũ quodam ponderis sensu potius, q̃ uehemẽtis doloris. † Dolor autem uehemẽs propter flatuosum spiritum, uel inflammationem, maximam scilicet, aut suppuratam, accidit.

† *Antiquus interpres impressus habet. Magn⁹ dolor ergo sine febre, ex uentositate est grossa, & inflatiua: cui si febris superueniat, sine dubio sua erit cura. Et est optimus sensus: & cũ uerbis Hippocratis optime quadrat.*

53 *Quibus à uenis sanguinem mittere confert, ijs uere uenam oportet secare.*

6. Aphor. 47. 52. b.

Hic aphorismus pars est eius, qui prius dictus fuit in hęc uerba: ‖Quibus medicamẽtũ epotũ, uel uenæ sectio confert, iis uere secare uenã, uel purgare medicamento opus est. Atq; ideo in q̃ busdam exẽplaribus non est ascriptus oĩno: id quidã libri huius expositores sciunt, bisq; ipsum scribunt: non nulli uero neq; mentionẽ eius oĩno fecere. Nõ admirari uero illos nõ possis, q̃ nõ modo bis eundẽ scribunt aphorismũ, uerũ etiam in eisdem commentaris cum exponunt, nulla facta significatione, q̃ iis, qui antea scripti fuerunt, quidã sunt ex toto iidem, quidã uero ex parte, cuiusmodi hic est. Quid nã igitur uisum fuit uel iis, qui hos adiecere aphorismos circa finẽ libri, uel ipsi Hippocrati, ut bis de eisdẽ faceret mentionẽ, uel quibusdã expositoribus, qui unum aphorismũ bis exposuerunt, Deos testor me nõ posse coniectari. Nã neq; scriptorẽ ipsum aphorismorũ credibile est tantarũ rerum obliuione fuisse correptum, præsertim talis cũ fuerit, qualẽ in omnibus fuisse Hippocratem nouimus: neq; illorũ, q̃ apposuerũt, aut obliuionẽ, aut malignitatem tantam cogitare possumus, ut propterea bis eadem ascribere uoluerit. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui, cum bis eosdẽ exposuerint aphorismos, ne hoc quidẽ ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multoq; adhuc magis illos, qui de eisdem differentes scripsere expositiones in iis, quæ circa finem, ab illis, quæ per initia dixerant.

54 *Quibus inter uentriculum, & septum transuersum pituita reposita est, & dolorem affert, non habens exitum neque ad alterum uentrem: ijs per uenas ad ueſicam pituita uersa, soluitur morbus.*

Non absq; ratione mihi vr̃ dubitare Marinus, impossibile existimans inter septũ trãsuersum, & uentriculum pituitam cõstitui. Defluet enim deorsum usq; ad ossa pubis. Neq; etiam fieri posse arbitrat̃, ut in uenas traiiciat̃, sicuti in aqua inter cutẽ, tenuis, & aquosus humor trãssumptus excernitur per urinas. Quare accipiendũ esse inquit, inter septũ trãsuersum, & uentriculum, pro G eo, qd̃ est inter propriũ septi transuersi corpus, qd̃ carnosum est, & peritonæi: hoc est interioris mẽbranæ abdominis, uerticẽ. Verũ, & si ita intellexerimus ò Marine, trãssumptionẽ ad uenas, similiter facilẽ esse nõ est possibile. Nã hinc ad renes peruenire p̃ uenas, neq; ex eo spatio, quod est sub mẽbrana abdominis interiore, est possibile. Adde, q̃ oĩno impropria foret uentriculi appellationis abusio. Nihil enim est simile uentriculo, & mẽbranę abdominis interiori, cuius gr̃a eandẽ participent appellationẽ. Melius est igit̃ intelligere, sicut oẽs intellexerunt, illud spatium ab eo dici, quod est quidẽ infra septũ transuersum, sed intra eã mẽbranæ abdominis interioris partẽ, q̃ ad epigastriũ attinet: & cõsiderare, an possibile sit illud, quod dicit, cũ sciam⁹, q̃ uiã semper materiebus inuenire naturã Hippocrates opinatur, qñ ualida fuerit, ẽt si quàm maxime sint quodam modo crassæ, & per angusta foramina debeant permeare: qñ & per ossa fieri, inquit absceſſus. Videmus autem, & humorẽ illũ, q̃ est inter thoracem, atq; pulmonem in suppuratis expui cum tussi: non nunquã uero, & per cutem sanam existentem excidere sanguinem in offibus, quæ fracta occalluerunt. Non igitur neq; in ea, de qua nunc Hippocrates dixit, pituita impossibile prorsus oportet arbitrari ad urinæ uias fieri trãssumptionem. Verum & hoc ipsum agi à natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratis. H

55 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, ijs uenter aqua repletur, & moriuntur.*

Aptissimũ hepar est, ueſicas quasdã aqua plenas, hydatidas græce appellatas, in ea, quæ ipsum ambit exterius, membrana generare. Vr̃ itaq; & in iugulatis aĩalibus hepar his aliqñ plenũ. Siqñ igit̃ cõtingat eas ueſicas rũpi, effundit̃ aqua ad locũ mẽbranæ abdominis ĩterioris, epigastrio, i. parti supra uẽtrẽ positæ rñdẽtẽ, in quo ẽt aqua hydropicorũ cõgregat̃: in omẽtũ ãt non potest aqua effluere, nisi aliquo mõ ipsum exedatur: est. n. solidum, & firmum undequaq;, ita ut nihil in ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex vẽtriculo, colo, ac liene, illisq; partibus, vñ ip̃m ena scit̃. Vel igit̃ uult omẽtũ exedi, qua parte uicinũ est hepati, hoc est dextra: uel in omẽtũ intellige re oportet, hoc est ad ipsius locũ. Ventrẽ aũt aqua ĩpleri, nõ de illo uẽtre dictũ est, in quo cibi re cipiunt̃, sed de tota cauitate, q̃ est infra thoracẽ: secũdũ qd̃ significatũ, uẽtrosi nominant̃, & mulieres dicunt̃ gestare uẽtrẽ. Mori ãt eos, q̃bus hoc in loco aqua colligitur, cõsiderandum, an p̃petuo sit uerum, an magna ex parte. Seruantur enim aliqui aqua inter cutem laborantes, quamuis, & hic locis ipsis aqua repleat̃. Sed neq; impossibile est, sicuti ĩ illis, & p̃ medicamenta aquositates purgantia, & per epithemata, hoc est impositiones, eorum, q̃ uim habent ciẽdi urinã, & in

uapores

A uapores ſoluendi humorem talem, ſic & in his fieri curationem.

56 ‖ *Alyce, id eſt anxitudo, oſcitatio, horror: uinum æquale æquali † potum ſoluit ægritudinem.*

1. Epid. ſect. 6. † ὕδατι, id eſt aquæ, eſt alio-b° cod. græcis.

Solechophanes uiſa eſt quibuſdã rõnabiliter figura ſermonis, atq; ideo nõ nulli caſu accuſati uo ſcripſere: Anxitudinẽ, oſcitationẽ, horrorẽ, uinũ æquale æquali potũ ſoluit. Nihil aũt refert ad præſens, utrauis ſcriptura aphoriſmus exponatur. Primum.n. illud ſcire nos oportet, ꝙ alycẽ nominauit, quã multi Græci halen appellant: deinde, q̃ ſit faciens hunc caſum diſpoſitio. Dicũt igitur ἀλύειν, i. anxitudinem habere illos ſanos, q̃ ſemꝑ præſentibus moleſtãtur, & ab uno negocio, atq; actione ad aliã tranſeunt. Eodem mõ, & ægros illos, anxios eſſe, qui accubitũ nõ ferentes, iacendi figurã euariãt, quia ſemper p̃ſens aggrauat eos. Hoc uero p̃cipue illis euenire cõſueuit, q̃bus in ore uentriculi (quod abutentes uocabulo, ſæpe ſolent ſtomachum nominare) humiditatis proprietas q̃dã cõtinet, uẽtriculo moleſta, q̃ neq; multa eſt, neq; in uentriculi fluitat cauitate, ſed eã ipſæ imbibere tunicæ. Sed & oſcitare, ſicuti, & pãdiculari, cõtẽta aliqua ĩ muſculis (ꝑ quos uolũtarii quoq; fiũt motꝰ) uel humiditate flatuoſa, uel ſpiritu uaporoſo, fieri eſt à nobis demonſtratum. Horror aũt prauis humoribus per cutẽ currentibus accidit. Liquet aũt, ꝙ nunc à
A.li.1.f.3.d.2 c.13.fo.65.g
B nobis habet ſermo de horrore, q̃ ex corpore prouenit inſalubri, nõ de illo, qui cauſam extrinſecus hẽt. Singula igitur hæc, quę dicta ſunt, potus uini meracioris ſanat. Moderatã aũt temperaturam ipſe monſtrauit inquiens: Vinum æquale æquali potũ. Vult.n. æqua portione aquæ uinũ tẽperari, ut partim quidem pellat, & euacuet ex̀ materia infeſtãte, quicquid ceſſerit uini motui cũ impetu lati, partim ãt, quod reliquum fuerit, temperet. Calefacit enim uinum, ut nouimus, corpus totum, citoque mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

57 *Quibus in urinario meatu tubercula fiunt, ijs ſuppuratione facta, & eruptione, ſoluitur dolor.*

Et hunc aphoriſmum in præcedentibus Hippocrates ſcripſit, nosque ipſum expoſuimus in hæc uerba ſcriptum: ‖Quibus in urinaria fiſtula tubercula naſcuntur, iis ſuppuratione facta, & eruptione, ſolutio.

4. Apho. 82. 37. 2

58 ‖ *Quibus cerebrum aliqua ex occaſione concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.*

Etiam in hoc aphoriſmo in quibuſdã exẽplaribus poſſumus inuenire uerbũ, mutos, ſcriptum numero plurali, caſu accuſatiuo: in quibuſdã uero mutũ numero ſingulari, per modum figurę ſolœcophanis. Sed neq; hocl oco quicq̃ ad præſentia refert, modo nouerimus, ſępe cõſueuiſſe Hip
C pocratem ab uno accidente notiſſimo, uocis amiſſione, noĩare, & oſtendere illos, qui neq; ullum alium motum ſeruant ſecundum electionem, neq; quicq̃ oĩno ſentiunt, ſed iacẽt eodem modo, quo apoplectici, ſine ſenſu pariter, & motu. Fit aũt hoc, & ꝑꝑ alias cauſas: nũc uero cõcuſſionis cerebri Hippocrates meminit, ipſamq; talẽ ait totius corporis diſpoſitionẽ ſeq. Cõcuti aũt hoc mõ cerebrũ cõtingit, ꝑꝑ aliquem caſum totius corporis uiolentũ ex locis altioribus factũ. Tales enim caſus ſolent, & in ſpinæ uertebris facere cõcuſſionẽ, q̃n ipſarũ harmonia, i. coagmentationes fuerint cõmotæ, & ſpinalis medulla, q̃ in earũ cauitate cõtinet, laborauerit, ualdeq; cõcuſſa periculũ adduxerit, ne quis neruus eorũ, q̃ ab ipſa naſcunt, abrumpatur: id quod non minus in ipſo quoq; fit cerebro, & tanto magis, quanto plus uacui loca hñt, q̃ ipſum circunſtant: magisq; ẽt in ſenioribus, quẽadmodũ in diſſectoriis tractationibus diximus. Cõtrahit aũt ſe uis aĩalis in ſeſe talibus diſpõnibus, à motu periculoſo moleſtata, atq; idcirco quieſcit. Proceſſuũ uero non nulli quidẽ ſufficienter tendunt, q̃dã uero aliqua ex parte diſtrahunt: atq; interim, donec ſe rurſus uis aĩalis collegerit, mutum, atq; immobile totũ iacet, quod ita afficitur, aĩal. Si uero cerebrũ auelli cõtigerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius reſtituuntur.

7. Aphor. 59. 59 d
D 59 ‖ *Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora ſiccat.*

2, Aphor. 16. 12. g

Quòd oĩa, quæ exiccant, ſint paſſionum humidarum remedia, manifeſtum eſt: ſiquidem‖contraria cõtrariorum remedia ſunt. Quòd aũt, & fames ex accidẽti corpora exiccet, nõ eſt dubiũ. Siquid.n. defluat à corpore, ſicuti, & antea ꝫdixi, ꝫnec inſuper ab alimẽto ſuppleatur id, qd̃ fuerit euacuatum, neceſſarium eſt corpus effici ſiccius. Liquet enim, ꝙ in cuiuſq; animalis corpore priꝰ illæ partes abſumuntur, q̃ ſunt humidiores, q̃n & ipſe defluxus idcirco fiat, q̃a corpus extenuatur, atq; in uapores reſoluitur: idq̃; duplici de cauſa, extrinſecus quidẽ ab aere ambiente: intus uero à calore natiuo. Quæ autem per hyemẽ latent animalia, cum neq; extrinſecus calefiant, & neq; intrinſecus, uel nihil prorſus uel parum omnino diſſoluuntur: atq; ideo nõ nulla eorum ne alimento quidem ullo penitus egent, non nulla uero minimo prorſus. Poſt præſcriptos aphoriſmos alii duo fere in oĩbus exẽplaribus inueniunt, quorũ huius libri expoſitores ferè oẽs memi nere: quidã ẽt ipſos expoſuere, ſed aliter atq; prius fecerãt, ne hoc quidẽ ſolũ adiicientes, ꝙ iidẽ aphoriſmi ſuperius ſint ſcripti. Nos uero in quarto cõmentario illos expoſuimus, parum uerbis ab iſtis differentes. Alter.n. eorum, qui nunc ſcripti ſunt, ſuperfluo adiectum habet, Vt deuorare non poſſit, niſi uix. Alter uero contra non habet uerbum, uix: ut prior quidem ſit talis:

in Lib. De Flatibus circa principium.

Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrãgulatio repente ſuperueniat, & non poſsit deuo-

rare,nisi uix,lethale. Secundus uero sic. *Si à febre habito collum conuertatur, & deuorare non pos-* E
sit:tumore nõ existente in collo,lethale. Priores uero,quos dixi in quarto horum commentariorum
4.Apho.34.31.b fuisse expositos,ita se habebant:‖ Si à febre habito,tumore nõ existẽte in faucibus,strangulatio
4.Apho.35.31.c repente superueniat,lethale. Deinde,qui deinceps sequit:‖Si à febre habito collũ cõuertatur, & uix possit deuorare:tumore nõ existẽte in collo,lethale. Quod igitur in priore aphorismo dictũ est superfluere,nunc cõsideremus. Etenim id fieri uidimus,ubi ægri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare,siue nullo modo possint deuorare,siue uix, nõ existente tumore in faucibus (nam hoc licet perspicuo cognoscere,si plurimum os aperiatur,& lingua uersus mandibulam in feriorem præmatur)in tali,inquam,constitutione,q̃ difficulter deuoretur, causam esse suspican dũ cõmunionẽ tunicæ,quæ subnata est ex partibus gulæ, & gutturis interioribus. Nã ostẽsum est hanc,cibo os permeãte, ipsam quidem trahi inferius,guttur uero totum retrahi superius. Tu mescente igit̃ in gutture inflammatione,non nunquam quidem nullo modo, quãdoq; uero uix uentriculum sequitur attrahentem,atque ob hanc causam uel nullo modo deuorant, uel uix.

60 *Vbi in toto corpore mutationes,& corpus refrigeratur,& rursus calefit, aut calorem alium ex alio commutat,longitudo morbi significatur.* F

4.Apho.40.32. d.Et in lib.de Iudicationibus,circa medium. Et hunc aphorismum in quarto commentariorum exposuimus,iisdem ferè uerbis scriptum, quibus,& hic. Est enim scriptura talis:‖ Et ubi in toto corpore mutationes,& si corpus frigescat, uel rursus calescat,& si alius ex alio color fiat,morbi longitudo significatur.

61 *Sudor multus calidus,uel frigidus semper fluens, humorem abduci, robusto quidem supra, debili uero infra, significat.*

4.Apho.42.32.e Antea alium aphorismum in quarto horũ cõmentariorum exposuimus hoc modo scriptum: ‖Sudor multus calidus,uel frigidus semper fluens,frigidus maiorem,calidus minorem morbum significat. Et taliũ sudorũ diximus esse dispositionẽ,multitudinẽ humiditatis,quę in ęgri corpo re continet̃. Propterea,qui nunc proponit̃ aphorismus, abduci præcipit superfluum humorem, robustis quidẽ supra,hoc est per uomitus:debilibus aũt infra,quod & ipsum significat, per alui subductionẽ. Quòd quidem igitur semper sit necessarium superfluas corporis humiditates euacuare,planè est manifestũ. An uero robustis supra tũ,debilibus uero infra,mihi dignum uidetur animaduersione:nã forte melius est, non hac ratione distinguere remediorum usum, sed ut in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit à nobis distinctum. Quare & hũc aphorismũ arbi G
tror fuisse ascriptũ. Post suprascriptos aphorismos,alii tres inueniunt̃ in pluribus exẽplarib⁹, q̃ pariter,& ab expositoribus scripti sunt,& parum uerbis euariant ab illis,q̃ in quarto horum cõ mentariorum habentur. Scribunt aũt eos hoc modo. *Febres,quæcunque non intermittentes,ter*
4.Apho.43.& 44.& 45.32.e.fg *tia die fortiores fiunt,periculosæ:quocunque autem modo intermiserint.significant,quòd non sunt pericu losæ.* ‖ *Quibuscunque febres longæ, ijs uel tubercula,ad articulos,uel dolores decumbunt.* ‖ *Quibus-cunque tubercula diutina,aut in articulos dolores ex febre decumbunt,ij cibo pleniore utuntur.* Liquet autem,quòd hi interiecti fuerunt,à prioribus nihil,aut parum admodum uerbis differẽtes: nos uero ipsos exposuimus in quarto horum commentariorum.

62 *Siquis cibum febricitanti dederit:ut sano robur,sic laboranti morbus.*

Scribitur aũt & sic aphorismus: Siquis febricitanti cibum dederit,sano quidẽ cibus est,labo ranti uero morbus. Vtraq; uero locutio ab ea interpretatione,quæ scd̃um naturã est, ad eã, quã cacozelon nominãt,receſſit:nescio quid sibi uolẽtibus illis,qui ita libri finẽ tam uariis modis di spposuerunt,nõ nulla quidẽ eisdẽ uerbis scribentes,q̃bus ipse antea usus erat,nõ nulla uero pau- H
lulũ cõmutãtes,aliqua uero tota interponentes,ueluti hunc propositũ aphorismũ,qui neq; pro-
2.Apho.10.12.c pe accedit ad Hippocratis interpretationẽ. Ipse siquidẽ prius dixit: ‖ Non pura corpora quanto
2.Aphor.811.h magis nutries,magis lædes. Et, ‖si ex morbo cibũ assumens aliquis non corroboratur, significat corpus pluri uti alimẽto: Si uero cibum nõ assumẽte hoc fiat,significat,q̃ euacuatione indiget: & quædam alia huiusce modi,quæ germanam,natiuãq; hñt interpretationem. Qui uero propositum apposuit aphorismũ,male æmulando,in cibo dixit:Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidem in sanis efficere, nocere autẽ ægris:uel,per Iouem,sanis quidem augere robur, morbum uero laborantibus. Absurde autem id interpretatus est,inquiens,cibum ipsum robur esse sanis,morbum uero laborantibus:qui neq; robur est,sed roboris ef fectiuus:neque morbus,sed morbi effectiuus,uel quod rectius diceretur,auctificus.

63 *Quæ per uesicam excernuntur,inspicere oportet si talia,qualia sanis excernuntur. Quæ igitur mi-nime similia sunt his,hæc morbosiora:quæ uero sunt sanis similia,hęc minime morbosa.*

Omnia,quæ sunt sanis similia in toto corpore,dictũ est ab Hippocrate,& in ‖ Prognosticis, & in omnibus aliis libris bonũ aliquod significare:quæ uero dissimilia,contrariũ. Hoc igitur nunc
in Progn.com.1 conatur dicere,qui hunc composuit aphorismũ. Suspicor.n. neq; hunc esse Hippocratis, conie-
1.5.4.192.g ctans ex ipsa elocutione,quæ non habet eandẽ cum Hippocratica formã,& ex dictis ipsis, quæ non æque sunt,ut ipsius auctoris alia,exquisita. Cũ igit̃ inquit,Quę minime similia sunt his,hęc

morbosiora:

A morbosiora: qs non reprehenderet ipsum dicentẽ illa morbosiora, pro eo qđ morbosissima, aut summe morbosa? Nam uerbũ, minime, cum quadã exuperãtia dicitur, & multã significat ad id, quod est præter naturã, euersionẽ. Vnumquodq; enim, quod præter naturã est, quantũ recessit ab eo, quod scđum naturã, tñ hẽt prauitatis. Quæ igitur minime sunt iis, quæ secũdum naturã se habent, similia, sunt iis, quæ sunt secundum naturã, maxime contraria, & ideo morbosissima.

64 *Et quibus deiectiones sistare permiseris, & non moueris, ueluti strigmenta subsistunt: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus: iys confert alui purgatio: quod si aluo non purgata dederis sorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

in Li. De Iudicationibus. Alui egestiones si in idem concedere, ac consistere permiseris: &c.

Per aluũ exeũtia solet Hippocrates deiectiones, ac subductiones (græce ὑποχωρήματα, & διαχωρήματα) noĩare, & propterea quidã hoc loco acceperunt eius sermonem esse de iis, quæ per aluum euacuantur. Verum his aduersantur uerba illa, q̃ in sermone proponuntur, si stare permiseris, & non moueris. hoc. n. proprie cõuenit humidis: atq; ideo alii rursus de urinis eundẽ accepere sermonẽ. Vtriq; uero rursus diuisi: aliqui scribunt, insistunt: aliqui uero, subsistunt. Neutrũ aũt horum uerborum urinis repugnat, quia & per ea, quæ subsistunt, & ꝑ ea, quæ insistunt, cõsueui-
B mus, & præsentium, & futurorum etiam aliquid cognoscere. In alui aũt excremẽtis, uerbũ insistere, cõpetit quodã mõ magis. Neq;. n. sicut in urinis prompta est, atq; expedita subsistentiũ cognitio, sic & in alui contingit excrementis. In urinis etenim, & ipsum uas ex uitro factũ ostẽdit eorum, quæ subsistunt, naturã: & si in alio uase etiã continerentur, possumus id, qđ supernatat, abiicientes, sola subsistentia, relinquere: in alui aũt excrementis, neutrum probabile est. Rursus, id, quod deinceps dicitur, ueluti strigmenta, iis, quæ per aluum excernuntur, cõgruit: illis uero, quæ quouis mõ urinæ inferuntur, siue superius, siue inferius, non congruit. Nam quędam strigmentis similia per aluũ sæpius excernuntur: & ita ea non mõ Hippocrates, sed ẽt alii medici nominare consueuerunt, non tñ in urinis. Hic igitur tam nominum, q̃ uerborum usus improprius ostendit prędictem aphorismum interiectum fuisse. Adhuc aũt magis, cum dicit, his cõferre alui purgationẽ: neq; enim simpliciter, neq; quouis modo illi, cuius strigmentis similia alui excremẽta sunt, confert aluum purgare: sicuti neq; ii, qui ita affecti sunt, necessario læduntur in aliquo, si cibũ acceperint. Videmus siquidẽ, cum alui inferioris excrementa biliosa fiunt, quædam similia strigmentis per aluum excerni, in quibus neq; oẽs læduntur, sorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare est necessarium, mõ iã, quicquid bilis inest, fuerit euacuatum. Adhuc autem magis,
C si urinis aliquid inferatur, quod sit ueluti strigmenta, purgare nõ cõuenit. Accedit ad hoc, ꝙ difficile est formã agnoscere, qualẽ esse uelit eorum, q̃ ueluti strigmenta inferuntur urinis. Verum, qui hos aphorismos interposuerunt, mihi uidentur ad hunc finem eos cõposuisse, ut sermo cõfunderetur, tanq̃ ænigma quoddam, & multa indigeret inquisitione, in qua se ipsos eorũ, quę dicuntur, expositores constituẽtes, apud adolescẽtes laudẽ assequerentur. Quòd aut oẽs obscuri sermones dent sophistis garrulitatis occasionẽ, fiet tibi in ipso aphorismo manifestũ. Quidam. n. eorum, qui eum exposuere, aiunt, non uetare Hippocratẽ, quin dentur sorbitiones hoc mõ affectis, sed plures sorbitiones, cum dicat. Quãto plura dederis, magis lædes: quasi nõ ẽt alii, quicunque indigent sorbitionibus, non lædantur à pluribus, uel quasi non cõsequatur ad illum, qui dicit, Quanto plura dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore læsionẽ. Verũtamen propter malum interpretationis modum, sophistis datur facultas inueniendi solutiones, & magis, qñ licuerit addere aliquid, uel adimere, & scribendo trãsponere, quod in obscuris sermonibus facere consueuerunt. Statim enim in hoc aphorismo quidam ipsum exponentes, coniunctionem, &, adiicientes, quod alii sequentis aphorismi fecere principium, id huius finem constituunt, ut sermo ita se habeat. Si uero aluo non purgata dederis sorbitionem, quãto plures dede-
D ris, tanto magis nocebis: & quibus infra cruda deiiciuntur, quãto uidelicet plura dederis, magis lędes: deinde aliud initiũ faciẽtes scribunt, ꝙ, ubi atra bilis inest, si plus, maior est morbus: si minus, minor, Plures uero expositores aliter exponunt, & scribunt eo modo, quo subscriptum est:

‖ *Quibuscunq; cruda infra deiiciuntur, atra bilis inest: si plura, maior: si pauciora, minor est morbus.*

in eodem. Quibus uero in egestione inferne bilis atra, &c.

Dictũ aũt est antea, ꝙ & aliæ quædã scripturæ sunt: licitum est. n. in obscuris unicuiq; pro arbitrio scribere, cũ nulla lex sit transcribentibus posita. Sæpius aũt nõ ꝑꝑ obscuritatem, sed propter sermonis falsitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut scripturã transponere: ueluti exẽpli gratia in hoc aphorismo, cuius uerba primi expositores aphorismorũ, sicuti Herophilus Bacchius, & Heraclides, ac Zeuxis empirici, in hũc modũ scripserũt: Quibuscũque inferius cruda deiiciunt, atræ bilis sunt: si plura, pluris: si pauciora, paucioris. Quia uero hic sermo particulare quiddam explicat, dictus aũt est tanquam uniuersalis, ideo præbuit dubitãdi occasionem: sed id, quod dicitur, quantum ad uerba attinet, nullam habet quæstionem, cum eorum scriptor uelit ostendere, quibus cruda deiiciuntur, in eorum instrumentis, quæ cõcoquendi uim habent, esse atram bilem, ex qua refrigerata deterius concoquunt. Modus incoctionis est, qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit: nam, quæ propter eam incocta remanent, nidorosa fiunt. Quidam uero, & hunc sermonem etiam de urinis dictum arbitrantur.

65 *Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ: cum uero bene excernuntur, bonum est, & per uesicam: & ubi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.* E

4. Aph. 47. 32. h

Et hic aphorismus supra scriptus est, hoc modo: ‖Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, sanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: sed, si bene excernuntur, bonum est, & per aluum inferiorem, & per urinas: Si uero aliquid per hæc loca excernitur, quòd non conducat, malum. Nos uero ipsum exposuimus in quarto horum commentariorum.

66 *Corpora oportet, ubi quis purgare uoluerit, fluida facere: & si supra, sistere aluum: si uero infra, humectare.*

2. Aph. 9. 12. a

Et huius sermonis pars prior fuit in ‖ precedentibus scripta, nõ adiecto uerbo, supra, & sequẽtibus, quæ quispiam uolens adiicere hoc in loco, rursus scripsit aphorismum cum expositione, p quam uerus esset. Quòd autem sit altera expositio uerior, quam nos multa experientia inuestigauimus, dictum est superius in secundo commentariorum.

F

67 ‖ *Somnus, uigiliæ, utraque modum excedentia, morbus.*

2. Aph. 3. 11. e

3. de Locis affectis. 4. 16. g in 1. Prorõ. 2. 48. 4. 175. d

Et hic aphorismus in quibusdam exemplaribus fuit interiectus, qui ‖ prius dictus est totus eisdem uerbis, præterquàm in fine: hic enim morbus, illic autem malum scribitur, quæ scriptura est longe melior.

68 *In febribus non intermittentibus si exteriora frigent, interiora uruntur, & febris habeat, lethale.*

4. Apho. 48. 33. a

Et hic aphorismus imprudenter scriptus est, cum melius ‖ supra dicatur sine uerbis illis, & febris habeat. Nam cum in principio dixerit, in febribus non intermittentibus, uana est rursus in fine sermonis adiectio, Et febris habeat.

69 *In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est.*

4. Apho. 49. 33. b

Et hic aphorismus antea dictus est, his uerbis: ‖In febre non intermittente, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est. G

70 ‖ *A pituita alba, aqua inter cutem superuenit.*

1. de Morbis, haud lõge a principio, ubi de morbis, qui in alios morbos transeunt.

Quod dicitur, tale est: Quibus in uasis, & in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit aceruata, iis aqua inter cutem (quæ leucophlegmaticas ab alba pituita nomẽ habet) superuenit.

71 *Ab alui profluuio, difficultas intestinorum.*

A communi uidelicet subaudire oportet, superuenit, abrasis paulatim intestinis, deinde in p fundum malo subeunte, atq; ita ulceratis. Prius uero in aphorismo legitimo melior scriptura est hoc modo: ‖ A sincera deiectione, difficultas intestinorum: & nos hunc aphorismum exposuimus in sexto horum commentariorum.

Supra Apho. 23. 55. e

72 ‖ *A difficultate intestinorum, lenitas intestinorum superuenit.*

1. de Morbis, haud lõge à principio.

Et hic aphorismus est pars prius dicti, per hæc uerba: ‖ Qui lienosi à difficultate intestinorum corripiuntur, iis superueniẽte longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem superuenit, aut læuitas intestinorũ, & pereunt. Nos uero ipsum exposuimus in sexto horum commẽtariorum.

6. Aphor. 43. 51. b

H

73 *A sphacelismo, abscessus ossis.*

A communi hic quoque subaudiendum est, superuenit. Vtrum uero ad ossis sphacelismum ipsius ossis sequatur abscessus, uel carnis circunstantis, non manifestauit. Vtrumque autem potest esse uerum.

74 *A sanguinis uomitu, tabes, & puris purgatio supra. A tabe, fluxio ex capite: A fluxione, alui profluuium. Ab alui prrfluuio, astrictio purgationis superioris. Ab astrictione mors.*

Supra Apho. 15. & 16. 55. a

In pluribus exemplaribus, & apud plures expositores scriptum est: A sanguinis uomitu corruptio. In quibusdam tamẽ exemplaribus hæc habetur scriptura: A uomitu sanguinis, tabes. Videntur autem, hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuisse collecta, & corrupte composita, ab illis præcipue aphorismis: ‖ A sputo sanguinis, puris sputum, & fluxus: cum uero sputum retinetur moriuntur.

75 *Qualia fuerint uesicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multum, multus: si ualde multum lethale est.*

Hic ultimus aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdam uero, & alii adiecti sunt eodem modo, quo & illi omnes, quos decurrimus ex legitimis ita fraudulenter concinnati

A nati, vt nonnulli eiſdem verbis ſcribantur, nonnulli parum euarient, nonnulli parua facta adiectione ſimiles ſint ijs, quos ſcripſit Hippocrates: quare ne ipſos quidem duximus adijciendos: nam neq; hic nunc propoſitus aliquid plus nobis oſtendit ijs, quæ ſæpius Hippocrates manifeſtauit. Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam qualia veſicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (vt dixi) vera eſt: nam, ſi paruus ſit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum: ſi vero plus, maiorem: ſi vero admodum multus ſit à natura receſſus, mortalem debemus morbum iudicare.

SVbſcriptus aphoriſmus eſt in antiquis codicibus græcis. & in tralatione veteri adeſt expoſitio Galeni, quam hic poſuimus.

APHORISMVS.

B *In letargo tremor, malum.*

GALENI EXPLANATIO.

Lethargia eſt apoſtema in puppi cerebri ex materia phlegmatica generatū. Tremor igitur in ea malum eſt: ſignificat. n. materiam propter incontinentiam ſui ad neruos motiuos deueniſſe, qui à parte poſteriori ſunt magis, vt dictum eſt alibi: ex cuius infuſione nerui ſunt remolliti: vt ſpiritu non omnino, ſed aliqualiter deficiente, nec neruis, vt in paralyſi, omnino remollitis, virtute regitiua membra ſurſum ferantur: & quia nerui remolliti non ſufficiunt dare mēbris ſufficientem, & firmam ſedem, & ſtabilem, iterum ſua grauedine deſcendunt: ex quibus motibus contrarijs fit tremor. Vel in lethargia fit tremor, quia materia ventoſitatis reſoluta, meningas, & neruos, qui ab eis oriuntur, mouet & concutit: vnde tremor fit.

PHILOTHEI EXPLANATIO.

Lethargus paſſio eſt in cerebro conſiſtens, ex humida frigidaq; materia generationem ha-
C bens, ex qua etiam difficilis expergiſcentia vnà cum ſpiritus animalis imbecillitate prouenit. Cæterū cū febre debili paſſio hęc fit. Si igitur in lethargo tremor appareat, malū eſt, vel etiā periculoſum: indicat. n. tantam eſſe frigidam materiā, vt & dorſalis medulla particeps ipſius fiat: indeq; neruoſum genus ob repletionem ſpaſmo corripiatur. Alius quidā aphoriſmorū explanator tremorem in lethargo malū eſſe dicebat, propterea quòd immodicā ſiccitatē ſignificet.

ET infraſcriptum aphoriſmum una cum explanatione (quę quamuis ad Galenum referatur, minime tamen ipſi tribuenda eſt) in antiquo codice græco in fine huius ſeptimæ particulæ inuentum tibi traduximus. idem aphoriſmus in ſexto epidemiorum ſectione quarta habetur, & à Galeno exponitur.

APHORISMVS.

6. Epid. cō. 4. t. 20. 3. 185. b ‖ *Aquæ potio, & Vigilia vorax.*

EXPLANATIO.

D Hic vltimus omnium aphoriſmus ſcriptus eſt: inueniuntur tñ in alijs libris alij quoq; aphoriſmi poſt hunc ſcripti qui Hippocratisne, an Polybi, an alterius cuiuſdam viri ſint, haud ſcio: ſcribūtur certe. Exponēdū autē eſt, quid & hic aphoriſmus dicat. Ait. n. quòd aquæ potio & vigilia βορὸν, & λαιμαργὸν. i. vorax & edax eſt. Scribitur autem non his tantū verbis, in alijs codicibus, ſed & alio etiam modo. Aqua vorax, vigilia vorax. Sciendū autem eſt aquam nutrimētū eſſe non proprie, ſed per accidens* βορὸν. n. proprie dicitur ipſum nutrimentū: aqua autem, frigida cum ſit, tum calidam intemperiē in ſtomacho exiſtentē, tum inappetentiam ab illa intēperie prouenientē expugnat: nam aqua oblata ſtomachum refrigerat: dum autē ipſe refrigerat, contrahitur: dumq; contrahitur ac ueluti inſpiſſatur, alimentū requirit: moxq;, dum appetit, cibaria ingerimus, quæ poſtea alterata ac in chylū redacta: per uenas meſeraicas in iecur aſportantur: illicq; ſanguinis naturam nacta, in totum deinceps diſtribuuntur corpus, à uena, quā à caudicis ſimilitudine ſtelechiæan nominant, nutritum. Nutrimentum autem eſt eius, quod iā diſſipatum ac deperditum eſt, reſtitutio. At uero etiam aqua poſt uigiliam ſumpta nutrimentū eſt primaria ratione. Nam uigilia corpus exiccat ac calefacit: frigidum autem & humidum ſiccitati, & caliditati contrarium eſt. epota ergo aqua corpus nutrit: nam, cum à ſiccitate, & caliditate aſportetur, & facile attrahatur, nutrimentum fit.

* Videtur hic βορὸν accipi pro comeſtibili.

GALENI



GALENI ADVERSVS LYCVM, QVOD NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES PECCET, CVIVS INITIVM, ‖ QVI CRESCVNT PLVRIMVM HABENT CALORIS INNATI.

1. Aph.14: Ext. ord. 7.a

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Ex postrema recognitione interpretis ad veterum exemplarium græcorum fidem.

Lycum non recte laudare, aut redarguere Hippocratem potuisse, quòd ne elementa quidem artis ipsius tenuerit. CAP. 1.

CVM in Hippocratem nulla in se conflata hominum inuidia scripserit cũ Lycus, tũ cuicunq; collibitũ hoc est, longe adhuc minore eos onerandos inuidia existimo, si qui, quæ perperã in illũ congeruntur crimina, diluere ualẽs, ueluti apud utrorũq; libros in iudicio lecturos, defensionẽ paret, præsertim cũ qui accusat, anteq̃ ea, quę dicũtur, discendo percipiat, audacius agit, q̃ uero defendit, in ueteris magistri placitis exercitatus sit. Cõmentarios itaq; scripsit quidẽ Lycus Hippocratis aphorismos exponẽtes, utrobiq; autẽ hominis placita male accipit, & cũ reprehendere, & cũ eorũ, quæ ab illo dicũtur, nonnulla laudare se putat, nec minus, in quibus contradictionẽ molitur: nam, nec quæ ab eo laudantur, inter Hippocratis placita ponuntur, uerũ Lyci commẽta sunt, & per quæ contradicit, aperte seipsum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidẽ tenere: cui uero elementorũ scientia non adsit, multo is sanè minus artis illius syllabas, aut eorũ quæ ab ea procedunt, aliquid nouerit. Itaq;, si primus ego, aut unus demum essem, qui censere Hippocratẽ dicerem ex calido, frigido, humido, ac sicco animantiũ cõstare corpora, minus fortasse audacter Lycum accusarẽ, q̃ anteq̃ Hippocraticæ artis elemẽta teneret, librorũ ipsius scribere enarrationes aggrederetur: neque enim aut eos, qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia quidẽ artis vtilia agnoscũt, explanare aphorismos decet, sed quẽadmodũ ab ineũte ætate didicere, eius rursus p̃bãt, aut dãnãt placita. Lycus aũt Hippocraticæ artis ignarus adeo est, vt, cũ primas cõmẽtariorũ eius in aphorismos expositiones perlegissem, Deos testor oẽs, nõ potuisse me reliquæ libri parti p̃currẽdę aĩum adhibere, adeo mihi visus est à veteris magistri sentẽtia aberrare. Cũ vero amicorũ cuidã visum fuisset, vt ijs, q̃ ab illo in aphorismo, in quo ait, Quæ augent plurimũ habẽt caloris innati, scripta sunt, aures accõmodarẽ, deinde alij ẽt quàm plurimi me hortarẽtur, vt eius obiectionibus respõderẽ, hac ductus necessitate, scribere ista aggressus sum. G H

Hypotheses pro multiplici corporum caliditate asseueranda. CAP. 2.

SEd, quò facilius, quæ ab illo dicũtur, & à nobis dicenda aduersus ea sunt, intelligãt, qui ferre de re hac sententiam debẽt, præfari pauca quædã oportet. Calorem inesse nobis in aperto apud oẽs est: utrũ aũt ex cordis, atq; arteriarũ motu generetur is, an vero, quemadmodũ connatus cordi motus est, ad eundẽ etiã modũ se habeat calor, diuersa de his sensere medici. Cæterum, si quis est, qui perdiscere scientifice cupiat aĩantiũ cunctorũ generationis primordia calidum esse, & frigidũ, & siccũ, & humidũ, vnũ his cõscriptũ à nobis librũ habet, in quo, quid de hoc Hippocrates sentiat, explicamus demõstramusq;, cui quidem titulũ fecimus, De elementis secundum Hippocratem: ab hoc deinceps libri De temperaturis habentur, in quibus, quę nam corpora maiorem calidi elementi portionem, quæve minorem adepta sint, ostẽdimus, vtq; hãc ipsam ob causam calidiora hæc, illa frigidiora natura facta sint: nã, cum vniuersis nobis calidũ insit elementũ à prima statim origine innatum, quã sortiti ex semine ac sanguine mẽstruo sumus,

A mus,diſtamus tamen inuicem,ꝙ magis minusq́; alius alio calidior reperiatur:ſunt tamẽ latitudini huic quidã tanquã termini præfixi,quos vltra ſi temperamentũ progrediatur,aut ægrotare nos,aut iam interire neceſſe ſit: vt enim plus iuſto refrigerati morbos contrahimus frigidos, ſic,cũ extra ſanitatis campum excalfacti fuerimus, febrem incidimus: quin etiam febriũ ipſarum quædam exacte ſiccæ habentur,ſicuti exquiſiti ardores; quædã vero ſumme humidæ, qđ genus illæ ſunt,quas græci πυρώδεις, vel ἑλώδεις appellãt.Quòd ſi alicui vocabula hęc nõ admodũ placent,aut res alias iſtiuſmodi nomẽclaturis notare cõſueuit,huic ego clarum oratione faciam,quales eſſe humidas febres dicã:cum à prima ſtatim die ægrotantes ſudant,ſudoreq́; ipſo aut parũ,aut nihil leuãtur,has ego humidas appello febres:ſiccas è diuerſo eas voco,in quibus ſitis vrget vehemens,ac ſcabra viſitur lingua,durataq́;,tãquã coriũ,cutis,plurimusq́; in vniuerſo adeſt corpore ſquallor. Sunt & aliæ quædã febres cutis totius trãſpiratione tãgẽtibus infeſtæ,vt & pungi,& morderi videantur,quod ipſum etiã dupliciter fit: nã,quod ſentimus aereũ, ſiccum interdũ nobis,interdũ humidũ,veluti vapor quidam, apparet, nec iam aliæ in ſanis reperiuntur tẽperaturarũ inter ſe differentiæ,quas à recta declinare tẽperie dicimus,quarumque naturalem,quantũ fieri à nobis poteſt,intẽperiem corrigimus:quę non poſtrema eſt ſanitatem
B tuentis artis pars.Quæcunque vero tẽperata natura corpora inſtituit,in his nihil ſe huiuſmodi tangentibus offert,quippe quæ exquiſita temperie conſtent, vt nec caloris defectum ſentiant, quod ſenibus refrigeratisq́; accidit,neq; vero exceſſum,quod his euenit,qui labore vſi ſunt nimio,aut æſtiuo ſe ſoli diutius expoſuere:ac multo ſanè minus mordacitatis,aut moleſtię quicquam horũ obtinet calor. Verum,vt,quæ dicuntur,apertius intelligantur,optime à nobis fiet, ſi in memoriam balnea reuocabimus,in quibus,vna cũ ſit temperatorũ formula, multæ viſunt intẽperies,vna certe balnei intemperies ea eſt,cum plus,quàm vſus poſtulat,repertũ id frigidũ fuerit:altera,cũ ad moleſtiam vſq; excalfactũ ſit:tertia,cũ nec frigiditatem eius, nec caliditatẽ damnantes, vapore tum repletum eſſe dicimus,hocq́; illud nomine culpamus. Quis enim eſt, qui neſciat, qui modo homo ſit, temperatã ſæpius non ſolũ aquã reperiri, ſed ad eundem etiã modum aerem,atque vaporem? ſic etiam temperatus in ipſis balneis lapis eſt, in quo nec caliditate nimia,nec frigiditate,nec ariditate,nec iam humoris redundantia culpata,volutari poſſumus. Igitur, quemadmodũ in aqua, lapide, aere, eodẽ modo in vapore temperata ineſt caliditas. Qui quoties balneũ temperie hac præditus repleuerit,qui lauãtur, balneum quidem huiuſmodi dãnant,deq́; eo quæruntur,non tamen frigidius id,aut calidius appellant.Quòd ſi hu-
C iuſmodi etiam aliquid acceſſerit,duplici balneũ culpa notant, frigidũ id eſſe dicẽtes,vaporisq́; plenum,quemadmodũ rurſus nimio cũ vapore immoderate calidũ: non tradamus itaque hæc obliuioni,neq; præ nimia,quam nonnulli oſtentant, ſapientia,quæ vniuerſim hominibus cunctis aperta ſunt,deſtruamus.Verũ,quoties dicentẽ de animali audiemus aliquẽ, ꝙ huius tẽperatus calor ſit,intemperatus illius,balneorũ recordati cũ erimus,non erit ad diuerſum quippiã dirigenda cogitatio,ſed illud,quò,quicunque communes notiones integras ſeruant, quotidie cum in alijs permultis,tum vero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigunt, transferenda:calidũ itaq; balneũ eſſe inquiunt,ac frigidum:vaporis item plenum,ſiccum ve,atque aridum,ſingulis his nominibus propriam rem aliquam ſignificantes. Eſt igitur prẽter hæc, quæ retulimus,aliud quoddã balneũ fumo plenum, & eo mehercle numeroſiſſimarum ſpecierũ:ſiquidem alius ex roboreis lignis,ex ficulneis alius,oleaginisve conſtat, ac pro vnaquaq; arbore alius,atque alius: ſed his particulatim differentijs in præſentia nõ egemus:ſatis nũc ſit, ſi vniuerſo genere hoc vnica nomenclatura atque intelligentia comprehenſo fumidum eſſe balnei aerẽ dixero,nihil hic nec calore illius,nec frigore dãnato,aut etiã(ſi forte ita cõtingat) utro biq; culpato,& quòd calidum balneũ,& fumidũ ſit:verũ omiſſis iam balneis, age eorum, quæ
D quotidie domi nobis accidunt, recordare,quoties ædium,in quibus degimus,nunc humiditatẽ,nunc uero frigiditatem nimiam,aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundem modum domus aerem in magnis ſub Cane caloribus dãnamus, & cũ repletus is fumo fuerit, an potius hic quoq;,quemadmodũ in balneis,nonnunquam calore inter ſe nihil quidem diſtant?eſt autẽ horum alter hoc tantum unum, nempe calidus aer, alter præter id fumidus etiam: ac calidus quidem aer lachrymas nunquã ciet,cum tamẽ fumidus, etiam ſi modice calidus ſit, id ſemper faciat. Quamobrem planum hoc in loco aperte factũ eſſe arbitror,mordacem caliditatem,non quòd magis excalfaciat,uerum alia quadam re,differre.Quocirca ſæpenumero,cũ ad flammã, quæ fumo careat, maximam proxime acceſſerimus,adeo caleſcimus,prope vt aduramur, nullus tamẽ,quod euenire in fumo ſolet,morſum ſentit,nec lacrymas oculus mittit; miremur igitur ſiquis ſit, qui hanc in fumo quidem, ac flammam differentiam deprehendat,in corporibus uero noſtris interdum quidem uehementiſſimam caliditatem non perſentiat, qualis eſt flãmæ, interdum autem,qualis eſt fumi, mordacẽ infeſtãq́;: nec ſanè minore admiratione proſequamur,ſiquis animantium caloris intemperies, ijs, quæ in balneis, domibusq́; reperiuntur, proportione reſpondere non concedat. Ergo, quemadmodum alius domus aer eſt fumidæ, alius calidæ ſolummodo, ad eundem, opinor, aperte modum diuerſus ab his eſt, in quo accenſa-

rum

rum lucernarum multitudo ſit,aut facis,quæ fuliginem mittat: quo fit, vt fumidum alterũ vo- E
cemus aerem,alterum fuliginoſum,nimirum eum, qui ex materia ad plenum peruſta venit: ſi-
quidem, cum vtrunque flammæ excrementum ſit,hoc eſt inter fuliginem,ac fumum diſcrimẽ,
q̃ fuligo terræ eſt materiæ ad plenum peruſtæ exhalatio,fumus neq; ex peruſta,aut terrea,verũ
ex ſemiuſta,exq; humida,terreaq́; ſubſtantia compoſita materia fit. Quicunq; igitur in Hippo-
cratis placitis legitime verſatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes vſitato iam
vocabulo ſenſum latentem tranſpirationem appellant, qua difflantur corpora, aliam quidem
talem eſſe,qualis vapor eſt, aliam autem qualis aer ſiccus, atq; aliud eſſe, cum,quæ videri poſ-
ſunt, exeunt humiditates. *Deſiderantur quædam.*

Lycum, dum calorum differentiam non agnoſcit, artium omnium conſtitutionem quam Plato, & reliqui Philoſophi docuerunt, euertere. CAP. 4.

HAec ſunt,quę attulit Lycus verba,dum probare nititur,nihil alium ab alio differre calorẽ:
quæ iam non quidem,dũ à nobis refellant̃,expectant,cum ipſa ſponte ſua corruant: quid
enim tandẽ ait? Calor,qua calor intelligitur,nullam obtinet cum calore alio differentiã. Si igit̃ F
nihil orationi appoſitum ſignificat hoc,qua calor intelligitur,ſubtrahamus inde penitus id: ſin
aliquid notat,aperte calorem à calore ſecundũ quidem hoc minime,ſed ſecundum aliud tamẽ
aliquid diſtare monſtrat:nam,ſi nulla ratione differt,quorſum attinuit uerbum,qua,addere?ſin
alia quidem ex parte differt,nam hoc differt,ſecũdũ id,quod differt,dr̃iæ intelligant̃: ſi nanq;,
ſecũdũ quod vnũquodq; dicitur,tantũmodo conſideret̃,iã rerũ omniũ diſcrimina tollas,licet:
animal,quatenus animal eſt,nihil ab alio diſtat animali:plãta,quaten⁹ plãta, nihil ab alia diſtat
plãta:arbor,quatenus arbor,nihil ab alia differt arbore: nũ propterea animaliũ dr̃iæ non ſunt
volatile,pedeſtre,natatile,aquatile,terreſtre,aereũ,aut mortale,& immortale,aut rõnale,& ir-
rationale,aut domeſticũ,& ſylueſtre,aut timidũ,& audax,aut aliorũ,quæ ſcimus,diſcriminum
vnũquodq;?nã quid attinet plura referre?Sic etiã inter plãtas arbor aliud eſt,aliud frutex,aliud
ſpina,herba aliud,ſuffrutex etiã aliud:an potius,cũ aĩalia oĩa,quatenus aĩalia, nihil inter ſe di-
ſtẽt,tñ has,quas modo retuli,vniuerſas,ac p̃ter eas permultas etiã alias aĩalis eſſe differẽtias ve
re quis dixerit?nec iã aliter dicendũ de plantis:neq; enim planta à planta eo diſtat, q̃ hæc qui-
dem rationalis ſit,illa irrationalis,neq; q̃ uolatilis hæc,pedeſtris illa ſit,neq; uero ſecundũ aliq̃
earũ,quas modo enumerauimus,differẽtiã:quẽadmodũ ſanè nec animal ab animali differt, q̃ G
hoc quidem frutex ſit,illud ſpina,hoc arbor,illud herba,hoc ſuffrutex,illud cedrus, uerũ plãta-
rũ potius generi huiuſmodi attribuitur ſectio. Quin etiam morborũ dr̃ias Lycus ipſe plurimas
colligit: atqui morbus à morbo, quatenus morbus, nihil differt, ſicuti nec ſymptoma à ſym-
ptomate quatenus ſymptoma:horũ tñ nihilominus dr̃ias ſcribere aggredit̃ Lycus, ſicuti late-
ralis etiã doloris,ac aliorũ morborũ oĩum:atqui laterũ dolor, qua dolor laterũ à laterali dolo-
re alio minime diſtat:cũ tñ inter hos alius ſit,qui dolorẽ ad iugulũ uſq;, alius, qui ad præcordia
extendat:ad eundẽ modũ alius eſt, in quo infectum colore aliquo ſputũ uiſitur, alius huic op-
poſitus,in quo nihil expuitur, qui ἄπεπτος à nonnullis uocatur.i. ſputo carens, aliæq́; præterea
differentiæ plurimæ ſunt,ſecũdũ quarũ diuerſitatẽ diuerſam ẽt eſſe curationẽ contingit: quas
tamen ipſas,ac febrium præterea ipſarũ differentias nobis nititur Lycus tradere:atqui,ſiue illę
ob caloris redundantiã: ſiue ob qualitatis mordacitatem fiant,febris cum febre, qua quidẽ fe-
bris eſt,nulla conſtituetur differentia.Quamobrem orationẽ ineruditã adeo perquirit Lycus,
ut non ſentiat artes ſe inde planè omnes euertere: ſiquidẽ in rei uniuſcuiuſque differẽtijs no-
ſcendis artes cõſiſtunt:de quo Plato etiam in Philebo prolixius inter ipſa ſtatim libri initia diſ-
ſeruit,nec ab illius diſceſſerũt opinione Ariſtoteles,Theophraſtus,& Chryſipp⁹,& Mneſithe⁹, H
ac nullus quidẽ eſt, qui non eadẽ in opere de arte diſſerat de hac oratione. Verba porrò, quæ
primum de artium conſtitutione Plato attulit,ad hũc ſe habent modum.Socrates. Vna quidẽ, “
quæ ore egreditur,in nobis uox eſt,ac multitudine rurſus infinita tum omnium, tum uniuſcu- “
iuſque. Protarchus.Quid ni?Soc.atq; ex horum neutro ſapientes reddimur,neque eo quòd in- “
finitum illius ſciamus:neq; uero,quòd unum,uerum quòd,quot qualiaq́; ea ſint,nouerimus,id “
eſt demum,quod noſtrum unumquenq; grammaticum reddat.Prot.ueriſſime dicis.Soc. nec iã “
muſicum quod faciat,diuerſum ab hoc eſt,Prot.quò nam modo?Soc.uox utique,quòd ad artẽ “
illam attinet,una in ea eſt.Prot.quid ni?Soc.ponamus autem duo, graue, & acutum, ac tertiũ “
præter hæc æquitonum, an aliter tibi uidetur? Prot.ita cenſeo. Soc.non tamen propterea edo- “
ctus adhuc probe muſicam fueris,cũ hæc ſola ſciueris,nec,niſi ad plenum (ut ita dicam)ea te- “
neas,quicquam egeris.Prot.non ſanè.Soc.uerum id tum amice aſſequere,cum uocis,quod qui “
dem ad eius ſpectat grauitatem,acumenq́;,quot ſint numero interualla, ac qualia, & interual- “
lorum terminos apprehenderis,tum quæcunq; ex his ipſis factæ compoſitiones fuerint: quas, “
cũ,qui ante nos fuere, p̃ſpexiſſent,nobis,qui illos ſequimur,uocãdas reliquere harmonias.Nec “
minus in corporis rurſus motionibus alias ineſſe huiuſmodi affectiones cenſent,quas ipſas nu- “

meris

A meris dimensas oportere aiunt rythmos, mensurasq; appellare, simul etiam illud intelligẽdum
« ad hunc esse modum,in re omni de vno,ac multis insimul considerãdum. cũ enim hæc ipsa hoc
« apprehenderis pacto,tunc sapiens euasisti : cumq; rem quamcunq; aliã hoc modo consideratã
« tenueris,sic demum in hoc factus prudens es. Ac sanæ quidẽ mentis auditoribus satis hęc fuerat ex Platone audisse pro artium vniuersarum constitutionis indicatione.neq; enim fieri põt, vt vel solius rei artifex quis sit,nisi rerũ prius differentias teneat:nõ tamen ab re fuerit,si, quẽadmodum Plato non contentus sola sermonis summa,in exemplum præter hęc,claritatis gratia,addidit grammaticam ac musicam,ita nos exemplũ quoq; afferamus vnum,artis quidẽ pictoriæ,sed cui subiecta colorum materia sit. nempe enim hoc etiam in loco, affirmemus, licet, inter colorem,& colorem , qua color est,nullum esse discrimen,exq; hoc vniuersas eorũ differentias tollamus:id quod Plato etiam tandem ipse in Philebi notauit principio. Cum enim voluptates distinxisset Socrates,nec eas,qui cũ eo differebat, inter se distare oẽs cõcederet, quatenus voluptates sunt,simillimasq; esse illas diceret : huic istius rationi verbis his obuiã it Socrates:Etenim inter colorem etiã,& colorẽ ò vir diuine,secũdũ hoc nihil distat, quatenus quidam color horũ vnusquisq; est, omnes tamẽ albo nigrum,præter id, quòd diuersum ab eo sit,
B etiam contrarijssimum esse scimus . quin etiam figura omnis cum alia secundum idem genere
« vna est,illius tamen partium quædam oppositissimæ sibi inuicem sunt , quædam diuersitatẽ in-
« ter se obtinent infinitam: ac permulta etiam alia sic se habere comperiemus . quare noli fidem
« rationi huic adhibere,quæ unum cõtrarijssima omnia faciat.Hæc sunt ferme eius de coloribus,
« ac figuris verba.In quibus vero de voluptate disputat,sic habẽt : Voluptate q̃dẽ affici dicimus
« & proteruientẽ hoĩem,& modestũ , nimirũ hoc isto quòd modeste agit: voluptatẽ etiã sentire
« insanũ dicimus,insanarumq; opinionum,ac spei plenũ:sed & prudenter agentẽ,eo ipso q̃ pru-
« denter agat:nec sanè merito pro insano habeatur , siquis voluptates has similes inter se esse v-
« trasq; dixerit.Cæterum, quẽadmodũ uoluptatum differẽtias verbis his Plato breuibus demõstrauit,plenius autem eas per vniuersum librum exposuit, sic artium in duobus libris discrimina explicuit,Sophista,ac Politico.Quid igitur? Scientiarum,ac uoluptatũ differentiæ erũt plurimæ,ac colorũ præter hæc,figurarumq;,vocisq; tonorum,tum etiã ætatũ,horarum, regionũ, morborum,rerum deniq; aliarum oĩum,in solis uero calidis,aut nullæ omnino erunt, aut quæ cognosci ab hominibus non possint? Cæterum Lyci ratio hæc vnius(vt ipse quidẽ existimat)ca-
C loris,re autẽ vera rerũ aliarum omnium differentias tollit , siquidem rationis vis huius eodem omnibus modo conuenire potest.Eadẽ enim de humoribus quoq; ipsis deinceps dicam,nimirum nihil eos distare inter se,quatenus humores sunt.In quo uero insigniter pręter alia peccat, hoc est,quòd artes etiã uniuersas de medio tollit , quippe quæ ex specierum constituantur differentijs. Et Plato quidẽ,cũ prius de artium cõstitutione in summa dixisset,exemplo deinceps rationem aperuit,dum ostendit , quemadmodum cognitis demum cõstituatur uocum differẽtijs grammatica ars . At Lyci ratio tum hanc, tum cũ illa pariter musicã tollit , aliasq; præterea omnes,dum uidelicet uocis huius, quatenus hoc aliquid intelligitur, unicã censet esse differẽtiam. uideto igitur , quomodo prius quidem grammaticã artem , deinde uero alias quoq; oẽs
« ratio ipsius tollat.Impossibile uidetur mihi,ac nulla fieri ratione posse , uocem hanc , quatenus
« intelligitur,consideranti,ut cum alia uoce secundum quidem pronunciationem ipsam,differẽ-
« tiam habeat,cum tamen proprietate quadam differat,nempe qualitate,quę in pronunciatione ponitur.Quæ sanè ratio eadem undecunq; est,atq; illa,quæ inter prima Lyci uerba scripta est, ijsq; ipsis illius uerbis omnibus constat,uno tantum caloris uocabulo in uocis nomen mutato, ut si ualida illa futura,hæc quoq; sit:at ualida hæc non est,neq; igitur illa erit:nisi forte Lyci populares uocem ε, nõ iã diuersam ab ο esse existimauerint,nec uocẽ ο,ab ω differre: sin has quoq;
D ipsas diuersas inter se esse fatebimur,præterq; has,α,ι,υ,tũ reliquas quascunq; literas, hæ quidẽ quatuor,& uiginti erunt.quæ uero illarum differentias nouit ars,est grammaticæ: sicuti musica quoq; ipsa uocum acumen,ac grauitatem callet , quas tamen ipsas quoq; nihilo sanè minus Lyci ratio tollit.uox enim,quatenus uox est,à uoce non discrepat , cum uocis tamẽ mediæ sonus,sicuti extentæ,mediarũ tono acutior,ita eius , quæ prope mediam est,tono grauior sit : ac rursus inter has ipsas uocis extentæ sonus tono sub principalis mediarum acutior,eius uero, q̃ prope mediam est,grauior sonus hemitonio tertiæ diuisarum, horũq; deinceps acutiores alij , alij grauiores,atq; alij deinceps,quousq; ad acutissimum omnium, grauissimumq; sonum per-
« ueniamus. Quæ sanè omnia non animaduertit à se optimus Lycus tolli,dum dicit , Impossibi-
« le mihi,nec ulla ratione fieri posse uidetur,calorem hac certe ratione consideranti, qua intelli-
⁂ gitur,nempe secundum calefactionem,uti ab alio item calido differat.Mirum uero,ni,dũ inter colorem quoque,qua color est,differentiam esse ullam negat , pingendi artẽ de medio tollat , quæ rubrum, album,nigrum,flauum,atque alios id genus colores sub oculos ponit . magis scilicet persuadebit,quæ de coloribus affertur ratio,quàm quæ dicta est de calido . calidum enim à calido distare quidem , non tamen alterum alteri contrarium esse dicimus : colorem uero à colore non distare solum, sed etiam albo oppositissimum esse nigrum .

De

De colorum, & humorum differentijs aduersus Lycum. CAP. 4. E

DIcet hic Lycus, quonam tandem fieri modo potest, vt color, qua color intelligitur, colori contrarius sit? & vere quidem (ita me Dij amẽt) existimabit colorẽ, quod quidẽ ad colorem attinet, colori contrariũ nullum esse. veruntamen, quemadmodũ verum hoc est, sic etiam illud, nempe nigro albũ non solum differre, sed hactenus etiam differre, vt contrarijssimum illi sit. Et quonam tandem pacto fieri potest, dicẽt fortasse ij, qui Lyco omnia deferunt, vt idẽ vnũ simul, ac contrarijssimum sit, sicuti in nigro, & albo? quibus hoc saltem dicemus, vt, si quidẽ impossibile eis videtur, idem simul cum nigro album esse, simul etiã illi cõtrarium, alterum horum eligant. Nam Plato, quemadmodum sanè & Arist. & Theoph. fieri posse existimat, alterius ab altero cum genere idem sit, tantam tamen haberi speciei differentiam, vt contrarijssimũ ei sit. At ij, si non sermonẽ verũ esse vtrunque censent, manifestiorẽ eligant. Porro manifestius est, quãto id etiam magis apud oẽs in confesso est, nigro contrariũ esse albũ. ꝙ si uerum hoc est, verum autem sermonem utrunque esse posse negant illi, & qui nigro contrariũ esse album dicit, & qui idem non sanè recte existimant, cum à nigro quatenus color est, nihil differre albũ dicunt. Atq; is quidem, qui in Platonis libro cum Socrate una disputat, uenia fortasse dignus sit, dum à dissecanda in differentias uoluptate Socratem prohibet. nusquã enim istiusmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri posse doceret, ut, tametsi multa multis genere eadẽ essent, eousque tamẽ differrent, ut contrarijssimam sibi inuicẽ speciẽ, naturamq; obtinerent, Cum uero scriptus aliquãdo à Platone Philebus sit, in quo rei docet ueritatem, si quidẽ librũ hunc Lycus nunquã in manus legendum sumpsit, hominis doctrinam suspicio: sin, cum legisset, nõ intellexit tamen, ingenij perspicacitatem demiror. ꝙ si, postquã intellexisset, persuasus inde nõ fuit, fęlix eius iudiciũ agnosco. Proh Deum immortalẽ, reperietur aliquis, qui, dialectica ipsa ne à limine quidem salutata, sermones interroget? Græcũ tu aliquem inuenias medicũ, grãmaticũ, rhetorẽ, philosophũ aliũ omnino quẽpiam, qui modo literis incũbat, qui Platonis non legerit Philebũ? q̃ q̃ quid Philebũ dico? neq; enim in eo solum propositã rationẽ edocuit Plato, sed in libris multis etiã alijs mentionẽ de hoc fecit: ex quibus unũ saltem oportuerat optimum Lycum euoluisse, eũ, q̃ sermones perquirere scientificos studebat: cum turpe sit eum, qui Hippocratẽ redarguere conat, & sermones interrogat, (ut ipse quidem existimat) quod uolunt, perficientes, uideri ne prima quidem tenere eorum, quæ inter philosophos tractantur. Cæterũ admirandũ sanè de humoribus exẽplũ attulit. hoc est. n. quod uult, quatenus humores oẽs sunt, nihil eos inter se distare: secundũ ꝙ autem ij quidẽ acidi sunt, illi uero acerbi, ij salsi, dulces illi, secũdũ hoc differre, in quibus suã ipse uocẽ ignorat. cũ. n. qua humores differũt, dicat, arbitrat inde se nullũ esse in his discrimen probare, frustraq; horum differentiã Hippocratẽ attulisse, frustra etiam uniuersum de succis opus conscripsisse Theophrastum. Atqui uocabulum quoque hoc, succus, humoris differentiam quandam præsefert: quę itẽ tametsi humoris differentia quædã sit, nihilominus in plures secari potest differẽtias alias. Verum nihil sanè admiratione dignum sit, Lycum, qui eousq; rerum ignarus est, ut putet astringentem in aceto inesse qualitatem, hanc aduersus Hippocratẽ ausum fuisse contradictionem scribere. quæ enim tam sunt manifesta, Anazarbeus quoq; Dioscorides nouit, tum quicunq; de materia commentarios scriptos nobis reliquere, in quibus alia quidẽ salsa appellãt, alia salsilaginosa, alia amara, alia dulcia, alia austera, alia acerba, alia astringentia, alia acria, alia acida. At eminentissimus Lycus, aut quod inter acidã, astringentẽq; qualitatẽ discrimẽ sit, penitus ignorat, aut gustãdi amisit uim prorsus, ut nullam humorum differẽtiam percipiat. Apparet enim eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut mespilo aliquo, aut pomo, aut cydonio sensum capere. Atqui omnes homines ex pomis quædã acida uocant, quædam astringentia, nonnulla dulcia, sicuti mala quoq; punica, opinor, tum acida, tum astringentia, tum uero dulcia appellant. At in uinis astringens qualitas ab acida separata, ut bonitas à uitio, est: quorũ, quæ astringenti qualitate prædita sunt, generosa sunt, acidum uero secundũ naturam nullum: quin, si quid his uel parũ acoris accesserit, continuo ut in acetum mutentur, fore suspicamur. Fortassis igitur neque oxylapathũ, neq; oxalida Lycus à lapatho, & lactuca distinxerit, quibus ut astringentis qualitatis ne minimũ quidem, sic acidę plurimũ certe utrisq; inest. Mirum igitur profecto sit, si, cum ab acida qualitate denominata ista sint, nihil illius acetũ participet, quod ὄξος Græcis dicitur. ita fit, ut, qui ne communes quidẽ sensus integros seruat, Hippocratem accusare Lycus audeat. Itaq; multo ante quæstionẽ nouit, qua naturales de humorũ numero tractant. secundum enim hoc nihil uidetur inter humorem, & humorem discriminis esse, quatenus quidem humor est. Scirem igitur perlibenter, cuinam tandem rei differentiæ cõueniant hæ, dulcis, acidi, acris, amari, salsilaginosi, uel salsi, acerbi, austeri, astringentis, pinguis. Nam, si humorum differentiæ non sunt, erũt fortasse aut uocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cum præter hos sensus teneamus alios nullos, sed quinque in uniuersum sint, gustus, auditus, uisus, olfactus, tactus: &, ut res alias sensibiles sensibus alijs, sic humores gustu dignoscamus. Porrò, sicuti in humoribus differentiæ insunt multæ, sic etiam in sensibus: qui tamen, qua sensus sunt, nihil discrepant. Verum Lycus egregie scilicet

A licet in dialectica instructus,non permittet,ut aut humorũ,quas diximus, differentias colligamus,aut sensuum,quas tamẽ nouere omnes,aut etiam colorum,nempe album nigrum, fuscũ, flauum,fuluum,rubrum,puniceum, cœruleum: quando nec color à colore, quatenus quidem color est,distat.Delirant itaq; medici pariter ac philosophi omnes,qui putant colorum quidem eas esse differentias,quas diximus, humorum autem acidum,amarum, acre, tum quascunque paulo ante retuli,sicuti ipsorum quoq; sensuum. cum nec color à colore,quatenus color, neq; à sensu sensus,neq; ab humore humor discrepet,quo sanè pacto nec à febre febris differt,quippe nec à calore calor distat. Ergo planè desipiunt medici, quicunq; febrium differentias tradidere multas,ardentem,lipyriam,hepialam,typhodem,pestilentem, hemitritæam, quotidianã, tertianam,quartanam. Quin Lycus etiam ipse febrium alibi differentias scribit, sicuti aliarum quoque rerum fere omnium.

De flammæ differentijs. CAP. 5.

QVid igitur in mentem illi venit, vt nunc dissectionis in proprias cuiusq; differentias obliuiscereturadeo vt nec in succenso ex paleis igne,cuiusmodi ad fabrefaciendum aurũ vti solemus,vllam inesse differentiam existimet, qui tamen ab ijs,qui materias diuersas sor-
B tiuntur,differtènam,tametsi ab igne,ignis duntaxat,qua ignis est,nihil differat, maioris tamen ac minoris ratione differt,cum fieri possit,vt alius alio uehementior,infirmiorq; ignis sit, & eũ quidem,qui ex paleis confit,esse inualidissimum arbitratur,ad aurumq; cõflandũ appositũ ait: liquefieri enim ac diffluere,si vehementiorem experiatur flammam. Enimuero optime Lyce, dixerit fortasse ei quispiam: si,quomodo flammæ generentur, naturales philosophos quærẽtes audijsses,earum,opinor,differentias intellexisses.itaq; nos,q̃ poterimus breuissime,p̃cisum sermonẽ tibi de his nõ paruũ explicabimus.Vidisti,opinor,materiæ,quę comburitur,extra,lationem fieri quandã particulis inter se dispersis,quas inter aer quidã interceptus,necessario quidẽ concalescit,non tamen exiguam obtinet secundum magis minusq; differentiam: tum corporum,quæ sursum feruntur, non in vnaquaque flamma æqualia uisuntur spatia, quo etiã modo exhalationis natura ipsius diuersa est.verum tam magnitudine, & paruitate inter se differunt, quæ ex combusta materia exiliunt particulæ,quã dẽsitate etiã,ac raritate,tũ q̃ semustę hę sint, illæ uero ad plenũ adustæ,tum uero in vniuersum, q̃ hæc magis, minus illa correpta igne sint. Cũ igitur tãta in his differẽtia appareat,tũ vero qui illa excepit aer, interdũ magis,interdũ etiã minus concalescat,maiorq; ac minor sit,arbitror diuersitatem necessario ingentem, ac nõ par-
C uã esse flammæ differentiã: nã mistionis inæqualitas est, quæ differẽtiarũ facit multitudinem.

Quæ de triplici calore attulerit Lycus aduersus Hippocratem. CAP. 6.

CAeterum,quemadmodũ temere de igne pronunciauit Lycus,ad eundem etiã,opinor,modum aberrat,cũ,postquã tripliciter calidũ multum accipi dixisset,vnũquodq; significatorum enarrat.Etenim aliter calidũ, inquit, multum secũdũ substantiam, aliter secundum qualitatis intensionem accipitur,atq; aliter secũdũ functionis propriæ robur.sed nec secũdũ substãtiã multũ inesse in his,qui crescũt,calidi,vtpote in exigua corporis mole: neq; secũdũ qualitatis incrementũ,quãdo calidius,quã quod in vigẽtibus ætate sit,haudquaquã appareat: in solo tamẽ functionũ propriarũ robore eorũ,qui crescunt,excedere calidũ cõcedit,improprie tamẽ dici.Sunt porrò,quibus hæc ostendit,plurima eius verba: verũ ego more meo facturus videor, si,quod in superioribus feci,nunc quoq; faciã: nam & illa complura cũ essent,nõ omnia adscripsi.sed opportunissima quæque elegi.Ad eundẽ igitur modum nũc quoque faciamus, ac, quæcunq; ex illis ad propositum maxime conferre uidebũtur,exaremus hic. Et alterum quidẽ ser-
“ monẽ hoc concludamus fine.Nunc ad reliquum transeamus, etenim meminisse debetis dupli-
“ cẽ me statim ab initio proposuisse quæstionem, alteram, an recte Hippocrates verbum innatũ
D addiderit,alteram,an recte dictum ab eo sit, plurimũ inesse in ijs,qui crescunt,caloris. atq; al-
“ teram quidem quæstionem cũ absoluerimus,ad eã,quæ restat,veniamus, incipiamusq; disqui-
“ rere,an dictum recte sit,plurimũ in ijs,qui crescunt, caloris inesse. Itaque in comparatione al-
“ terius calidi cum altero tria sunt,quæ in disquisitionẽ ueniãt,plurimumq; inter se distãtia. pri-
“ mum quid sit,plus aliud alio calidum esse: alterũ quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud
“ alio calidum validius. Si quis igitur à nobis quærat,cuiusmodi sit, quod plus aliud alio calidũ
“ est,quod tale proportione sit,respõdere debemus,quomodo etiã interroganti,qualenã sit, qđ
“ alterum altero plus humidũ est, respondebimus. nam quemadmodũ hic interrogatio primum
“ in id,quod dictum est,tendit,par est, ut nihil respondeamus aliud, quàm hoc unum, nempe id
“ quod substantia superet,siquidẽ plus humoris amphoram dimidio continere dicimus: ad eun-
“ dem etiam in calido modũ, siquis hac eadem interrogatione perquirat,quale nã sit,quod plus
“ altero calidum est,nihil sanè aliud respondere conueniet,quã qđ substãtia plus sit,nimirum eo
“ q̃ plus in eo substantiæ sit,& maiorem capiat locũ: ac nihil sanè prohibet, ut in eodẽ & plus in-
“ sit calidi,& minus tamen caloris,æque ac humidũ,quod plus substantia est,minus tñ esse diffu-
“ sum potest.Ergo ad interrogationem hanc recte hoc pacto respondebimus.Rursus,cũ hoc quę-
“ ritur, cuiusmodi sit, quod alterum altero calidius est, recte dicemus, quod intensiore caliditate

tate eſt,etiamſi in minore ſubſtãtia reperiatur.Quemadmodũ enim cum quis interrogat, quale E
nam ſit,quod alterum altero candidius eſt,non ſanè perperam reſpõdemus, cũ,quod qualitate »
candida intenſiore ſit, dicimus: quo ſanè modo,niue,etiamſi exigua eius ſit quãtitas, quocũq; »
alio albo candidiorem eſſe affirmamus:ſicuti quoque ad interrogantẽ,qualenã ſit,quod altero »
humidius eſt,recte rñdemus,quod fuſum magis ſit: vti aqua melle,ac pice humidior,etiãſi exi- »
gua admodũ aquę ſubſtãtia ſit,mel aũt,& pix lõge uincãt:ſic ẽt de calido interrogati,quale ſit, »
quod alterũ altero calidius ſit,recte reſpondemus , qđ caliditate intenſiore ſit: cuiuſmodi ignis »
habetur:licet in exigua id ſubſtãtia conſideretur:alterum aũt,quod cum hoc cõparatũ tepidius »
calidũ eſt,maiorẽ,q̃ hoc,ſortitũ ſubſtantiã ſit.& hoc quidẽ pacto ad hæc reſpõdemus.Ei vero, »
qui quærit,qualenã ſit alterũ altero validius calidũ,non eadẽ erit,ſicuti prius,parata reſpõſio , »
cum neque,quod caliditate intenſiore ſit, neq; quod in ſubſtantia ſpectetur maiore reſpondere »
debeamus,ſed quod operis perfectione excellat.Cæterum,quod dico,ad hunc ſe habet modũ. »
multa viſuntur caloris opera,quippe qui alia fundat,alia congreget,ac valde plurima tranſmu- »
tet,atq;(vt priuatim dicamus) in corporibus noſtris alimentum in ventriculo concoquit , atq; »
inteſtinis,confectũq; id in corpus deducit,ad ipſumq; immutat , noſtriſq; inoleſcere id corpo- »
ribus facit,concoctione nimirum,atq; augmẽto.Ergo alterũ altero validius dicetur calidũ, qđ »
iſta præſtare magis poterit,atque hoc non id ſemper eſt,quod aut qualitate intẽſiore ſit,aut ſub F
ſtantiæ plus habeat:ſæpius nanque minore præditũ ſubſtantia,ac caliditate minore perficiẽdo »
operi efficaciſſimum reperitur.ſicuti enim antea dicebamus,nõ quod intẽtũ maxime,ſed quod »
maxime commenſuratũ ſit,vt proprium nobis opus præſtet,validius eſt:quando,quod inſigni- »
ter calidũ fuerit,interdũ etiã nocumentum operi inferat: cuius rei ſatis eſſe argumẽto poſſunt , »
quæ prius de calidi proprietate expoſui.Cum hæc ita ſe habeãt,ſintq; tria,ſicut prius diximus, »
quæ in comparatione alterius calidi cum altero,in diſquiſitionem trahãtur, hocq; in loco Hip- »
pocrates,Qui creſcunt,plurimũ habere calidi innati dicat,de tribus vnũ fateamur,neceſſe eſt: »
aut enim proprie voce hac vſus falſi aliquid dixit:aut ſimul & male uoce hac vtitur , & falſi ali- »
quid dicit:aut,vt uerum aliquid dixerit,voce tamẽ vſus falſa ſit,neceſſe eſt. Nam,ſi plurimũ in »
ijs,qui augentur,ſecundũ ſubſtantiã ineſſe calidi dicat,veluti ſiquis plus,q̃ amphora,continere »
humidi dixerit,quod duplo maius vas ſit,voce vſus quidem probe erit, verum falſi eũ quippiã »
omnino protuliſſe neceſſe fuerit,ſiquidem in ijs,qui creſcunt, plus ſecũdum ſubſtãtiã calidi nõ »
ineſt,cũ nec maior horum corporis moles ſit,quàm ætate florentiũ,ſenũq;: at innatus calor ad »
vniuerſi corporis molem diſtributus eſt.Sin eo,ꝙ intenſior horũ caliditas ſit , plus ineſſe in ijs, »
qui creſcunt,caloris dicat,quemadmodũ ſiquis , cum niuem albam aliqua re alia candidiorem G
affirmare uolens,nõ illam quidem eſſe candidiorem,aut candidam magis , ſed in ea plus ineſſe »
candoris dicat,videri poterit vtrobique aberraſſe Hippocrates , dum nec uoce recte vtitur , & »
alioqui falſi aliquid pronũciat.Et praue quidem uoce vſum eum fuiſſe uideri hinc poterit,cum »
voce hac,qua in maiore ſubſtantia explicanda vtimur,abuſus ipſe fuerit,dũ intenſiorẽ quandã »
caloris qualitatẽ oſtendere nititur.Falſum autẽ ꝙ dixerit,hinc uidebitur,ꝙ,cum in ijs, qui cre- »
ſcunt intenſiore non ſit qualitate calor,non ſanè recte calidiorẽ eſſe ætatis huius, q̃ aliarũ , ca- »
lorem dicemus, cum hunc ille in ijs,qui creſcunt,eſſe intenſiorem affirmet.Quòd autẽ minime »
uerum ſit magis eſſe in ijs,qui creſcunt,intenſum calorẽ,facile vnuſquiſq; diſcat,licet, cũ calo- »
ris in ijs,qui creſcunt , maiore ſecundum excalfactionem intenſione prædiri inuentum ſignum »
nullum ſit.Nam,quod ab eo in libro de natura humana,quòd plurimum in ijs,qui creſcunt,ca- »
de Natura humana com. 2. t. 12.13.14.& 15. 7. clxxx. loris inſit,ſigni affertur,ſtultum penitus eſt:etenim‖calidiorem eſſe ætate priore hominem pro- »
nunciat,coniecturam ex eo,quod nunc maxime uiget incremento faciens.Neq; enim ui,inqt, »
ac præter naturam,dum augetur corpus , in contrariũ grauitati ſuæ locum raperetur alimentũ »
niſi validum aliquid eſſet,quod cogeret:nam hoc,non ꝙ magis ſecundum excalfactionem cali- »
dum intendatur,ſed ꝙ validius ſit,ſigni eſt. Porrò autẽ validius,ſicuti antea diximus, nõ ideſt, H
quod intenſiore caliditate præditum eſt,ſed quod ad perficiẽdum opus temperatũ maxime ſit. »
Quamobrem,cum hæc ita ſe habeant,ſiquidem hoc pacto Hippocrates ea,quæ creſcunt,pluri- »
mum habere caloris innati dicat,dupliciter errat,partim quòd non recte uoce utitur ipſa , par- »
tim etiam,ꝙ falſi non nihil alioqui pronunciat:ſin autem,quẽadmodũ tertio loco dicebã , plu- »
rimum eſſe in ijs,qui creſcunt,calidi ad hũc modũ intelligat,vt validiſſimum ad opus perficiẽ- »
dum ſit,quod ex eo,quod temperatum maxime ſit,prouenit,non quod aut maiore ſubſtantia , »
aut caliditate intenſiore notetur,uoce ille quidem uidebitur nõ recte uſus,propterea quòd, cũ »
ualidiſſimum debuiſset calorẽ eſse dicere, plurimum dixit.ſed tamen , quod dictum ab eo eſt , »
recte dictum uideri poterit , nam ad hunc modum augmentum ab innato ab calore fit : ergo , »
quemadmodum dictat ratio,quin is in ijs,qui creſcunt,ualidiſſimus ſit,fieri nullo pacto poteſt. »
Ac mihi ſanè recte de hoc dictum placebit , quod in libro de natura humana dicitur : Neceſse »
enim eſt,quod augetur,atque ita ui procedit corpus,calorẽ ualidiſſimum obtineat.Cuiuſmodi »
tandem ſunt hæc Lyci uerba ? plurima illa quidem , ſed quæ nihil præter ea , quæ nos ante di- »
ximus,explicent.ſi nanque ſubſtantiæ commenſurata mole plus eſse in ijs,qui creſcunt, calidi

Hippocrates

A Hippocrates ait,falli eum opinatur,propterea ꝙ manifesto minus in pueris ſpectetur corpus:ꝙ ſi id dicat,quod calore intenſiore ſit,huic rurſus apparentia obſtare ait: ſin,quod opus ualidius præſtat,uere quidem hoc dici concedit,uoce tamen illū non recte uſum fuiſſe affirmat:nō enim plus oportuiſſe,ſed ualidius ad opus perficiendum dicere eorum,qui creſcunt,calidum.

Aduerſus ea, quæ à Lyco dicta ſunt de triplici calore,ac quæ ſit propria caloris innati ſubſtantia. CAP. 7.

VErum uideo optime Lyce(dicet hic fortaſſe aliquis calumniæ eius in Hippocratē apologiā meditans)ne uana,quæ dicuntur,ſint. Iā primum.n.calidum,quod ſcd̄m ſubſtantiā eſt,nō abſolute ita corporis uniuerſi mole dijudicatur, uerum, quemadmodū ipſe met aliqñ Lycus alibi dixit,maximum eſſe hominis cerebrum affirmans,non quidem accepta abſolute magnitudine,ſed habita potius animalis cum animali proportione. Ergo ſicuti paruulum adeo puerū maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non ſola habita corporis magnitudinis conſiderationе,ſed adhibita præterea proportione,ſiç ēt feciſſe illum in calido corpore oportuit,examinatione antea facta corporum,quę in nobis ſunt,quodnam innatum ſit,i.primo gentiū,quod ἀρχήγονον uocant,ſiquidem ipſe etiam nomen hoc ſcit & in Hippocratis libris ſcriptum reperiri,
B & pro eo accipi corpore,quod primitus generandis adſit,id eſt ex quo primam ſortiuntur generationem:quod quid aliud quæſo ſit,q̄ ſanguis menſtruus ſemenq́;?Ego certe nihil noui præter hæc tertium.Qm̄ autem corporis in ijs,quæ generantur,ſubſtantia ex his conſtat principijs,quę prima exacte fuerit conſtitutio,non ex pluribus ijs, quæ diximus, ſed ex ſolis corporibus conſtabit,quanquam cur primam exacte dico?Si nāq;,qualis ab Hippocrate expoſita ſit ‖ dierū ſex genitura, recordabimur, innatū adhuc in illa corpus permanere,aperte dignoſcemus,cū,antequā aliqua oſſis, aut uenæ, aut arteriæ,aut nerui,aut chartilaginis,aut ligamenti in fœtu natura appareat,unum ei corpus calidum innatum adſit.Sanguinis.n.grumo perſimilis,'molliſq́; caro, ac effigie carens,primum fętus excipit effigiationem,tanquā‖ ſanguinis uibices,ut Hippocrates
✻ nominat, continentē, ex ſeminis ſubſtantia ipſa, cū candor ei adſit:fiunt deinde ob multam,& quæ aſſidue fit,mutationem oſſis lineamenta quædam,ac chartilaginis,& ligamenti,& nerui,& arteriæ,& uenæ, quo quidem tempore innatus adhuc perſeuerās calor,fœtus ipſius corpus eſt: uerum,quo magis,magiſq́; creſcit fœtus,eo ſanè minus redditur calidū illi innatum corpus,qd̄
✻ nihil,q̄ ſanguis,ſemenq́;,aliud eſt. Corporum uero acquiſitionem uarietas accedit quædam,cū eorum, quæ enumerauimus,innatum animantibus nullum ſit,ſed acquiſititia omnia habeātur.
C Quod ſi fieri poſſet, ut totū aliqñ animal ex oſſibus,aut neruis cōſtaret,hoc ſanè modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidē hoc non poteſt,ut tm̄ maior oſſium,chartilaginū,ligamentorum,neruorum,arteriarumq́;,ac uenarum ſubſtātia ſit , fieri poteſt.Quam ēt ob rem,quæ extremam ſenectutem agunt animalia , cum ſanguineæ naturæ minimum obtineant, tota ferè ex ſolis oſſibus, neruis membranis,ligamentis,arterijs,uenis,chartilaginibusq́; conſtant: nā inter animantis partes ſola eſt caro,quæ ſanguinea ſit,quam, quæ conſenuere corpora,minimā in ſe continent,& eam tum ſanguine pręditam exiguo,tum duriorem,aliarum uero partium,quę ſanguinea ſit,nulla eſt. Cōnati igitur corporis,quod ab efficaciſſima,quę in eo eſt,qualitate innatū calidum appellatum fuit,non abſolute ita metiri magnitudinem oportet, ſed facta potius cū nō innatis comparatione,eorum inter ſe inſpicere proportionem debemus.Quemadmodum enim in balneo uaporem,ſiue fumū malis,multum,aut huiuſmodi eſſe aliquid dicimus,non ita abſolute ad domus referentes magnitudinem,ſed ad proprium potius balnei aerem:ad eundem etiā in homine modum, aut multam,aut paucam eſſe innati caloris ſubſtantiā dicemus, facta cū nō innatis corporibus comparatione: ut enim cuncta in infantibus ſanguinolētiſſima reperiuntur, adeo,ut in oſſibus quoq; nō nihil huiuſmodi appareat,cōtra in ſenibus fit,ut exanguia maxime
D cuncta ſint, uſq; adeo, ut caro quoq; huiuſmodi ſit, quam ēt ipſam minimo præditam ſanguine obtinent:corpus porrò calidū innatum ſanguis erat. Quare ex his colligitur,& ijs,qui creſcunt plurimum ineſſe corpotis calidi innati,& ijs,qui conſenuere,minimum:ſic etiam ſemen, qd̄ ex ſeroſa humiditate,ac ſpiritu,qui in ea eſt,conſtat,in his quidem,qui cōſenuere,exiguū admodū eſt,at in horum,qui creſcunt,corporibus plurimum,atq; inter ipſos in his potiſſimū,qui nati nuperrime ſunt,quemadmodum in commentarijs de ſemine demonſtrauimus . Num igitur ambiges,an eorū,qui creſcunt facile abſumatur,atq; diffluat corpus?atqui in cæteris nō te ſanè fugit aquam calidā,aut oleum,aut ſiquis eſt alius id genus humor,exiguo temporis interuallo per halitum digeri totū,id quod neq; in terra notari,neq; in lapide poteſt,nec iā in alijs,ſiqua frigida, & ſicca natura ſunt:nam,ut duæ ſunt in uniuerſa rerū natura,quæ per halitum facillime digerātur,qualitates, caliditas,atq; humiditas,ſic è diuerſo,quę ꝑdurēt,duę,ſiccitas,ac frigiditas.Quā obrem nihil uideri mirum debet,ſi quidem puerorū ob humiditatē, & caliditatē facile diffliātur corpora:ſenū uero non facile,ut qui à frigiditate, & ſiccitate coagmentatā ſubſtantiā obtineāt. Quare,quę in te dici rectius poſſent,alteri obijcis Lyce optime.Certe principale documentum quoddā,quod nullus,qui modo legitime introductus in diſciplinas ſit,neſcit, uiſus es ignorare: nam multam ſubſtantiam,quæ ſimplex ſit,corporis quidem dijudicat moles: at,quæ ex diuerſis

in Lib.de Natura pueri in hiſtoria de famula cantrice.

in eodem lib. & eadē hiſtoria.

componitur,eorum,quæ immiſta ſunt proportio,ſicuti cerebrum etiam,aut aliarum partiũ ali- E
quã:ad quẽ ſanè modũ ijs quoq;,qui uinum aqua bibendi cauſa miſcent,aut uini,aut aquæ eſſe
plus,aut horũ neutrum ſuperare dicunt,cum forte cõmiſta ita temperate ea fuerint. Tam uero
obſtupidus nullus eſt,ut,cum ad uini dolium aquæ hæminã addiderit,plus eſſe in dolio aquæ di
cat, q̃ in paruo poculo ſit, cũ uerbi gra ex tribus,qui in eo cõtinent̃,cyathis,unus aquæ,reliqui
autẽ duo uini fuerint.Lycus porrò ipſe medicamẽtum quoq;,quod tetrapharmacũ appellãt,ex
cera,adipe,pice,ac reſina,æqua oĩum portione conſtans,non plus continere,opinor, picis dicet
ſiquis duplã illam iniecerit. Verum hic quoq; iubebit nos animaduertere, utrum tetrpharmaco
medicamento plenũ doliũ totum ſit , an uero paruum aliquod uaſculũ,ac dein plus in dolio in-
eſſe picis dicet,q̃ in uaſculo,ẽt ſi in altero æqua oĩa portione inſint , in uaſculo aũt picis ad alia
duplum ſit. Quòd ſi igitur oĩa huiuſcemodi errata, cum cætera non poſſint,ſcd̃m proportionẽ,
ac miſturam multum diſcernit,ac quod ſimpliciter ita,ſcd̃m cõem menſurandi modum dicitur,
non ſanè ad eum ſe res modum habet,quemadmodum Hippocratẽ Lycus reprehendit:nã tam
eſt in ijs, qui creſcunt, caloris innati ſubſtantiæ plurimum ad aliorũ uidelicet proportionẽ,q̃ ẽt
unà cum hac,qualitatis.ſiquidem à ſubſtantijs ſeparari propriæ qualitates nequeũt,ut ſanè nec
facultates:atq; ad hũc modũ,ſi in tetrapharmaco plus iniectum,facta ad alia proportione,picis F *
fuerit, non eius tm̃ ſubſtantiæ, ſed ẽt qualitatis,facultatisq́; plus ineſſe dicet,ob idq́;humorem
ẽt,quicunq; is picis ſit,auctum eſſe.Itaq; planum factum eſt ſcd̃m tria, quæ Lycus ſcripſit,multi
ſignificata tã in tetrapharmaco plus ineſſe picis,dici poſſe,q̃ caloris innati in animantibus.Atq;
hoc in his, in quibus,quæ admiſcentur,tota inter ſe nõ contemperantur, manifeſtius fit,nempe
ſcd̃m tres,quos Lycus retulit,modos,plus alterum altero eſſe dici, ſicuti ſanè in hoc,quod inter
uſitatiſſima eſt,medicamento ex iride,ariſtolochia,orobi farina,ac thure,æquo omnium ponde
re confecto,poterit quis,cæteris æquis,ex his unum aliquod triplicatum immiſcere,ut ariſtolo-
chiam uerbi gratia:in qua miſtura dici uere poterit ariſtolochiã,& ſubſtantia,& qualitate,& ef-
ficacia,reliqua exuperare,atq; huius ineſſe plus . Id ipſum de balneo quoq; pronunciare licet,in
quo nõ ſolũ contẽperatus inſit aer,ſed ẽt fumi,uaporisq́; aliquid accedat, ex quibus interdũ fu
mi, interdum uaporis plus eſſe continget,quo modo ẽt naturalis nunq̃ balnei aeris plus:porrò
abſolute ita pronunciatum,plus,ſcd̃m ſubſtantiæ intelligimus exuperantiã,cũ qua unà qualita
tem,& quæ ab hac fit,efficaciã augeri neceſſe eſt.Supponamus igitur maiorẽ reliquis duobus fu
mi ſubſtantiã reperiri,rectè hic fumi ipſius qualitatem ẽt,ac efficaciam maiorẽ eſſe dicemus,cũ
tm̃ in confeſſo ſit qualitatẽ qualitate maiorẽ non effici,ſed uehementiorẽ,ſicuti nec minorẽ,ſed G
imbecilliorem:uerũ is uocabulorum uſus tam in uniuerſa uita,q̃ in artibus oĩbus frequẽtiſſime
uſurpatur.Qua in re quid attinet aliorum mẽtionem facere?cum manifeſtum orationi noſtræ à
febribus ẽt ipſis ſumere teſtimoniũ poſſimus,quas nunc maiores,nunc ẽt minores factas eſſe di
centes quotidie audire oẽs licet:& alium alio aliqñ plus,aliqñ minus febricitare,atq; de eodẽ ẽt
heri,q̃ hodie.Ad hunc igitur modum cum ſupponatur ſcd̃m qualitatem multum dici,nihil uide
ri mirum debet,ſi,in quo balneo maior ineſt fumi ſubſtãtia,in eo maiorem ẽt factam eſſe quali-
tatem dicamus:uti efficaciam quoq;,ſi quidẽ proprio utemur uocabulo,ualidam,uehementio-
remq́;,ſin eo abutemur,maiorẽ,copioſioremq́; nominabimus : quippe mordicus oculos fumus
uellicabit,quo magis eius adaucta ſubſtantia fuerit:quapropter,cum ſubſtantijs unà propriæ ẽt
earum qualitates excreſcant,atq; efficaciæ,non perperam quis in huiuſcemodi balneo plurimũ
ineſſe fumi dixerit . Rurſus,ut dicebamus,uaporis quidem,ac fumi æquæ ſupponantur portio-
nes,plurimum autem propriæ aeris ſubſtantiæ ineſſe,quæ innato animantium calori proportio
ne reſpondet,ac generatur: hic ſanè in balneo caloris proprij plurimũ ineſſe dicetur . Num igit̃
diſſimile huic eſt,quod in animantium humoribus inſpicitur,ex quibus in uaporẽ reſolutis,re-
ſultans calor extrinſecus tangentes ferit?etenim alius ſanguinis accẽſus calor eſt,pituitæ alius, H
ut in flaua,atq; atra bile alius.Ergo in pueris plurima ſanguinis ineſt ſubſtantia,nimirum ſecun
dum miſturæ proportionem,(nam in hoc ueluti ob lethargum dormitantes identidem excitan
di ſunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus ſcripſit)& quæ præterea cum ea unà increſcit qualitas
huiuſmodi,qua mitem ſe,ac tangentibus amicam, nõ iam aduerſam mordacemq́; præbeat,nec
non etiam efficacia, ſcd̃m quam nequaquam nidoroſæ concoctiones fiunt, neq; uero,uti in pi-
tuita,acidæ.Omnibus igitur,Lyce optime,modis plurimum iis,qui creſcũt, caloris innati ineſt,
quo circa nihil iã deliquit Hippocrates,at te potius ipſum conuiciatorem eſſe deprehendimus:
planum enim ex ijs , quæ ſcripſiſti , fecimns, ut à nullis introductus præceptoribus fueris , quo
Hippocratis dogma aliquod percipere potueris,utq́; manifeſto,quæ prorſus ignoras,ipſe repre
hendas,tum contractionem moliri ignorantiæ plenam declaratus es eam, qua artis uniuſcuiuſ-
que conſtitutionem demoliendam aggrediebaris,cumq́; eorum,quæ de his ſæpenumero ſcrip-
ſit Plato, nihil teneas, tibi ipſi pugnantia ſæpe affers, in adoleſcentium detrimentum, quicunq;
ratiocinatiuæ, ſicuti tu, ſcientiæ ignari ueram à falſa diſtinguere orationem nequeunt: poſtre-
mo audaciſſimus præter hæc,ac nihili uiſus es,dum prius quàm ea planè didiceris,eorũ , quę ab
Hippocrate dicuntur,expoſitiones conſcribere aggrederis.

GALENI

GALENI CONTRA EA, QVAE A IVLIANO IN HIPPOCRATIS APHORISMOS DICTA SVNT.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete

Ex poſtrema interpretis recognitione ad exemplarium antiquorum græcorum fidem.

Quòd ſæpe medici ſpontaneas naturæ vacuationes imitentur. CAP. 1.

C Onſultius quidem eſſet,ſi,quemadmodum ſtatutum legibus eſt,ut eadem, qua reus,pęna,ſi damnatus fuiſſet,puniat̃ is,qui falſo accuſarit, ita digna in eos erratorum pęna animaduerteretur,qui ijs,quę ignorant,falſo contradicũt. Sed,qm̃ neſcio quo pacto iniurias perſequi iudicio licet, lex aũt falſo cõtradicentibus ſtatuta nulla eſt, arbitror nõ immerito in optimos uiros impuriſſimum quẽq; inuehi audere. Siquidem, ſicuti in Aegypto olim artium inuentum unũquodq; à cõmuni eruditorum conſeſſu probatũ columnis inſcribebatur quibuſdã in ſacris locis poſitis: eodẽ modo factum apud nos oportuit, collegiũ proborum ſimul,doctorumq; hominum,qui examinatis recentiorũ ſcriptis,in publicum,quæ bona ſint, exponant,mala uero quęcunq; fuerint,perdant: ſatius autẽ eſſet,ſi ne ſcribentis quidem ab his nomẽ reciperetur,quemadmodum antiquitus ne in Aegypto quidem: hoc enim pacto nimiæ glorię contentioni apud iſtius cupidos obuiam maxime iretur. Nunc,cum & paſſim ſcribere omnibus liceat,& unicuiq; ſententiã ferre apud vulgus,audaciſſimus quiſq; maxime cõmendatur: quemadmodum Theſſalus ex ijs,quæ contumelioſe aduerſus Hippocratem ſcripſit: cum tñ librum is compoſuerit,in quo,dum aphoriſmos damnare ſe putat, aperte ſe ipſum prodit,ne minimam quidem Hippocraticæ artis partem didiciſſe. Atqui ęquum fuerat,cum prius hanc ipſam edoctus fuiſſet,ita demum cõtradictionem moliri. An hoc fortaſſe non à me recte dictum eſt? neq;.n.(ſi quidem eam probe noſſet) tam fuiſſet audax,ut ſe ueris opponeret, niſi ex illis eſſet,qui omnem funditus pudorem exuerunt,cuiuſmodi nunc etiam Alexandriæ repertus eſt Iulianus,cuius quadraginta octo eſſe libri dicunt̃ cõtra Hippocratis aphoriſmos ſcripti,in quorum ſcḋm nuper incidi, in quo aphoriſmum ipſe quidem hunc eſſe falſum exiſtimat, ‖ In uentris perturbationibus,& ijs,qui ſponte ſua fiunt,uomitibus,ſi qualia purgari debent, purgentur,prodeſt,& leuiter ferunt,ſin minus,contrarium: ſic uaſorum quoq; exinanitio,ſiquidem qualis fieri debet,fiat,prodeſt,& leuiter ferunt,ſin minus,contrarium. Et Dijs quidem gratia, ꝙ is nobis primum ſeſe obtulit legendus liber, ne fruſta conſumptum mihi tempus fuiſſet legendis in longum ijs, quæ contra aphoriſmum primum ſcripſit,qui cæterorũ deinceps proœmium eſt: fortaſſis enim,cum coactus aduerſus ea ſcripſiſſem,nihil feciſſe magnum uideri poſſem : propterea ꝙ ad medicam conſiderationem nondum accedit ſermo ille. Ac prædictus aphoriſmus non ſanè de minima artis parte diſputat,medicum admonens,cũ per ſuperiorẽ,inferioremve uentrem ſpontaneæ fiunt euacuationes, ut eas, quæ iuuent imitetur, tum quæ illæ ſint,docet,ac quemadmodũ dignoſcendæ,non minus,quàm eas,quæ lædunt,ſuis notatas indicijs. Quòd ſi artem Iulianus ab Hippocraticis magiſtris percepiſſet,nõ ſanè auſus eſſet ueritati cõtradicere,ſed,cum neq; ipſe,nec iã is,qui talis,tantæq; ſtoliditatis auctor ei extitit, Theſſalus artem nouerint Aſclepiadarum,mirum nõ ſit,ſi ea iſti ignorant,quæ ne hi quidem neſciunt, qui repudiata ratione mederi ſe profitentur: quippe licet eos dicentes audire, incrementũ ex imitatrice maxime experientia ſuſcepiſſe artem: nam,quæcunq; caſu facta ægris profuere, ea nos inquiunt, ſæpenumero ſecuti, conſtituimus, diuiſisq; his,naturalia appellant,quorum de corpore cauſa prouenit,quorum autem extrinſecus,à fortuna,ut iam non ſolum naturæ,ſed etiam fortu

1. aphor. 2. Extr. ordi. 3. b. Et in Epiſtola ad Democritum.

næ imitator medicus sit. Ac multa sanè allata ab illis exẽpla sunt eorũ, quæ à fortuna profuere: E utiq; inter alia is, cui, cũ cecidisset, disrupta in fronte uena fuit quod in similiter affecto non sunt ueriti, facere, ut eandem secarent uenã, nimirum eiusdem, aiunt, successus spe. Quin ẽt phlegmone laborãtes oculi, à satisq; abunde cita aluo adiuti, maxime nos ad id imitandũ excitarũt: ad eundem modum morbo regio affectis profusa biliosorũ excrementorũ copia uisa est sæpius contulisse: ut aqua inter cutem laborantibus, aquosorum: utq; ijs, qui morbum, quẽ elephanta uocant, patiuntur, nigricantium humorũ confert inanitio: inde argumentari aperte licet debere medicum imitatorem esse. Quid autem attinet euacuationes spontaneas referre, cum præceptorum quoq; facta secuti artẽ adiscamus? an, si clysteri quocunq; uentrẽ subducẽs Thessalus ægro tantem curet, imitari hunc discipuli debeant: si sponte is fluat, nõ debeãt? an, cũ suppressa menstrua fuerint, sanguinisq; uomitus mulierem inuaserit, tunc, si prouocata purgatione, uenave secta affectum hunc sanet Thessalus, non sanè delinquant discipuli magistrum imitati, sponte aũt profusis menstruis si leuetur ęgra, hoc nõ iam imitari eos cõueniet? Atqui nihil interest ad hoc, ut utrunq; imitemur, si, uel cum obstetrix euocauerit menstrua, uel cum Thessalus, uel cũ horũ neuter, at sponte fluentibus ipsis leuetur ægra, qñ ab euacuatione, non unde hæc fit, utilitas prouenit: hocque ipsum Hippocrates docens aphorismum aliquando illum inscripsit, Mulieri sanF guinem uomẽti prorumpentibus menstruis, solutio. Quomodocunq; prorunpant mẽstrua, soluetur, inquit, affectus, siue naturaliter id, siue à nobis fiat: non.n. quæ hoc facit causa, sed quod factum est, ægros iuuat, unum modo mẽstruis adsit, nempe cõfertim effluere, quod uoce illa ‚prumpentibus Hippocrates notauit, solitus largiores euacuationes nomine illo appellasse, æque ac si uerbis usus esse huiusmodi, ‖ Mulieri sanguinem uomenti, mẽstruis confertim profusis, solutio. Dies me certe deficiet, si, quæcunq; spõte facta imitẽtur homines, referre uelim: nec sanè de hoc alius ambigit quispiam, sed tanquã communem notionem agnoscunt omnes. soli sunt, qui dubitent, perditi sophistæ. quicunq; tãdem, quantum quidem ad artis opera attinet, uulgo quoque ipso deteriores sunt, at abiecto pudore texẽdis aduersus optimos medicos ‚plixis nugis exercitati: cuiusmodi nuper extitit Iulianus is, quem in artis operibus nunquã uersatum esse, nullo autem pudore contumelijs ueteres incessere medicos nouere omnes.

5. Aph. 32. Extr. ordi. 40. d Et 1. de Morb. ubi de ijs agit; quæ sponte sua, & casu in morbis contingunt,

Galeni excusatio, quòd aduersus Iulianum scripserit. CAP. 2.

EA igitur, quæ contra paulo ante dictũ aphorismum scribere ausus est, ne dici quidem potest, quantum præseferant, ignorantiæ dicam an impudentiæ, an audaciæ, an potius (siquiem dicendum uerum sit) cuncta hæc simul, atq; his longe plura cõueniunt? Quapropter commodius G fortasse factum fuisset, si ne digna quidem ea iudicassemus, quibus scribẽdo contradicatur, & in quæ aliquid absumatur operis: uerum, cum cõplures à meamici studiose exegissent, ut, quæcũque post allatum ad nos librum, in quo aphorismum prædictũ Iulianus reprehendere aggredit, ✻ disputassem, descripta in commentarijs eis traderem, subij & hoc nõ sanè exiguũ certamen, ac longe quidem maius (siquidem fateri uerum licet) q̃ cũ extemporalibus sermonibus usi sumus, quos per dies sex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarum conamur ostendere copiam, quarum plenus sermo est is, quem scriptum in libro reliquit. Etenim in hunc istud optime dictũ quadrat, quod uulgo dicit, homine hoc loquacius inuenias nihil. Vnus olim Thersites plus iusto loquax fuisse dictus, at id huic quanto, quàm Thersitæ, conueniet magis, facile omnes, quotquot unquam fuere, loquacitate superanti? quapropter, qui sermonibus his interfuere, cum illos legerent, duobus hominẽ nominibus notarunt, loquendi immodicitate, atq; infinitate. Itaq; Vlysse potius quodam opus illi fuerit, qui eum sceptro assidere iubeat: me, autem, ut eum prudẽtia instruam minime: tam enim obstupidum prudentem reddere ne musarum quidem chorus possit. Cum igit inuitus adductus sim, ut ista scriberem, ne forte ab ijs, qui hęc lecturi sunt, reprehende ✻ rer, præfari hæc uolui. Cum.n. futurum sit, ut hominem redarguam indoctum, stolidum, opinioH ne sua sapientem, nugis inter ineruditos adolescentes uersatum in uniuersa uita, apud quos, quo nomine ueteribus maledicebat, aliquis tãdem esse uisus est, hoc cum peragere necesse habeam, quæso, liceat mihi uerbis huius ignorãtiam castigare asperioribus, quibus ego uti alioqui nõ soleo. Iniquum quippe foret, si quidem huic in optimum quemque ueterum congerere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonstrationibus detergere manifestis, quæ tantum suscepit incrementum, ut, unde nam ordiatur quispiam, non sit facile inuenire.

Quæ Iulianus pro Methodicis attulerit. CAP. 3.

AC in libri quidem principio is, prætermisso Hippocrate, longa in Sabinum oratione inuehitur, id quod in uniuerso opere factitasse uidetur: cui tamen titulus præscribitur, non iam in Sabini expositiones, sed in Hippocratis aphorismos: deinde, quemadmodum consueuit, multa inconsiderate profert, collectis immanifestis quibusdam, inanibusq; uerbis: quorũ siquis reprehendere aliqua conetur, maximum prius is librum confecerit, quàm rem inchoare ipsa uideri possit, etiam ut non omnin dicantur. Hæc igitur perdifficile est scribentem disponere, ac potius summe arduum, nos tamen in extemporalibus sermonibus, quos apud eruditos uiros sæpenumero fecimus, facultatem ostendimus quandam ex similitudine expositionum in ueteres inuen

tam,

tam: nam quemadmodum eorum in publicis disputationibus propositum librum explicamus.

Desunt non nulla.

Quòd si dissimulata naturæ perscrutatione, methodicus nec elatus, nec magnifice de se loquens, neq; uero superiorē latentis dogmatis radicem in mediū proferens, duos esse dicat corporis affectus: scd'm naturam enim cōstituto duas ueluti insidiari aduersarias inter se obuersiones, atq; immutationes, dum aut plus satis clausum, aut infusum est, uideri sanè poterit, intelligibilia dicere, non quidem naturā scrutantibus philosophis, ac de rerum omnium materia disceptātibus, sed tñ medicis naturalibus. Et hæc quidem ex mirabilibus Iuliani sermonibus uerborum series una est. Quibus ab ijs recedens, quę Asclepiades, & Themison, & Thessalus elementa posuere, in prædictos tendit philosophos, qui ex mundo hoc uacuum funditus sustulerunt. Alteram autem deinceps subdit ad hūc modum: Neq; uero linguæ ulterius imperare possum, quin dicam quid enim mihi id? ut propterea, q huiusmodi cōuersiones, quemadmodum elementorum sequitur generatio, sic calidi etiā natura, & frigidi, & humidi, & sicci: ab his enim ueluti parentibus fieri postremo hæc quoq; opera possunt. Vide, quàm in altissimis thronis, ac ualde sublimibus sedēs
B latuit methodus, quā, cū præ humanitate modestiaq́; delitescere cuperē, cœlo ostendi, unusq́;, atque idem primus detexi, obductam illi nebulam discutiens, soluensq;. Hæc sunt, quæ Iulianus dicat, atq; ab his deinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non sentio non unā faciente substantiam. In libro itaque de methodo hæc, multaq́; prętera alia scripta sunt à Iuliano, q totus inscriptus ab eo est Philon: at in alio, ubi de animæ, corporisq́; affectionibus institutus illi sermo est, in hunc rursus modum scribit. Igitur cōtractionis, diffusionisq́; moderatum statū, commensuratumq́; statuentes in humanis coagmentis, sanitatis illum nomine appellamus: isti porrò mediocritati cum insidię à morbis tenduntur, necessario fit, ut patiantur corpora contracta, ac dura, sicciorave, aut diffusa, molliaq́; facta, atque humida.

Platonem, Stoicos, & Peripateticos dissensisse à Iuliano de elementis, & causis morborum. CAP. 4.

HAec sunt igitur eminentissimi sophistæ uerba methodicos medicos affirmantis Platonē sequi, unà cum Zenone, atq; Aristotele: nos contra admonebimus ipsos horum unumquēque philosophorum, plurimosq́; prętera, qui post illos uiguere, sanitatem esse existimare calidi, frigidi, humidi, siccíq; temperiem: horum autem singulorum tum excessu, tum defectu morbos
C gigni eos, qui in uictus cōsistant ratione: inesse porrò in corporibus humores etiam, qui morbis proportione respondeāt, hos quidem facultate sua humidos siccosve, illos calidos, aut frigidos: sic Plato cum sectatoribus unà suis, sic Aristoteles censuit, quiq́; illū secuti sunt, Peripatetici: sic etiam Zeno, Chrysippusq́;, alijq; prætera Stoici. At Iulianus ne librum quidem legit ullum uirorum, quos retulimus, nec prorsus, quid consequens, sibiq́; pugnans sit, intelligit: non enim eum fugisset, quemadmodum sectæ, quæ uacuum tollit, hæc conueniunt: ita alteri, quæ hoc ponat, conuenire illa, nempe in meatuum symmetria quadam sanitatem consistere, sicuti in fluxu, clausuq́; rerum, quæ per id feruntur secundum uictus rationem, morbos. Quid igitur faciam? Aristotelis ne, ac Chrysippi, cæterorumq́; Peripateticorum omnium, ac Stoicorum deinceps uerba subijciam, in quibus bilem, pituitamq́; causantur, primosq́; morbos esse quatuor affirmant, non aliter sanè, quàm elementa, calidum esse, & frigidum, & humidum, & siccum: an hoc, cum non duo tantum libri compleri inde possint, sed tres etiam, & quatuor, atq; his plures, prætermittendum à nobis est, abundeq́; nobis esse existimādum, quæ à Platone tātum dicta sunt? Cum igitur ita facere consultius sit, ne per omnia cum nugaci sophista diutius nugemur, finem de his faciā, si prius hoc solum de Peripateticis, Stoicisq́; philosophis dixero: Neq; Aristotelis, nec iā Theo-
D phrasti librum usquam inuenias, in quo, siquid de morbis necessario dicendū illis sit, omissa calidi, frigidi, humidi, sicci mentione, oīonem absoluant. Quin cum horum, tum uero utriusq; non raro bilis mentionem faciunt, nigræ simul, ac flauę, sæpius etiam pituitę, quippe qui huiusce explicent discrimina: & hanc quidem aridā, salsam illam, salsilaginosamve, aliam autē dulcem appellant. Neq; uero aliter sentit Chrysippus, semperq́; ad eundem modum, tum de morbis, tū de humoribus disputat. Horum igitur trium tantummodo siquis uerba colligat, nō sanè paucos is conficiat libros, præsertim si quantum Iuliano Alexandriæ supererat, tantum etiā huic ocij superfit: q si, quæ ab alijs tam Stoicis omnibus, quàm Peripateticis dicta sunt, colligere uniuersa uelit, iustam is ēt bibliothecam expleat. At nobis, sicuti iam diximus, satis erit omissis his, unius Platonis uerba referre, nusquā ab Hippocratis placitis discedentis. Neq; uero ex oībus undiq; libris ea deligam, qui plurimi certe habeantur, sed uno contentus Timæo, hæc inde transumpta subijciam. Sanè, quemadmodū morbi consistant, id nemini obscurū: cum enim, ex quibus corpus conflatum nostrum est, genera quatuor sint, terræ, aquæ, ignis, aeris, horum pter naturā excessus, defectusq́;, propriæq́; sedis cum aliena cōmutatio, tum ignis, atq; etiam cæterorum unū quodq́; (quando plura uno genera hæc habeantur,) quod sibi conuenit, non suscipiens, omniaq́;

huiuſmodi,perturbationes,morbosq; afferunt:cum enim à natura horum unumquodque rece E
dit,commutaturq́;, quæcunq; prius frigida erant,nunc concaleſcunt,atq; antea ſicca, humecta ,,
in poſterum fiunt, nec nõ lenia grauiaq́;, atq, omnimodas prorſus tranſmutationes ſuſcipiunt. ,,
Hoc in loco,quantum ad elementa prima ſpectat,eorumq́; qualitates,aperte Hippocratẽ ſequi- ,,
tur Plato : deinceps uero morborum cauſas in humores quoq; deriuans,ad hunc modũ ſcribit: ,,
Albida autem pituita ob bullarum ſpiritum intus detẽta ſæuit:ſumpto uero extra corpus ſpira- ,,
mine mitior illa quidem, uarie nihilo minus corpus pingit, uitiliginum in eo ſpecies, leucas, al- ,,
phosq́;,atque id genus morbos procreãs:at cum atræ miſta bili in capitis diuiniſſimos orbes di- ,,
labitur,hosq́; ipſos infeſtat,ut in ſomno mitior,ſic cum uigilantes inuaſerit,diutius urget:qui ſa ,,
nè morbus ſacratioris naturæ cũ ſit,ſacer meritiſſimo appelletur.Hisq́; deinceps uerbis alia ad- ,,
dit.Hæc porrò ſalſa,aridaq́; pituita morborum omnium eorum,qui cum fluxu unà fiunt,caput ,,
eſt,à locorum,in quę fluit,diuerſitate multimodas quoq; appellationes ſortita . In hũc modum ,,
de pituita,atraq́; unà bile ſenſit Plato:cęterũ,quę de flaua diſſerat,poſt hæc attende.In corpore ,,
uero,quæcunq; eo,quòd ardeant,uranturq́;,inflammata dicuntur,cuncta à bile fiunt : accepto ,,
itaq; hæc reſpiramine,omnimodos tumores foras feruẽs emittit:at incluſa intus morbos gignit ,,
perurentes plurimos,huncq́; maximum,quoties ſanguine commiſta puro,fibrarũ genus ex pro F
prio ordine deturbauerit,q̃ ea gratia diſtributę in ſanguinem ſunt,ut nec tenuis nimis,nec craſ- ,,
ſus nimis eſſet, neq; iam ob caliditatem, quippe qui humidus foret,ex raro corpore defluat,ne- ,,
que rurſus nimia denſitate motioni ineptus,uix ſe in uenis cõuertat.Hanc utiq; utilitatem fibrę ,,
naturę generationi largiuntur, quas ſiquis emortuo ſanguine,refrigeratoq́; inter ſe colligat,qd̃ ,,
reliquum eſt ſanguinis,uniuerſum diffluit:quòd ſi derelinquantur,q̃ primum unà cum ambien ,,
te frigore congelantur.Hac cum præditę facultate ſint in ſanguine fibræ,bilis,quæ natura uetus ,,
facta eſt ſanguis,cũ rurſus ex carne in hunc eliquata mittitur calida,humidaq́;,ſenſim primo in- ,,
uecta ob fibrarũ uim gelaſcẽs coit,gelataq́;,ac reſtincto illius uiolenter feruore,tempeſtates in- ,,
tus,tremorẽq́, excitat:at,ſi maiore ſe ui inſerat,cuictis à caliditate propria fibris,confuſoq́; earũ ,,
ordine efferueſcens,victrix euaſit:ac,ſi ad extremum uſq; perdurare ualidior poteſt, ad medul- ,,
las uſq; penetrans,perurensq́;,animę ibidem diſſoluit quędam tanquã retinacula,hancq́; ipſam ,,
liberat:at,cũ minor huius copia eſt,corpusq́; ei liqueſcẽs reluctatur,deuicta,aut per uniuerſum ,,
corpus excidit,aut in inferiorẽ,ſuperioremve uentrẽ per uenas expulſa,deq́; corpore,ueluti ex ,,
diſcordi ciuitate eiecta,inteſtinorũ læuitatem,difficultatemq́;, cæteraq́; huiuſmodi mala affert. ,,
Hæc ſunt, quæ Hippocratem ſecutus Plato in Timæo tũ ſcripſit : at, ſiquis,quæ in reliquis eius G
libris reperiuntur,uniuerſa colligat,uideri is poterit,quod quidẽ ad ſermonis attinet prolixita-
tem, Iulianum imitatus,multoq́; etiã magis,ſi,quæ de calido,frigido,humido,& ſicco,bile,pitui
ta,ſanitate,ac morbo ſcripſere Theophraſtus,Ariſtoteles,Chryſippus Peripatetici,Stoiciq́; oẽs
adſcribat ſingula.& quidẽ nunc aliquos eſſe arbitror,qui noſtrę huius in obſtupidi ſophiſtæ re-
dargutionem compoſitæ orationis longitudinem reprehendat.Qui.n.(pro Iuppiter Deiq́;)Pla-
tonem quidem, & Ariſtotelem,& Zenonem,horumq́; ipſorum ſectatores ueritus non ſit laudi-
bus efferre, quæ uero de corporis elementis dicta ab Hippocrate ſunt, refellere,an hunc cenſes
in reliquis omnibus uerecunde quicquam dicturum ?

Neque ex ignoratione: neque ex diſcordia philoſophorum in nomine naturæ prohiberi, quin naturaliter ſe, aut præter naturam homines habere affirmemus. CAP. 5.

OMittantur tñ hæc,notentur,quæ deinceps ſcribit, dum ne naturæ quidem,ut uidetur,uo-
cabulum conſiderandum permittit,utitur autem uerborum hoc initio. Non hercle nobis ,,
hi perſuaſerint,neq; uero ſibi ipſis, modo uerum fateantur,non ignorare ſe,quid natura ſit,quã H
in omnem partẽ uexant,magnifica ubicunq; uerba ſonantes,aut ſimplex calidum, aut attempe ,,
ratum,miſtumq́;,aut frigid,iſpiritusq́; ſubſtãtiam.Hisq́; deinceps multa addit,naturæ eos noſſe ,,
ſubſtantiã concedens, quaſi uero in propoſito nobis nunc aphoriſmo naturæ adſcripſerit nomẽ
Hippocrates,ac non potius de ſponte factis euacuationibus loquatur : unde igitur in mentem il *
li uenit naturæ uocabulum? Vnde quæſo magis,q̃ ex Iuliani nugandi cõſuetudine,ut longioris *
ſibi ſermonis anſam arriperet?quem ſiquis explicet,facile is eius deprehendat nugas . Cum igi-
tur medici oẽs has quidem à natura,illas uero caſu fieri affirmẽt,ut oſtendant eorum interdum
cauſam ex ægrorũ oriri corpore,interdum extrinſecus accedere,occaſionẽ nactus hãc eſt,ut ali
quid de naturæ uocabulo nugari poſſet.Eſt porrò,quod dicere nititur (ut in ſumma dicã) eiuſ-
modi:Non par eſt eos,qui naturã,q̃ ſit,ignorent,naturales euacuationes in ore habere. At eadẽ
ratione,ſophiſta audaciſſime,nobis, neq; ut animam teneamus,neq; ſenſum,neq; uero mẽtem,
aut rõnem,aut memoriã,cognoſcere licebit:quippe quorũ oĩum non facile dignoſcat eſſentia,
quod minime mirum ſit.Nã,cũ Solem ẽt ipſum,quẽ tñ apertiſſime uidemus, qua nã ſit eſſentia,
non exacte ſatis ſcimus, exiſtimabimus,ſ.nos de natura, de aĩa,aut memoria,aut reliquis id ge-
nus rebus poſſe audacter decidere?Verũ,quẽadmodũ recte iſta diximus,ſic,cum horũ uniuſcu-
iuſque

A iuſq; notionẽ,ſubſtantiæq; dignotionẽ tenemus manifeſtã,adiiciẽda ea oratione eſt, à natura enim planta omnis regitur,at animal omne à natura ſimul & anima: ſiquidem nutritionis, atq; augmẽti,effectuumq; huiuſmodi cauſam naturam appellamus oẽs,ut ſane aĩam, qua ſentibus, mouemurq;.Quo fit,ut nec falſa naturæ opera proferat noſtrum quisq̃,nec iã, ſi illa uouerit aliquis, ſtatim hunc neceſſe ſit eius quoq; eſſentiam noſſe, quẽadmodum nec Solis,quẽ ut orientem manifeſto,ſic etiã occidentem uidemus,lociq;, interuallum utriuſq; præfinito tẽpore ordinatim percurrentem,huius tñ quænã ſit eſſentia,per ocium quærimus. Quòd ſi igitur fieri non poſſet,ut,naturales quoties fierẽt excretiones,ſcirem⁹, niſi pri⁹ has ipſas faciẽtis naturę ſubſtãtiam cognoſceremus, non ille quidem immerito,cũ hanc incognitã eſſe oſtendiſſet, ſimul etiã harum ipſarum dempſiſſet cognitionem:nunc cum liceat, etiam ſiquis illã ignoret, has tñ ipſas ſcire,ſuperuacanea ſunt,quæ nugatur:& hæc quidẽ omnia optimus Iulianus.At nos,quoties alicui,nullo ſumpto purgãte medicamẽto,uomitus accidit,aut multa cõtingit inferior euacuatio, ſiue ea per inteſtina,ſiue per uterum fiat mulieris, huiuſmodi oĩa natura facta eſſe dicimus, uel à natura,uel naturaliter(nihil enim refert) eaq; ipſa cũ manifeſto ægrorum emolumento imitamur.Videtur autem Iulianus neq; id ſcire,quod quotidie in ore oĩum eſt,uulgoq; non neſcitur,
B nempe ſecundum naturam ſe habere ſanos,ægros uero præter naturam;nam ſi prius,q̃ naturæ eſſentiã nouerimus,nullis nobis huiuſcemodi nominibus uti licuerit, neq; ſcd̃m naturã ſanos, neq; uero præter naturã ægros ſe habere dicendũ nobis erit.Demus tñ illi,ſi placet,hoc ex abũdanti rõe, concedamusq; fieri non poſſe,niſi prius ex calido,frigido, humido, & ſicco corpora noſtra cõſtare ſciuerimus,bona,quæ à natura uel caſu fiunt,ut imitetur. Quid igiẽ obſtat, quominus hoc ipſum ſciamus,dũ et placiti huius demõſtrationẽ,afferre poſſumus,et optimus quiſque philoſophorum,qui tibi quoq; ipſi admirabiles ſunt,cum Hippocrate unà,atq; inter ſe etiã conſentiunt? Niſi uero diſcordiam aliquis ſatis eſſe argumenti putet ad monſtrandã placiti huius ignorantiam,de Stoico repẽte ambiguus quidam factus. Nam,ſi ſermoni huic perſuaſus credis,affirmanti eorum nihil,de quibus philoſophi inter ſe digladiantur omnes, in cognitionẽ cadere humanam poſſe,cur non multo ẽt magis, q̃ alijs oĩbus, tuis illis pulchris cõitatibus, quas in cœlis habitans methodus generauit,fidem abrogas?at has aliorum medicorum nullus obſcure,quin aperte potius nouit,ſicuti quidem exiſtimat Theſſalus, quodq; hoc maius ſit : cũ enim has Theſſalus glorioſiſſimo medicorum,qui circa ipſum ſunt, choro ſibi uiſas oſtẽderit,nemini tñ inter illos conuenit:quinimmo maius ad hanc uſq; diem bellum inter ſe exercent, q̃ cũ una
C cum cõdiſcipulis ſuis altercabatur Theſſalus. Quòd ſi ex diſſenſionẽ rerum ignorationis ſignũ ſumitur,profecto ante omnia Theſſali cõitatibus,quãto etiam magis de his ambigitur,abrogãda fides eſt.Enimuero de corporis noſtri natura,quã uel ex aere,& igne,& aqua,& terra,uel humido,& ſicco,calido,ac frigido temperate ſibi inuicem miſtis cõſtare dicunt,dubitatum quidẽ olim eſt,ſed nõ adeo tñ,ut de Theſſali cõitatibus,cum & Plato,& Zeno,& Ariſtoteles, & Theophraſtus,& Eudemus,& Cleantes,& Chryſippus,aliiq; præterea philoſophi quàm plurimi,qui ſe partim Stoicos,partim Peripateticos,partim etiam Platonicos noĩari uoluerint,eadẽ de illis ſentiant.At à Theſſalo prolatæ cõitates,tantum abeſt,ut cęteris probentur medicis,ut ij etiã diuerſa de his ſentiãt,q̃ reuera amethodi cũ ſint,glorioſo tñ methodi uocabulo quodã tanq̃ prętextu utunt̃;neq;.n. Hippocrati,neq; Diocli, neq; Pliſthonico,neq; Praxagoræ,nec Mneſitheo, nec Philotimo, nec Eraſiſtrato, nec Herophilo, neq; medicorũ alicui logico,empiricove Theſſali placuere cõmunitates.Quòd ſi conferendæ inter ſe diſcordiæ ſint,eã,quę de Theſſali cõitatibus eſt,longe alterã ſuperantem inuenies:cum.n.tres ſint genere (ut illi dicũt) in medicina ſectæ,Theſſaliq; cõitates tam qui ſe empiricos,q̃ qui dogmaticos profitentur,tollant, nõ ſane exiguam cenſendũ eſt diſcordiam hanc eſſe,immenſamq; adeo,ut uinci non poſſit:quippe cũ eas,
D neq; qui harum habitus eſt parẽs Thæmiſon,neq; alius ab eo quiſpiã,at nec amethodorũ Theſſaliorum ullus obſeruet.Itaq; non facile quẽdã inuenias, qui nõ illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid,aut aliqua ſaltẽ ex parte mutarit,neq; tñ, etiã ſi ipſis inter ſe oẽs conſentirẽt, parua eſſet eorum cum alijs diſſenſio:cum uero de his omnibus ipſi quoq; inuicem diſſideãt,ſolus hic relinquitur Theſſalus,eumq; præter Iulianum iſtum ſecutus nemo eſt,& is uerbo tantum,nam re apertum fecimus,quàm illi maxime aduerſetur:quorũ ſi quis fidẽ ſumere certã uelit,noſtros is de ſecta methodica cõmentarios adeat.Porrò Theſſalus, etiã ſi ſolus pro ueritate cõtendentibus dicat,eorum,quę alijs uiſa ſunt,conſenſum,demonſtrationem eſſe quandã,ac iudiciũ,illũ nemo dãnauerit,& poſtea Theſſalum, qui ab oĩbus diſſidet alijs,nõ damnabimus? Hippocrati, cui præter optimos medicos,philoſophorum etiam optimi conſentiunt,fidẽ non adhibebimus ob unam diſſentionem?quis hoc tandẽ ferre poſſit?quis tot tantasq; toleret nugas? quis non potius doleat,cum tẽpus cõtradicẽdo abſumat homini,qui nec,quæ dixerit,recordetur,nec, quę ſcripſerit,intelligat,ac tantummodo (ut in prouerbio eſt) quicquid in buccã uenerit, effutiat?

Aduerſus Iulianum et Aſclepiadem,quod plenitudo ſit cauſa continens quorundã morborum. Cap.6.

VErum omiſſis iam iis, quæ deinceps dicat, audiamus, ac primum cum præſentis aphoriſmi principium eſſe ait, ac caput, nempe quòd morborum continens cauſa humorum ſit plenitudo.

plenitudo.Rectius autem fecerimus,ſi hoc quoque in loco uerba ipſa,ut habent, omnia adſcri- E
pſerimus: proditum igitur ab eo eſt ſtatim in hũc ferme modum (tẽpus eſt enim iã,ut,recta ad
contradictionẽ ueniamus.)In perturbationibus uentris,ſic ut,quod reliquũ eſt aphoriſmi, prin „
cipium habeat,ac caput, nimirum ex humorum plenitudine, ut à cauſa continente, morbifica *
affici corpora. Quapropter demonſtratum cum ſit affectuum non eſſe cauſam humores, (hæc „
enim exploſa iam eſt opinio)ſimul etiam aphoriſmi detectum eſt exitiũ,ut qui obſcuro, falſoq; „
innitatur fundamento. Hæc ſunt eius uerba:optimum autem factu foret,ſi theatro conſtituto, „
plenoq;,non quidem quale Theſſalus inſtituit, dum ſeipſum in ſuis illis garrulis libris coronat,
ſed eruditorum potius hominum pleno, percunctaremur ab ipſo, quanã tandem demõſtratiua
methodo duce ſermonem exiſtimet uerum eſſe à ſe dictum, qui ſanè, ſi quidem recte illũ quiſ-
piam interpretetur,ad hunc ſe ferme modum habebit: Qui uacuationibus iuuari ægros aiunt,
neceſſe eſt hos exiſtimare cõtinentem morborum cauſam plenitudinem. Quòd ſi uerus ſermo
is eſt,lubens ſanè inter doctorum hominum cœtum Iulianum interrogarem, ut ex eorum mul
titudine ſtoliditatem aliquando agnoſceret ſuam:nam ex ijs, quæ dicuntur, fieri non poteſt, ut
agnoſcat,huiuſmodi cum ſit.

Deſiderantur pauca. F

Seipſum detegit in libris:at in theatro, quẽadmodum recte iſta tractẽtur,nũc exponã. Mul-
tis ex ijs,qui febre laborant,ſanguinem mittit Theſſaliorũ aſellorũ grex:ſi quidẽ hoc faciũt,cẽ-
ſentes nocumento eos ex euacuatione affici,non recte faciunt:ſin iuuari credũt, cauſam ſuppo
nant hi, neceſſe eſt,continentẽ eſſe plenitudinem,quod tamen negant.Dicat hic mihi horũ for
taſſe aliquis,q̃ tandem neceſſitas eſt,ut iuuante euacuatione contihens ſit cauſa plenitudo? cui
ego facile ita reſpõdere poſſum:neceſſitas quidẽ nulla eſt, de grege tñ ueſtro is eſt, q̣ iſta dicat.
Iulianumq; monſtrabo,ſimulq; ęquum eſſe dicam,ut ſuarum ille nugarum rationem reddat, &
hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis.nunc uero(neq; enim theatrũ habemus)pau-
cis huiuſmodi datur occaſio.Quin omnes,quæcũque collibitum,effutiũt,ſeu uera ea,ſiue aper-
te falſa ſint,id q̣ Iulianus ſemper facit,ſine delectu,quicquid in mentẽ uenerit,ſcribens, nihilq;
unquam ueritatem curans.Ego autem in uniuerſa uita mea cum nihil ęque ſtuduerim,q̃ demõ
ſtrandi prius ſcientiam tenere,deinde ſummo hãc ſtudio exercere, fruſtra laboraſſe uideor: nã,
quicunq; demõſtrationẽ,quid ſit,percipiũt,ſpes eſt hos re cognita,Iuliani fortaſſe abiicere nu-
gas poſſe:at,qui gregarius illius eſt,is ne eorum quidem,quæ dicũtur,quicquã intelligit. Quã-
ob rem dictum antea quoq; à me eſt,non exiguum imponi mihi certamẽ hoc ab amicis,quorũ G
gratia ſcientificos tracturus ſum ſermones. Enimuero nõ ſolum oportuit Iulianũ cauſarũ dif-
ferentiæ conuenientia proferre uocabula,ſed etiam eorum obſeruare ſignificata:nunc aũt(hoc
enim habet methodicorum omnium ſtoliditas commune) ad nomenclaturas uſq; continentiũ
cauſarũ progreditur ille quidẽ,at,quo ab antecedentibus modo differant,nõ intelligit: neq;.n.
latuiſſet eos,morborum ab antecedentibus cauſis augmentum fieri: q̃ enim principio morbos
facere conſueuerũt,neceſſe eſt hæc,donec ſimile quippiam agunt,eoſdẽ adaugeant: ut medica
mentum,exempli cauſa,acre,adeo,ut ulcus facere poſſit, cuti hora impoſitum,tantũmodo una
cuticulam uulnerabit ſolam,ἐπιδερμίδα Græci appellant:longioris uero temporis tractu adhæ-
rens,opus peraget euidentius,cute primum ipſa,deinde ſubiecta quoq; carne correpta, quo mo
do etiam,quæ putrefacientia noĩamus,ad oſſa uſq;,tegẽte hæc ipſa carne exuſta, deſcendũt in-
terdum.Hac igitur præditæ natura cum ſint antecedentes cauſæ,fieri nõ poteſt,ut, ſi quidẽ illæ
remaneant,quod factum eſt morbi,perſanetur:cum enim,ſicuti monſtrauimus, maior ſubinde
morbus fiat,nõn ſane,anteq̃,quod facit,tollatur,perfecte ſanabitur:ſunt igitur cauſæ antecedẽ
tes,cuiuſmodi quoq; plenitudo eſt.Supponam⁹.n. ante alia hoc in ſermone,antecedẽtẽ niſi q̣s
abſciderit prius cauſam,fieri nõ poſſe,ut,qui factus eſt,affectus curetur:ob idq; ipſum Aſclepia H
des morbos à plenitudine incipere exiſtimat,ægriſq; adiumento huius eſſe euacuationẽ ait, pe
titq; curationẽ à medicis perfici,nõ morbos,quos plenitudo faciebat,ſoluẽtib⁹,ſed, ne adauge
antur,prohibentibus:ſupponaẽ tñ cauſam morborũ continentem interdũ eſſe plenitudinẽ, ne
ceſſe ſtatim eſt,ut huius euacuatione tollatur morbus. Atqui, ut Aſclepiades ait,nunquã cauſa
eſt cõtinens:ſatius.n.fuerit,relicto hoc in loco garrulo Iuliano,cũ Aſclepiade ſermonẽ confer-
re,qui,ut cætera deſint,legitime certe ſophiſtã agit: oratione enim uti uir conſueuit, cui credi
maxime poſſit,non illepide fucata,quod ſophiſtæ,ut arbitror,officiũ eſt, non diſſimilem tamen
huic ſermonem protulit Iulianus,eum quẽ deinceps ſcripſit, nõ mehercle facultate in hoc uſus
ſua(tales enim ubiq;ſcripſiſſet)ſed eorum,quę Aſclepiapes dixerat recordatus:q̣ ſi ex propriis
eſſet Iuliani ſermonibus, non aliter, q̃ ſuperiores, nugatorius uideretur, Itaq; ait Aſclepiades.
Si continens morborum cauſa eſſet plenitudo,factis non nunq̃ largis inter morbi initia euacua „
tionibus,fore,ut nocumentũ ſtatim à ſe oẽ æger depellat: nunc contra uiſi ſæpius ſunt,purgata „
plenitudine,morbi tñ ipſi augeri. ſatis eſt ratio hæc probabilis, propriaq; ob id eget ſolutione, „
neq; tamẽ ad ea,quæ in Hippocratis aphoriſmo dicuntur,accedit:nã illa ex cõmuni potius ho-
minum oĩum ratione,qua empiricos quoq; uti diximus,quàm ex dogmate ullo,fidẽ ſumpſere;

ideoq;

A ideoq; Aſclepiadis rationem diluemus ipſam, non ſanè tanq̃ ad ea,quæ in aphoriſmo dñr,pertinentem,ſed ꝙ conſultius exiſtimemus eſſe,poſtq̃ Iulianũ hucuſq; garrientẽ ꝓtulimus, ꝓpius ad hoĩem accedere,ſophiſta qui ſit, qui cum dialecticorũ aliqñ more exercitatio inſtituat.Cũ igitur plenitudinem nominabit Aſclepiades,interrogetur,utrũ dicat eamne, quæ ex facultate, an eam,quæ ex uaſorum capacitate æſtimatur,quam etiã κατὰ τὸ ἔγχυμα noĩare ſolẽt, atq; utrũ eam,quæ in toto corpore,an potius,quæ in ſola eius parte cõſiſtat.Ea porro, q̃ ex facultate eſt, ne noĩari quidẽ ab ipſo poteſt,ut qui facultates ferè omnes,quibus gubernatur animal,ſuſtulerit:quæ uero ex uaſorum capacitate,duplex illa quidem etiamnum eſt:aut enim ad menſurã refertur,q̃ ſcd̃m naturam ſit,aut hoc uno,nudoq; intelligitur, nempe ꝙ nõ intra uaſa capiatur,poteſtq; horum utrunque,aut in toto cõſiſtere corpore,aut in una,pluribusve eius partibus : oſtẽſumq; à nobis eſt in his commentarijs,quibus ſymptomatũ cauſas enarrauimus,atq; ubi tumores præter naturã tractauimus,conuulſionẽ interdum,tremoremq;, ac in uniuerſum phlegmonem,& eryſipelas,idq;,quod à recentioribus medicis ędema uocatur,aliosq; prẽterea affectus, plenitudinis inniti hypotheſi,tum,ſi plenitudinem euacuet quis,ad naturalem q̃ primum ſtatũ redire membrum.Diximus porrò alibi quoq; de continentibus cauſis, ubi oſtendimus tam no
B men ipſum,quàm rem,cui impoſitũ nomen ſit,ex Stoica eſſe ſecta, neq; recte recentiores medicos genus hoc totũ aut noĩaſſe,aut tractaſſe:nosq;,ne de noĩbus cõtẽdere uideamur,ſcd̃m eorũ ſæpius ſententiã cauſæ quædã ut ſic noĩentur,concedere, nõ mehercle q̃ ex ijs,quę abſolute eſſe dicuntur,ſint,ſed quę in generatione ipſa eſſentiam habeant, in quo ſophiſmatis cõſiſtit explicatio.Cæterum,quæcunq; Iulianus garrit, in hunc transferre locum noſtri non eſt muneris, quin potius ad aliam quæſtionem ueniamus,quæ cõis in uniuerſum eſt.Cauſarum, q̃ in humoribus conſiſtũt,duplex habetur genus,alterum ex plenitudine,ex corruptela alterum,facilemq; utriuſq; aiunt eſſe curationem, cum momento temporis liceat, et qd̃ ex redũdãti ſuperuacuũ eſt,emittere,& quod corruptum ſit,uniuerſum inanire ſic,ut nunq̃ perduret morbus: quã ſanè
" rationẽ dilucidã ſimul,ac breuem Iulianus obſcure, prolixeq; uerbis his ſcripſit. In ipſo ſtatim
" aphoriſmo indemonſtratum lemma extortũ eſſe, nempe ꝙ morbos humoris faciat plenitudo,
" aut in impropriam qualitatem tranſmutatio,quã ſpẽm oẽm,corruptelam medici uocãt: quare
" eo,quod morbum faciebat,educto,inſigne opinatur iuuamentum futurum:ſic ſine cõtrouerſia,
" ãnteq̃ appareat humoris alicuius in corpore contenti indicium,plenitudinẽ morbi cauſam eſſe
" exiſtimat,aut,ſi minus hãc, tranſmutationẽ certe, qd̃ nec intelligi poteſt, nec ſanè ad ueritatẽ
C proxime accedit.Sic.n.exiſtimemus,licet,facile morbos tolli uniuerſos poſſe,nec iã diuturnus
" ullus foret,atq; unius eſſet rationis curatio oĩs,nullã in ſe operoſiorẽ difficultatẽ cõtinens: ſim
" plex enim ac promptũ,atq; adeo in ipſis manibus eſſet,quod morbũ facit, exinanire, in ipſoq;
" ſtatim principio, primaq; eius conſiſtentia morbũ ſoluere,ut iã nullo alio, q̃ euacuatio auxilio
" indigeat,atq; huius,qualicunq; tãdẽ accidat tẽpe, accõmodari uſus poſſit,ac,ſi in cauſa ſanguis
" ſit,ſola cõtenti erimus uenæ ſectione,ſi pituita,quæ pituitam educant,dabimus, ſi bilis, q̃ bilẽ.

De curanda utraque plenitudine,& humorum corruptione aduerſus Iulianum. CAP. 7.

HAec ſunt Iuliani uerba,quorum omnium,ut dicebam,ratio ita ſe habet:Si, quæ morbos faciũt,cauſæ humores ſunt,fieri põt,ut exinanitis quàm primũ ijs, nullum diutius cõſiſtere permittamus morbum:atqui multi,etiã ſi inter initia ſatis inane reddamus corpus, diutius tñ ꝓ durant:non ſunt igitur humores cauſæ.Quæ ſanè ratio, ſi quidẽ de corporis uniuerſi plenitudine accipiatur ea,quæ ad uaſorum capacitatẽ refertur,uera eſt : nã, ſi in morbi ipſius principio, quod ſuperuacuum eſt,inanire uolumus,uniuerſum exinanibimus plethoricum affectũ: ſin plenitudinẽ accipias,cum parte aliqua plenior collecta reddundãtia eſt,falſa, cum oſtẽſum à nobis ſit,nõ ſemper fieri poſſe,ut huiuſmodi plenitudo ſubito euacuetur.Sic etiam,ſi de corruptela rõ
D interrogetur,hæc ſolui facile poteſt,quippe quã nõ ſtatim euacuare poſſis,perinde ac ſi uaſe aliquo contineretur,aut dolio:ex quibus tñ cũ prauum euacuauerimus humorẽ oẽm, non ſtatim niſi deterſo prius,elotoq; diligenter uaſe,meliorem infundimus.Nũ igitur fieri poteſt,ut ex humano corpore corruptum euacuemus ſanguinem, eius aũt loco meliorẽ,quã primũ,eius addamus partibus?Quo nam igitur modo(inquiunt)exinaniri ſtatim corruptio poteſt?ſic.n.hoc, ut alia omnia,facile pronunciant,nullo rerum reſpectu, neq; ullam in cõſiderãda re uniuerſa adhibentes diligentiorem examinationem:enimuero,quẽadmodũ,cũ bilis uis multa in corpore cõtinetur,ſæpius facile ſit,dum febris abſit, eã ipſam euacuare, ſic, cũ ante acuta correptus febre homo fuerit,difficillimum id redditur:neq;.n.liceuerit abſq; periculo,purgante tunc uti medicamento:ad eundẽ modum de pituita,deq; ſeroſis,excrementis exiſtimandũ. Dictũ ſanè à nobis de his oĩbus cũ in aliis libris: opusq; eſt,qui ſcire iſta exacte uoluerit,inde ſibi diſcenda hæc petat.Morbus igitur plethoricus ut ſit phlegmone,non in ipſis ſolũ uaſis plenitudine detenta, ſed etiam uniuerſos occupãte muſculorum ſinus, ex eo potiſſimũ libro diſcas licet,in quo de tumoribus præter naturam ſcripſimus:ꝙ uero ſubito curari phlegmone omnis nõ poſſit,diximus in libris de curandi ratione,ſcd̃m eã potiſſimũ operis partẽ,in qua curandorũ ꝑter naturã tumorum uia inſtituitur:fit.n.interdum,ut tã ualide,tamq; tenaciter adhęreant carni uiſcidi,craſſiq;

humores,

humores,periculum ut ſit,ne,cũ diutius perſeuerauerint, ſequatur ſcirrhus: at ij,qui nihil horũ E
ſciunt,dum potiſſimam artis partem ignorant,damnant Hippocratem: atqui è diuerſo quis,cũ ſolidum corpus refrigeratum,aut excalfactũ aliquod fuerit, promptũ fore illi ad naturã recurſum dicet,quo modo etiam,cum denſius,rariusve redditum fuerit:neque enim refrigeratũ excalfacere,excalfactumq; refrigerare,denſiusq; rarefacere, ac rarũ denſare laborioſum fuerit:at pertinaciter adhęrentẽ parti carnoſæ humorẽ,aut craſſum,aut glutinoſum educere,laborioſiſſimum:nam,cum ex uaſis etiã laxis ijs haud promptũ ſit ſordes expurgare:facile id.ſ. in carnoſis exiſtimabit̃.Quare ſumme deprauata ratio ea eſt, q̃ cauſas in humoribus cõtentas curatu faciles ſemper magis eſſe dicit ijs,q̃ in ſolidioribus partibus ſunt. Nã,ſi in uniuerſa corporis habitudine abſolute plenitudo inſit contenta in uaſis,quam proprie plenitudinẽ nominamus, nõ ſanè difficile factu fuerit,& primo quoq; tẽpore hãc ipſam exinanire, & ſuenientibus inde ſymptomatis ægrũ liberare:contra,cũ uitioſus ſuccus aliquis,aut corruptela adſit,fieri nõ poteſt,ut abunde facta euacuatione ſanitati homo reſtituat̃.Nec ſane alio ſe modo res hẽt ipſa:plures.n. inuenti ſunt,quibus cum degrauaretur corpus,tenſionisq; accederet ſenſus, uenæ quã primum ſectione ſymptomatis his ſoluti ſint: non nullis contra per totũ menſem corruptionis nocumẽtum permãſit,dum nec deprauatum ſanguinẽ potuimus ubertim exinanire,nec meliorẽ alium F
reponere: nã, ut ex cibarijs recte in corpore cõfectis bonus generatur ſanguis, ſic periculũ eſt, ne,dum idonea concedimus alimẽta,cum prauo,qui prius inerat, bonus una corrũpatur. Quã etiam ob rem nõ omnem ſe pollicentur corruptionem ſanaturos,ſed illam unam,in qua ualidũ adhuc corpus ſit,uiresq; robuſtæ,non cum æruginoſus penitus factus ſanguis fuerit, & qui inditum alimentũ trahere ſecũ in corruptelam poſſit,ſed qui potius ab hoc ipſo contẽperari queat: ſed nec,cum ad uires æſtimata plenitudo fuerit,ſanari continuo ęger poteſt,eo q̃ cũ inanitione una ipſa diſſoluãtur interdũ uires.Diximus de huiuſmodi affectu in opere de medendi methodo.Ergo raro inanitione hominem continuo ſanum reddes:continget tamen quandoque hoc, quemadmodum apparet:& huius ſanè rationis ueritatem clare oſtendit experientia: quidã.n. ab euacuationibus ſtatim ipſis omni liberanẽ moleſtia:ſed nec hoſce affectus noſſe medico cuiuis promptum eſt,nec,ut eos norint,ſtatim ẽt dignoſcere eos ualent.Ii ſunt igitur, qui maxime nugentur,inter quos,ut uerum fateamur,primas obtinet Iulianus,qui,cum nullum unquã cum artis operibus commercium habuerit,ex his tamẽ,quæ ipſe nouit,audaculus reperitur.Cęterũ nos ſæpius inter ipſa artis opera poſt utriuſq; plenitudinis inanitionem homines ſanitati cõtinuo reſtitutos oſtendimus,utranque dico,& quam ex uaſorum æſtimamus capacitate,cui ple- G
thorę nomen eſt,& quam ex uiribus metimur,quæ inanitione non diſſoluatur:atque hæc,cum primum ægros quis uiſere inceperit,unà cum ijs,qui ſanare nouerint,percipiet omnia.

Aduerſus Theſſalum & Iulianum de humoribus, qui à purgantibus pharmacis trahuntur. CAP. 8.

VIdeamus ea,quę deinceps dicuntur,in quibus Aſclepiadæ rationem tractãdam ſuſcipit Iulianus peruulgatam illam,qua perſuadetur non proprios trahi à purgantibus medicamentis humores,ſed ab his generari.Sanè pauca quædã de re hac diximus in calce libri de clemẽtis ſecundum Hippocratem,ſicuti in primo quoq; de naturalibus facultatibus: poſtremo ſocijs itarogantibus librum etiam de hoc ſcripſimus unum,cui titulus,De purgantium medicamentorũ facultate:quare uniuerſum de his ſermonẽ,q ſcire uoluerit,inde ſibi petat : nos hoc in loco ijs, quæ à Thæſſalo dicuntur,reſiſtemus:prius tamen eius uerba adſcribam:Athletam,quẽ uolent, „
capiamus,bona præditum habitudine,naturaliterq; ſe habentem:huic bona in corpore cũ inſit „
materia,firmaq;e,medicamentum exhibemus,quęque excernuntur, ſumme corrupta oſtendi „
mus,unde colligimus,nemine,qui ijs contradicere queat, reperto, cum, quæ nũc excernuntur „
acerrima ſimul ac corrupta,antequam medicamentum exhiberetur,talia athletæ non adeſſent H
(bona enim is habitudine erat)nihil aliud nobis reſtare dicendum,quam utraq; hęc à medica- „
mento fieri:primum quidem materiam ab eo in corruptelam uerti:deinde etiã excerni,ſiue per „
uomitum id,ſiue per aluum fiat.Hæc ſunt Theſſali uerba:audiſtis autem priuatim à me,quòd in „
bonæ habitudinis aliquo humores purgentur omnes,id non magis,quòd nunc illi generentur, declarare,quàm quod antea cõtineantur:fruſtra igitur iſta attulit,neutrã neceſſario, aut cõprobans,aut demoliens ſectam:quòd ſi aluum ſubducens aliquid exhibeat, non tamẽ medicamẽtoſum hoc illis eſt.†Neq; uero inuerecundi Therſitæ,more exhibemus,& oſtẽdimus,dicere debuit,cum neq; exhibuerit id,neque oſtẽderit unquam,nec iam exhibentem alium,aut oſtendẽtem uiderit.At nos ij certe nõ ſumus,qui ea,quæ minime præſtamus,dicere, aut ſcribere audeamus,ſed oſtenſa operibus prius ipſis ueritate,tum demum rerum explicamus artẽ : id quod ex his quoq;,qui de Theſſali grege ſunt audias licet,partim quot ex ijs, qui aqua inter cutẽ laborabant,medicamento dato,quod aquam educeret,uentrem quam primum ad ęqualitatẽ reduxerimus,partim etiam quot ictericos ſanitati continuo reſtituerimus,bilem trahẽte medicamẽto exhibito.Verum neq; hæc,neq; aliud huiuſmodi quicquam uidit unquam Iulianus:athletis purgãs,inquit,exhibeo,medicamentũ,& oſtẽdo:ueriſimile uidelicet eſt, ut tanta præditus amẽtia

athletas

A athletas bonis præditos ſuccis purget,aqua inter cutem laborantes non purget, non regio mor
bo affectos,non atra percitos bile,non eũ,qui morbo,quẽ elephanta uocant,correptus ſit, non
cancro affectum,nõ quẽ phagedæna, aut eryſipelas,aut alius quiſpiam,qui ex malo generetur
ſucco,morbus infeſtet:ſatis nobis de his ipſius nugis dictum ſit:nã,ſi, quæ audire dignus eſt Iu
lianus,dicere omnia inſtiterit aliquis,huic non iã uno aut altero, ſed longe pluribus libris opus
cc fuerit.Veruntamen eorum,quæ deinceps dicit,aliqua audiamus,hoc modo ſcribens:Aliud aſſe
cc ro ualidiſſimum,quo maxime inſpecto reſipiſcere eos æquũ fuerat,nõ atra omnino bile agi:cũ
cc enim ſubeſſe bilem arbitramur,pituitam purgans medicamentũ damus,nec iam pituita, ſed bi
cc lis excernitur:cum uero pituitã,hanc ipſam educente medicamento dato non pituita, ſed bilis
cc utrobique deiicitur:hydropicis aquam ducens medicamentũ damus,tuncq;,cum manifeſto in
cc hydropicis aqua contineatur,præter omnium maxime opinionem exire aqua non uidebit:par
cc enim eſſet,ut,cum bilem trahens medicamẽtum exhiberemus,bilis:cum pitu tã, pituita educe
cc tur.Hęc ſunt,quæ dicat,in quo admiratione dignũ eſt,quod primum dixit,nõ oportere ab atra
cc omnino bile agi : nimirum nos atra percitos bile dicit, quicunq; Hippocratẽ laudamus. Quòd
ſanè lepidũ ſermonis genus illis potiꝰ cõueniebat,quibus atrabilarios ab atra infeſtari bile pla-
B cet:porro fabuloſo Aeſopi aſino ſimillimus eſſe Iulianus reperitur,qui, cũ una Ariſtoſito domi
no accubantem melitenſem quendam catellum uidiſſet,circumq; ipſum ſaltitantem, ac delitio
ſe ludentem,mota ſubinde cauda, iucundam præterea quandam emittentem uocem, ob quæ
læti conuiuæ erant, ipſumque exoſculabantur omnes,nihil moratus ſit, quin in ſellam confe-
ſtim inſiliens ruderet, ac ſeſe, caudam identidem quaſſans, uerteret. Huic perquam ſimilis Iu-
lianus cum ſit, cauilloſe in nos inuehitur, obiecta nobis per iocum melancholia, quæ ab atra,
ut ipſe ait,bile fit. Sine igitur, in te nos de atra bile dicamus, qui, cum arte minus etiam quàm
pueruli medici ualeas,in Hippocratem inueheris:qua quæ nam maior inueniri melãcholia po
teſt?quæ manifeſtior ignorantia?quæ tandem petulantior audacia?His nos iocoſe inceſſis Iulia
ne,indoctisq; ea ita ſermonibus complicas,ut iam ne puerum quidem latere poſſit,quam abſur
da hęc ſint.Nam,cum Hippocrates dixerit nullam neque ætatem,neque anni tempus,neque a-
liud omnino inueniri tẽpus ullum poſſe, in quo ex corpore noſtro humor aliquis totus pereat,
ut quos ſemper nobis ineſſe dicat, ſintque nimirum ij,ſanguis, pituita, atque utraq; bilis, quos
in omnibus ineſſe omnes exiſtimat,incrementum autem ſuſcipere in alia temperatura,natura-
que corporis,ætate, tempore, regione, morbo, ipſius te demoliri rationem putas, ſi bilioſo pi-
tuitam ducens medicamentum cum dederis, hæc quidem euacuetur, ipſa bilis non euacuetur.
C Age uero,demus hoc manifeſto fieri,ut non ſemper proprium ſibi humorem euacuet medica-
mentum,nũ falſum propterea uideri debet Hippocratis dogma ? ſi nanque humores omnes æ-
qualiter attrahit purgans medicamentum unumquodque, ipſos autem in propriam ſpeciem
* quandam mutare ſolet,nihil erit inter uenæ ſectionem,ac purgationẽ diſcriminis. Quòd ſi hæc
ita habent,haud ſane difficulter experientia poſſumus dogma ipſum probare, duobuſque pro
poſitis hydrope laborantibus hominibus, quibus eadem adſit magnitudo, idem corporis habi
tus,ætas eadem,alteri eorum aliquod,quod aquam trahat,medicamentum dandum,alterius ſe
canda uena,cõſiderandumq; deinde,utri eorum profuerit id,aut nocuerit: par autem fuerat,ut
idem in utroque fieret euacuationis modus, ac tot mitterentur ſanguinis heminæ, quot eſſent
euacuatæ(ut ij quidem exiſtimant) aquę à medicamento purgante. Verum demus etiam hoc
illis,& in altero quidem,qui purgatur,aquæ heminæ euacuentur,uerbi gratia,quindecim,in al-
tero autem,cui ſecta uena eſt, duæ tãtum, uideamus nunc,uter horum iugulatus ſit (nam quid
aliud,quæſo,dicendum ſit de hydropico,cui miſſus ſanguis fuerit?) atq; uter adiutus maxime.
quid mihi hic dices ò bone uir?num ſimiliter,atque ad eundẽ nos modum refellimus,quemad-
modum paulo ante tu faciebas?bilem purgans medicanentum alicui detur,inquit,qui aqua in-
D tercute laboret,bilem hoc etiam ò bone uir euacuabit,uerum modicam, omneq; citra emolu-
mẽtum.Bilioſo,quod aquoſam detrahat materiam,detur,hoc quidẽ aquoſa euacuabit, ſed mo
dica,nec ſine detrimento:è diuerſo,quod aquam trahat,aſcite laboranti detur, quod bilẽ icteri
co,hic & plurimum euacuabitur homo, & maximo præterea cum iuuamento.Hæc ſi apud me-
dicorum aliquem ſcripta nondum legit Iulianus,hominis admiror diligentiam: ſin, cum iſta le
giſſet,auſus eſt,quæcunque ſcripſit, ſcribere,par eſt, ut illius prudẽtiam admiratione proſequa-
mur.Ego enim eorum,qui iſta audierunt,offendi aures puto.Iulianus autem, cũ de his ſcribit,
inſanire nos arbitratur.Reſpondeat itaque,ijs, quos laudauit, philoſophis in memoriam reuo-
catis,à quo nam ipſorum demonſtrandi legem huiuſmodi acceperit,cuiuſmodi uſus ipſe eſt. Si
enim,inquit,bilem trahens medicamentum, animantis natum eſt bilem expurgare, non ipſam
generare,in pituitoſis non ſanè bilis euacuaretur:quam uero mire id,qđ conſequens eſt nouit?
O præclaram ſophiſtæ huius dialecticam . Quidnam tam unquam prudenter Chryſippus, Ari-
ſtoteles,Plato dixit?Qui,ſi de ijs propoſita illis foret conſideratio, cum nulla penitus continere
tur in corpore bilis, id prorſus ſequi affirmaret, nullam quoque omnino à bilem trahentibus
medicamentis exinaniri;cum uero modica ineſſet,quæ ab ijs traheretur, modicam quoq; futu

ram

ram esse dicerent, quemadmodum sanè plurimam, cũ plurima contineretur. At nouæ huius dia E
lecticæ sophista Iulianus, cum modica quandoque in corpore bilis insit, nullam prorsus bilem,
hanc ipsam ducentia medicamenta sequi censet, & postea nos quidem insanire dicit, quicunq;
aqua intercute laborantibus aquam ducens medicamentum damus, seipsum uero prudenter
agere, cuius placitis consentanea est uenæ in his sectio. Simillimum his ipsius sermonibus est,
quod in sequentibus uerbis his affert: & quod magna ex parte uicissim intẽditur, ac remittitur,
indeterminata sanitas similis aliquis factus quantum ad nos, secundum omne cõtinuitatis, quã
tum ad nos, in eo, quod rarenter, nec sæpenumero fit. Per hæc Iulianus opinionem refellit exi-
stimantium corporeos semper esse passionum affectus intensionibus, ac remissionibus in testi-
monium adductis: idq; facit, ratus se in hoc methodicorum opinioni consentire, à ueteris autẽ
magistri placitis dissentire, cum tamen diuersissimum hoc sit. Nam, qui in solidis animantis par-
tibus insunt affectus, obfirmati insunt ac durabiles: at quæcunque humida sunt, præterquam
quòd in alias animantis particulas subinde decumbunt, par est etiam, ut partim in halitum te-
nuefacta digerantur, partim etiam per meatus sensui patentes excernantur, & nunc quidem à
gubernatrice animantium natura concocta, meliora, nunc à febrili immutata calore, deteriora
fiant: ac quædam ob calorem hunc difflentur, quædam rursus bonis admista alimentis meliora F
euadant, non nulla autem à prauis illis confluentibus corrumpãtur, siue ea prius etiã, quàm assu
merentur, praua fuerint, siue non recte ea uentriculus concoxerit.

Desunt quædam.

Accensas uero ob putrefactos humores febres, nihil sanè mirũ sit, si, prout collecti ij per loca
fuerint, putrefactiq;, atque exinaniti, ita generationes, ac declinationes sortiũtur: uerum hoc il-
los fortasse quispiam dicentes ferat: at, quod deinceps Iulianus scribit, non iam cum alijs cõmu
ne, sed ipsi proprium nunc referam: satius autem uisum mihi fuit, uniuersa illius uerba, quan-
quam prolixiora, adscribere, ad hunc modum habẽtia. Quod uero intelligi nõ potest, cũ in ple-
nitudinem, aut corruptelam pro eo, qđ præsens poni debet, morbi refertur causa, quisnã quæ
so exactissime aliquid dignoscet? affectu de toto corpore abeũte necesse est, omnia in omni par
te, particulaq; redundare fateamur: unà enim cũ affectu perduret opus est, continens causa: per
totum autem eunt affectus, quales febres sunt, & quãplurima alia, in quibus in toto inesse pleni
tudinem oportet, plurimamq;, cum plurimus morbus fuerit, atque ita concessum dicere. Quòd G
si uero * * quod contradicit humoris plenitudo: atqui Iuliano nõ placet morbo
rum, qui in uniuerso consistunt corpore, continentem causam in uno consistere loco, sed, siquis
fluxum etiam in bubone continentem esse supponat, febris cum sit, in tantam incidet sermo
dubitationem: nam dissoluto bubone, nec permanere illam, nec cessare possibile est, cũ manen-
te quidem necesse sit, ut & febris soluatur: soluta autem continentem sui ipsius causam buboně
habeat, oportet: exq; hoc præclari huius defensoris subuerti rationẽ necesse est, qua ait, fieri nõ
posse, ut morbi, uniuerso in corpore qui sit, causa unico consistat loco, cum tamen nullam aliã
cõtinentis causę afferre rationem possit, quàm quod ab ea aliquid fiat, ac cum ea pariter cesset,
nisi forte hoc etiam in loco, quemadmodum in alijs quoque facere consueuit, repente
se Stoicum rursus profiteatur: uerum cum hoc fecerit, non modo morbi, sed
ipsius etiam sanitatis causam afferet aliquam, et, quod minime uult,
calidum esse morbum aliquem, & frigidum, & siccum, & hu-
midum dicere cogetur. Quamobrem desinat ina-
nes has nugas afferre, neque * modum,
uerum alia excogitet, dum laudibus H
quidem nunc Stoicos extollit,
nunc ipsorum etiam
placita tollit.



GALENI LINGVARVM,
HOC EST, OBSOLETARVM
HIPPOCRATIS VOCVM,
EXPLANATIO,

Mario Nizolio Brixellenſi interprete

Hunc librum Auguſtinus Gadaldinus, ex plurium Græcorum codicum collatione, pluribus in locis nuperrime emendauit.

CVm volueris ò Theutra linguas, ſhoc eſt voces obſoletas,ſ quæ apud Hippocratem reperiuntur,quàm breuiſſime fieri poſſet, à nobis exponi,libenter et prompte tibi paruimus, huiuſmodi ſtudijs pulcherrime morem gerere,pulcherrimum exiſtimantes.Erit autem, vt ipſe iuſſiſti,ordo orationis noſtræ ex ordine literarum, à quibus ipſæ linguæ initium capiũt:ſi prius tamẽ illud definierimus,inter expoſitionem omnium verborum Hippocratis, et ſolarum ipſius linguarum, quid interſit.Quæcunque igitur uoces antiquis temporibus erant in vſu, nunc autem non amplius ſunt, huiuſcemodi voces linguas vocant,et ad has exponendas accedimus.Alias uero omnes, quæcunq; inquiſitionem quidem non minorem deſiderant,vſitatæ tamen in hunc vſque diem ſunt,in ipſorum librorum expoſitionibus ſuper his inſpicere commodius fuerit. Quid enim iudicium,& quid diuinum,& quid integre,& quis in ſummo bonus habitus, & omnia, quæ talia ſunt, oratione quidem longiſſima ad explanandum indigent, in communi tamen vſu verſantur nihilo minus,quàm vita,& breuis,& ars,& longa,& opportunitas temporis, & uclox : quanquam & harum vocum nonnullæ expoſitionis alicuius egẽt. Ex quo mihi in mentẽ venit admirari eos, qui omnia Hippocratis verba ſe expoſituros pollicẽtur,ſi quidem non intelligunt,plura ſe prę-
terire,quàm docere.Dioſcorides quidem,non Herophilius ille cognomẽto Phacas,ſed iunior quidam patrum noſtrorum memoria multis libris ſcriptis,non modo dimidiam,ſed ne tertiam quidem,aut quartam partem omnium verborum Hippocratis exponit. Ac præter alia multa, cumulus etiam accedit horum duorum,quæ ab eodem in toto opere peccantur: primum quia de manifeſtiſſimis nominibus mentionẽ facit,ad quæ intelligenda non modo multa, ſed ne minima quidem explanatione opus eſt:deinde,quòd hoc ipſum non ſemel tantum,ſed ſæpiſſime
D facit.Hæc igitur nos cõtempſimus, & præter hæc etiam omiſimus exponere formam uniuſcuiuſque arboris,& herbæ,& eorum,quæ ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piſcium, et animalium omnium,de quibus frequenter mentionem facit Hippocrates.Quæ quidem Dioſcorides is,de quo loquor,non erubeſcit tranſcribere ex libris Nigri,et Pamphili, et Dioſcoridis Anazarbæi,atque ante hos Crateuæ,et Theopraſti,et Heraclidæ Tarentini,et aliorum innumerorum.Idem quoque notiſſimarum vrbium nomina exponit, ſimiliterque Aſtrorum manifeſtiſſimorum,quæ ne puer quidem ignorare poſſet.Atque in his exponendis non hic ſolus,ſed etiam alij complures peccant.Hæc igitur omnia ſi quis amputet,linguas explanauerit ſolas, ut Herophilus fecit,et Bacchius,cui Ariſtarchus grammaticus multitudinem exemplorum cõgeſſit,vt aiunt: nos autem(ut ſcis)plura etiam,quàm illi,excerpſimus, eaque in commentariis habemus.Quę celeriter,et ipſa,ſi uolueris,latiore enarratione colligemus tibi.Nunc autem,quod iudicatum eſt,et longioribus illis commentarijs,demonſtratum,roganti tibi, ut per capita habeas,præſens liber compoſitus eſt,complectens non ſolum omnia nomina,quę cũ ab alijs antiquis vſurpata fuerint,nunc amplius in vſu nõ ſunt, ſed etiam quæcũque ipſe Hippocrates proprio aliquo modo ſibi fecit,uel transferens à conſuetudine, uel figuram accommodans aliam,

uel significationem mutans: nanq; antiquos multa sibi nomina feciſſe oſtẽſum quidem ſatis eſt E
ab Eratoſthene in libris De antiqua comœdia,[a] † ſed ego quoq; idem tibi paucis per exempla
poſſum demonſtrare, cum pauci admodum facultatem habeant euidẽtius diſcernendi, quid nã
lingua ſit, & quid linguæ ſimile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Ariſtophanis exem-
pla ex Dætaleis abunde ſatisfactura, quæ ferè ad hunc modum habent: Ad hæc tu dic Homere,
qua nam lingua uocant κόρυκα. in illa enim fabula ſenex quidam ex Dætaleis proponit procaci
filio primum, κόρυκα quid ſint, ut exponat: poſtea uero, quid uocẽt ἄμεινὰ κάρινα: Et ille quidem
uiciſſim proponit linguam, quæ in tabulis Solonis eſt [b] † ad cauſas differentes ʒ hoc modo. Tuus
quidem, meus autem hic frater dicat, quid uocent, ἰδοῦσίτε. Deinceps proponit, quid nam ſit be
ne facere: ex quibus manifeſtum eſt linguam antiquum eſſe nomen, quod ex conſuetudine de-
cidit. Quod autem unuſquilibet eorum qui [c] † in ſtudiis doctrinæ ʒ uerſabantur, putabat licere ſi-
bi facere noua uocabula, ſatis indicat: & antiphon, qui, quomodo ea facienda ſunt edocet. Indi
cat etiam, & ipſe Ariſtophanes in eadem fabula his uerbis, ἄλις ὀρέλη καὶ μύρου καὶ ταινίαι. Poſtea
ſenex irridens ἥδουσ' ὀρέλη iſtud eſt ab Lyſiſtrato. Rurſus autem, cum Procax filius dixiſſet, for-
taſſe à nobis nõ perterreberis tempore: & hoc filii dictum ſenex irridens, ait, hoc perterreberis
à rethoribus eſt: tum rurſus cum ille dixiſſet, quo tanquam tibi hæc uerba euadent. Rurſus ſe- F
nex, & hoc, euadent tanquam ab Alcibiade ſumptum carpit, ac filius quidem nondum deſinẽs,
neque reuerens ſenem, quid cõiectas? etiam malos uiros diceres eos, qui exercent probitatem.
Poſtea ſenex, ò Traſymache, quis horum patronorum te liberat? Manifeſtum igitur puto ex hoc
tibi factum eſſe, ut dixi, eſſe modum linguarum, cum nomen commune omnibus à conſuetudi-
ne ſuperante cecidit, uel factum ab aliquo antiquorum, non omnino receptum fuit in conſuetu
dinem. Sic igitur, & Hippocrates, ex nominibus, quæ uſitata non ſunt, aliqua aſſumit, aliqua ip-
ſe facit, aliqua autem [d] † nouis adiunctis ſentẽtiis ʒ mutat, quorum unumquodq; unà cum linguis
exponendum cenſemus, cum ex conſuetudine, quæ nunc eſt, cecidiſſe uidebitur. Sic igitur, ſi
cuius etiam ſtirpis nomen uel animalis, uel urbis ualde obſcurum fuerit, hoc tibi inter ipſas lin-
guas exponemus: & omnino hoc ſpectabimus, ut non tibi ſoli, ſed etiam aliis, qui modo primas
literas attigerint, liber utilis exiſtat. ſi uero quiſpiam neſcit, quid ſit ἀνερήσομεν, & ἀπὸ πρόσω, & ἄμ-
φω ἀμφίσμα, & alia, quęcunq; talia ſunt, ad Dioſcoridẽ eum, & ad illius ſimiles remittemus, ut ad
eos, qui talia docere nõ indignum putant. Cum igitur aperte definitum ſit à nobis, quid nam ſit
lingua, quid uox uſitata, & cum dictum ſit exiſtimaſſe nos idipſum, quod indicatum eſt à nobis,
& demonſtratum in aliis libris, hic tibi ſolum ſine demonſtratione eſſe ſcribendum, ad explana- G
tionem iam ipſarum linguarum accedamus, eligentes ipſas ex omnibus libris non ſolum uere
Hippocraticis, ſed etiam ex iis, qui Hippocrati quoquomodo ſunt inſcripti. Quod autem
multæ à Bacchio prætermiſſæ linguæ hic ſcriptæ ſunt, quodq́ue nullam nos
prætermiſimus, ipſe liber docebit, quemadmodum, & illud, quod
prout uidetur oratio poſtulare, [e] † aliquando quidem in-
terpretamur ipſam locutionem, qua cum expoſui-
mus liguam ʒ in plurimis autem id facere ne-
gligimus, cum [f] † ſine interpretatio-
ne ʒ ſperamus ipſam expla
nationem fore ma
nifeſtam.

A† Hoc in loco, ubi cod. græci impreſſi habent, ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων ἐχόντων γινώσκειν ἐναργάστερον ὅσον μέντι *&c. manuſcripti duo habẽt.* ἐπὶ παραδειγμάλων ολίγων, ὑπὲρ τᾶ γινώσκειν, *&c. ut ſic poſtea uertat. Sed, et ego quoque nunc tibi breuiter poſsũ per pauca exẽpla oſtendere, quo euidẽtius cognoſcas quid nã lingua, &c.*

B† Aliqui co. habent, εἰς δίκας διαφέρησαν *.i. ad iudicia, ſeu cauſas ſpectantem.*

C† πεὶ λόγως.

D† ſignificatis.

E† ποτὲ μὲν παραγράφομεν αὐτὴν τὴν ῥῆσιν ἐξ ἧς ἐξηγησώμεθα τὴν γλῶτταν, *i. aliquãdo quidem adſcribemus ipſam orationem, ex qua exponemus linguam.*

F † χωρὶς σήμεως.

INITIVM VERBORVM LITERAE A.

A † Quasi dicas, ansulatũ, vel annulatũ, ea forma qua ἁλυσειδωτὸν catenatum & chiridotõ, manicatum dicimus.

a † Ἀγκυλιδωτόν. Ansulam vel annulum habens, dictum est autem de b curru.*

c † ἀγκυρομήλη. Speciũ siue specillum hamatũ.

d ⁂ ἀγγλιθές. Partes capitis allij.

ἀγρία κολοκύνθη. Colocynthis.i.agrestis cucurbita, vt Crateuas,& Dioscorides,& Pãphilº.

ἄγροφον. Montanum,syluestre.

ἄγυια. Imbecillia,ξquasi membris carentia.ξ

ἀγχόμενος. Qui suffocatur.

ἀδάξασθαι. Morderi cum pruritu.

ἀδιαφόρως. Negligenter,sine cura.

ἄετωμα. Pars tecti in sublime erecta, vt triangulus.

ἀθέλγεται. Remittitur,resoluitur.

ἀθύρ. Et tuberculi,quod in palpebra oculi natũ à similitudine hordei Crithe dicitᵉ, pars acuta est,vt in secundo de morbis minore, & eius partis summum, quae in cuspide sagittæ τρώγων, hoc est barba appellatur, vt in quinto de morbis popularibus.

ἀθώρηκτος. Qui non ebrius est.

ἀιγλίη. In oculis albicans cicatrix,vt in maiori de prædictione,& albescentes humores cõcreti,vt in Coacis prænotionibus.

αἰγοκέρας. Quod & βουκέρας,& τῆλις,i.fœnugrẽcum.

αἰγύπτιον ἔλαιον. Aegyptiũ oleũ, quod ipsi vocãt cicinũ: veteres q̃dẽ ex ricino ricininũ.

αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Aegyptium oleum album,quod ex lilijs conficitur,& lilinum,& susinum nominatum est.

αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Aegyptium unguẽtum album, quod & mendesium nominatũ est, confectum ex lilijs, & aromatibus,propterea q̃; vnguentũ non oleum vocatur, idẽq̃; lilinunguentum,& susinum vnguentum appellatum est.

αἰγύπτιον μύρον. e † Aegyptium vnguẽtum ex flore ægyptię spinę,quod & metopium nominatum est.

αἰγυπτίην συπτηρίαν. Aegyptium alumen,quod & scissile,& triscissile nominamus.

αἰεί. Significat aliquando, apud Hippocratem etiã donec,& apud multos alios antiquos.

αἰθάλη. Idem quod ξ fumus velξ fuligo.

αἰθιοπικόν. Subaudiendum est cuminum.

αἰθύλικες. In summa cute circuli,similes circulis rubris,qui ab igne excitantur, ab αἴθειν, quod est vrere nominati,& αἰθυληκόδεα. videlicet his circulis similia, quæ multi vocant αἰμάλωπας.

αἱματοφλοισβοισάσιες. Sic.n.Dioscorides scribit, compressiones supertumescentis sanguinis existimãs significari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis sanguinis effusionibus retentio opportuna. plures tñ scribunt αἱματοφλεβοισάσιες, & venas inflatas sanguinis plenas ex nomine significari putant.

αἱμοκέρχνα. In sanguinis effusione asperitatem* inducentia,hoc autẽ est morsus quidã subasper irritans in aspera arteria.

αἰνειάτης. Ab Aenea ciuitate Thraciæ,quẽ eundem,& αἰνειατικὸν aliquando uocat.

αἰόλασθαι. Quasi vageri, & errare.

αἰών. Vita.

ἀκαλήφη. Quæ quidem,& vrtica.

ἀκεσά. Curabilia,nam ἄκη, medicamẽta sunt.

ἀκήρατος. Incorruptibilis.

ἀκίς. Sic nominatur ferrum sagittæ.

ἀκόνη. In adiunctis libro de ratione victus, sic nominauit mortariũ,similiterq̃; Theophrastus in libro de stirpibus octauo.

ἄκουσα. Repleta.

ἀκραέλεα. † Filia fœmina, Minerua,Venus.ξ

ἀκρέστερον. Summa vespera,hoc est, prima, & incipiente.

ἄκρητον. Impermistum. sic.n. nominatur omne,quod cum altero mistum non est,& puram suam seruat naturam.

ἀκρητοχόλους. Puram contrahentes bilem.

ἄκριτον τάγος. Velut immensum spatium.dictũ est autem in libro de hebdomade de eo, quod est extra mundũ, vel infinito,vel inani,quod cogitatione informari non potest.

ἀκρόπλοα. Superne,& tãquã ĩ summo*nauigãtia,sic et ἀκρόπλοοι, in summo* nauigantes.

ἀκροαπίς. Lingua sic dicta est in septimo de morbis popularibus, tanquã sua ipsius extrema non informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem.

ἀκροσατὲς. In superficie* mutatum.

ἀκρόψιλον. In summo glabrum,hoc est nudũ.

ἀλαῖαφθίσις. Incomprehensibilis* corruptio. Sic nominata est in libro de locis in homine,tanquam cæca, et inuisibilis.

ἀλάπτης. Qui est ex Alaptis, Alapta enim oppidum est Thraciæ.

ἀλάστορες. Et ipsi homines, qui talia perpetrãt, ob quæ cruciari mereãtur, et uindices dei, qui eos persequuntur.

ἀλγήματα. ξ Aegrotationes,namξsæpe et de ipsa ægrotatione nomẽ inducit, et τὸ ἀλγεῖν similiter pro ægrotare,et aliquid pati, et alia ab ipso.

ἀλεαίζειν. Calefacere.

ἀλείῳ ὕδατι. Aqua conferto imbre cõgregata.

ἀλείον. Congregatum,confertum.

ἀλεξητήρια. Remedia,et auxilia, quæ malis arcendis adhibentur, nam et ἀλέξασθαι auxiliari est.

ἀλέουσιν. Congregant.

ἄλειφα. Oleum, vel adeps.

ἀλέως. Collectim.

ἀλεότητα. Congregationem.

Ἀληθέωσιν. Decipiant, imponant: dictum est autem, et in errore.

b * κέρχνον.

e † ἄκρεα.

* ἐμπλέοντα, quã dictionem aliquerũt natãtia, vel fluitantia.

* ἐπιπολῆς est ĩ aliquibus co. vt vertit interpres, in alijs ἐπὶ βραχὺ, i. deest parum.

* tabes.

B* Cod Hẽrici Stephani uiri græcę & latinæ linguæ peritissimi, habet κηρτώματος, ideſt gibbositace.

C † Quo medici vulnera, vel vlcera pertentant.

D* Vulgo spicas uocant.

E † Dũ hũc librũ p̃ manibº haberẽ, Melchior Guiladinus rei herbariæ professor celebris, hæc ad me de hoc vnguẽto scripsit. Duplex hoc loco error elucet, tũ qa unguẽtum Aegyptium nõ est Metopiũ: tũ qa Metopiũ handquaq̃ cõficiebatur ex floribº spinæ ægyptiæ: quã spinam Dioscorides Acaciã nuncupat. Cæterũ unguẽtũ Aegyptiũ idẽ esse q̃d Stacten, quam sacræ Hebræorum literę neteris versionis Guttam uocãt, testis est Didymus apud Athenęũ δειπνοσοφιστῶν decimoquinto. Vnde uero cõstiaret, q̃d Metopiũ dicebatur, per spicue docet Dioscorides, Paulus, cæteri. Hæc Melchior.

ἀ'λθεῖν. Curare, ſanare.
ἄλθεξις. Curatio, ſanatio.
ἀ'λφίσκειν. Curare, ſanare.
ἄλκαρ. Remedium, Auxilium.
ἀ'λλογνοῶν. Deſipiens, & tanquã alia percipiẽs, quam quæ ſunt, ſic & ἀ'λλοφρονήσας dictum eſt ab ipſo, de eo, qui mente alienata eſt.
ἀ'λλοιοτροπεῖται. Vertitur varie.
ἀ'λλόκοτον. Obſcurum, & incognitum.
ἀ'λλοφάσσοντες. Deſipientes, inſanientes.
ἀ'λαοί. Cæci, quod & ἀ'λαός cæcus eſt.
ἄλυκόν. Salſum.
ἀ'κροτόχολον. Sic nominat eum, quem & ἀ'κρόχολον, hoc eſt, qui puram congregat bilem.
ἀ'λύξει. Fluctuat, iactatur: ſic & ἀ'γύζει in futuro dictum eſt.
ἀ'λυσμόν. Quod & fluctuationem quãdam*, & hęſitationem, quin & agitationem vocant, & ἀ'λυχὴ hoc idem.
ἄλφιτα. Non ſolum ex hordeis farinæ ſic vocantur: nam in primo de morbis mulierum ἄλφιτα πυρινὰ, hoc eſt farinæ triticeæ dictũ eſt: in ſecundo autem de morbis maiore, & lẽtium, & cruorum ſiccatorum. Omnis igit moliti grani mediocri magnitudine fragmẽtum ἄλφιτα appellant, nam maiora fragmenta, κρήμνα, hoc eſt craſſiores farinę, minora autem ἀ'λευρα, hoc eſt tenuiores farinæ nominantur.
ἄλφιτα πρωκώνια. Quæ ante coni ſiue metæ cõſtructionem fiũt, hoc eſt ex recẽtibus, & teneris hordeis: conus .n. quidã in areis etiã nũc erigitur, & maxime in pluuioſis regionibus, lignum rectum, circa quod componuntur fructus in coni, vel metæ formam.
ἀ'μαλδύνεται. Ipſi vſitatũ eſt, quaſi offuſcatur. & quaſi obſcuratur, vt in ſecundo de morbis mulierum, oculi offuſcantur.
ἀ'μαλῶς. Et molliter, quod idẽ valet, quod nõ valde, vt in libro de purulentis. Hoc autem molliter vitãt: Et facile: vt in primo de morbis maiore, Et oculis non facile* videt. & in ſecundo maiore, Et cibos nõ facile* recipit.
ἀ'μαμήλιδας. Genus quoddam meſpili, plurimum in Italia naſcens, vt Dioſcorides ait, quidam autem ἐπιμηλίδας aiunt eſſe poma parua ſylueſtria.
ἀ'μβή. Altior eminentia.
ἀ'μβλυωσμός. Scilicet abortio, ab eo quod eſt, abortare, ſed & ἀ'μβλυωπία, hebetudo viſus, vt in maiori de prædictione.
ἀ'μβλυωπώτερα. Obtuſius videntia, hoc eſt obſcurius.
ἀ'μίεων. Auferens, & accipiens.
ἀ'μενηνόν. Inualidum.
ἄμη. Quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.
ἀ'μίνας. Qui eliſit, & laniauit.
ἀ'μοίη. Sic in libro† de ijs, quæ ad chirurgiã pertinent, Dioſcorides* ſcribit, Mediocri compreſſu viciſſim declinent ad augmentum, & reformationem carnium faciãt. Cæteri aũt ſcribunt ἀ'λλοίη. Ait autem Dioſcorides ἀ'μοίη, mediocria eſſe, ſed teſtimonium nullum apponit.
ἀ'μυδί. Totum ſimul, ſine clauſione labrorum.
ἀμφιβραχίων. Locorum, quæ ſic uocantur, circa tonſilas.
ἀμφίδετον. Oris vuluæ rotunda extremitas, quæ labris cucurbitulæ ſimilis eſt, per metaphorã à mulierum armillis nominata, quę & ipſę ἀμφίδετα vocãtur ab eo, quod eſt cõprehẽdere circulariter, & tanquam circunligare.
ἀμφιδέξιος. Tãquã vtrinq; dextra: hoc eſt vtriſque manibus, vt dextra vtẽs: talis enim eſt & apud poetam ambidexter, ſic Hipponax dicebat, ambidexter enim ſum, & nõ pecco. Quidã ἀμφιδέξιον intelligunt, non recte, eã, quæ in dextris partibus vuluæ* cõcepit.
ἀμφιμήτριον σημεῖον. Sic nominauit in ſecundo de morbis popularibus, quod affectionum vuluæ ſignificatiuum eſt.
ἀμῶς. Quodam modo, ex quadam parte, mediocriter, ἄμη, de quo ſupra dictum eſt.
ἀναγνῶναι. Sententiam mutare, ueteribus dediſcendis noua diſcere.
ἀνάκαρ. In ſuperiorem partem, vt ἐπίκαρ, in inferiorem partem ex montibus.
ἀνακιδύουσιν. Reſiliunt.
ἀνακῶς. Caute, uel apte ad cuſtodiendum.
ἀνακοχή. Intermiſſio, dilatio.
ἀναλδὲς. Quod non alitur, quod non augetur.
ἀνάλμυροι. Inſulſi, uel non ſalſi, Dioſcorides ſic, Multi diuidentes legunt.
ἄναλτον. Sine ſalibus, et non ſalſum.
ἀναπλάξεις. Illinitiones, Inunctiones.
ἀναπλῆσαι. Forare, perforare.
ἀνάῤῥινον. Per nares retro uerſum iens. Quidã diuidunt, ἀνὰ ῥινόν, ut ſit per cutem.
ἄναυδος. Qui bene, et apte uerba facere neqt: ἄφωνος autem, qui omnino uocem emittere nõ poteſt. In tertio morborum popularium deinceps, inuicẽ de Pythione dicta ſunt: ſic habet, et illud apud poetã de equo. Loquẽtem autem fecerat Dea alba ulnas Iuno.
ἀναφέρειν. Significat interdum, et ſubſingultire reſpirãtem, ut in primo de morbis minore, et ἀναφέρειν, ut pueri cubantes, flentesq;, et in nares retrahentes ſpiritũ: hoc idem eſt, cũ ſpiritus in aliqd impĩgẽs, dũ extra fert, retro duplici reuocatione, atq; ĩtro recipit.
ἀναχαίνεται. Suſcitatur.
ἀνδρογένειαν. Per uiros ſucceſſio generis: nam per mulieres ſucceſſio tale aliud nullum nomen habet ſimile.
ἀμβήξατο. Cum tuſſi expuit.
ἀνειλύματα. Tormina, σφόφους.
ἀνειλισθῶσιν. Surſum uerterint, conuoluerint.
ἀνειρυσθέωσιν. Euulſi fuerint.
ἀνίσας. In ſublime maxime ſurſum pendens, compoſitum

* Hen. Steph. legendum putat τινες, ideſt quidam.

* ἀμολῶς.

† de ijs, quæ in medicatrina fiunt.

* Codices quidem oẽs græc. quos viderim, habent Dioſcorides. Galenus tamen in proœmio libri de ijs, quæ in medicatrina fiunt, citat librũ Dioclis de ijs, quæ in medicatrina fiunt.

* cõcepta eſt, vide etiã 7. aph. 43.

compositum est ex sursum,& profectus.
ἀ᾽νεμοῦνται. Inflatur.
ἀ᾽νερίτων. Inconcussorum.
ἀ᾽νεσταμένα. Perturbata,dictum est de vrinis.
ἄνους. Mutus,& mente perculsus.
ἀ᾽νήνυος. Carens molestia, & illæsus.
ἀ᾽νηρίκτῳ. Nõ diuiso in minuta,sed ex vltimis farinæ crassioribus partibus composito.
ἄνθεα. Flores non solum hos ad coronas,sed ad alia omnia sic nominat: ac semina similiter aliquando vocat,vt secũdo de morbis mulierum:sed & rubores,vt in Coacis prænotionibus,& sputa ἀ᾽νθηρὰ rubra, & subcruẽta dicit in sexto de morbis popularibus.
ἀ᾽νθίνην οἶνον. Hoc est,florulentum,quod ita nominatur,vel ex floribus grato odore prędităũ. quemadmodũ,& κυκεῶνα ἀ᾽νθινόν, hoc est potionem quandam floribus cõditam nominauit in secundo de morbis maiore.
ἀ᾽νθινὸν ἔλαιον. Lilinum,vel irinum dicitur,quod ipsum etiam susinum vocatur.
ἀ᾽νθινὸν μῦρον. Quòd & susinum vnguentum, & lilinum vnguentũ. Differt autem à florato oleo ante scripto varietate odoramẽtorũ.
ἀ᾽νέθυντο. Videlicet sursum direxerunt.
ἀ᾽νωργισμένον. Quod est,& remollitum: quoniã ὀργᾶσαι est mollire, & tanquam subactũ, & emollitũ,*vt in secundo de morbis maiore.
ἀ᾽ντικοντώσιος. Reuerberationis eius,quę remo fit. Quod & σκήμπτων vocatur.
ἀ᾽ντίρρινα. Herba quædam, quam bucranion, & lychnida agrestem uocant.
ἄορτρον. Pulmonis pars separata ex utraq; parte, vt in libro de morbis maiore: præterea ἄορτρειν, hoc idẽ aliquãdo appellat, vt Dioscorides arbitratur:sed hoc nõ satis cõstat.
ἀ᾽παρτίως. Perfecte & exacte. Dioscorides aũt ait hoc verbum totum cõtrarium significare,vt in libro de ratione uictus acutorũ, vbi ait,Et plerunq; perfecte in talibus temporibus transeunt ad sorbitiones.Mihi autem & hoc loco videtur perfecte, & exacte significare:atq; hoc modo Attici hoc nomine vtuntur: cuius plurima exempla in paruis commentarijs habere possis.
ἀ᾽πεβράσσετο. In quinto de morbis popularibus sic scribit Dioscorides, & ait ipse hoc ἀ᾽πεβράσσετο verbo significari,& ἀ᾽πεβήσσετο, cũ alij ferè omnes ἀ᾽πεβήσσετο, hoc est euenit scribant. Dioscorides enim, & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs vsitatum erat,nomina multa transmutauerunt, nihil diuersum ab antiqua scriptura indicantia: quorum nobis quoque necesse est meminisse.
ἀ᾽πειλήθη. Excluſus fuit,εἴλειν,enim claudere.
ἀ᾽περχθῆ. Excluſus est.
ἀ᾽πόγονα. Fœcunda, quidam intellexerunt infęcunda.
ἀ᾽ποκεκενῳκός. Qđ omni fructu exhaustũ est.
ἀ᾽ποκεκριμένησι. Separatis.
ἀ᾽ποκηδέστερον. Negligentius.
ἀ᾽ποκναίειν. Maxime quidem abradere, sed & corrumpere, & extenuare.
ἀ᾽πομυλύνας. Protendens labra compressim.
ἀ᾽πονενονημένως. Sine reuersione, ξ siue irreuertibiliter, ut ita dicam.
ἀ᾽ποπαλλήσιος. Expulsionis,hinc & ἀ᾽ποπαλλώσεται.i. expelletur, aliqñ quidẽ actiuũ ἀποπάλλειν. i. expellere significat,vt ī primo de morbis mulierũ:aliqñ & passiuũ ἀ᾽ποπαλλήσεται expelletur, ut in libro de natura hoīs.
ἀπορέγει. Porrigit.
ἀποσατὶς. Extinctus.
ἀποστοτικά. Quæ fastidium cibi, et inappetentiam faciunt.
ἀποσκήψεις. Scarificationes ξ siue venarum sectiones,ξvt in primo de morbis maiore.
ἀποσκληρύνει. Exiccat,*indurat.
ἀποσπαρφάζουσιν. Palpitant, uel saliunt,*ut in secundo de morbis.
ἀπόσφαγμα. Fœculenta colatura,quod et ὑπόσφαγμα dicitur.
ἀπτίσων. Integrorum, in integras farinas diuisorum,imperfecte fractorum, parte furfuracea non secreta.
ἀπυρομήλη. Acumen non habenti,hoc est, auricolario specillo.
ἀρακίδας. Triticea legumina minuta:legumen enim est aracos.
ἀρβύλαι. Calcei alti,
ἄργης. Serpens quidam sic nominatus.
ἄρδας. Sordes quædam, et spurcitia, et ἀρδαλῶσαι. Fœdare.
ἄρθρικον. Articulis accommodatum.
ἀ᾽ρικύμων. Quæ cito prægnans fit.
ἄρις. Non solum instrumentum, sed etiam herba quædam sic nominatur.
ἀρκτιὸς. A septentrione spirans,quidam autem ἄρκτιον omnino scribunt.
ἄρμης. Suturæ in capite.
ἀρμίως. Statim, Dorica uox.
ἀρρύσιας. Suppressiones menstruorum.
ἀρτίζωα. Paruo tempore uiuentia.
ἀρτίσομα. Vndecunque plana,æqualia.
ἀσκαρίδες. Vermes tenues,et longi in recto intestino geniti.
ἀσκοὺς. Figulinas ollas,quas et πυριάτους,et φακοὺς nominant.
ἀσᾶται. Et igneſcit,*vt in primo de morbis mulierum,et fastidiosa satietate, ac grauiter affectus est, ut in secũdo de morbis maiore.
ἀτέραμνα. Difficilia ad conficiendum,et dura.
ἄτρακτον. Non solum eum, qui ad lanificium utilis est,hoc est fusum,significat,sed etiam lignum sagittæ.
ἀττικὸν ἀγγεῖον. Atticam ollã, aliquando quoq; echinum appellatam.
ἀυανθὴ,uel ἀυαλὴ. Quidam deficcãs morbus.
ἀυτίτην οἶνον. Vinũ huius anni,præsentis anni.

ὀργῆν.
ἀ᾽πόσκελεῖτδει.
σφύζουσιν.
πυρᾶται codices duo manuscripti habent πλυρᾶται .i.repletur.

αὐτόδρομον. Quod per se mouetur, vt in libro de Hebdomadibus.
αὐτῶς. Stulte.
ἄφας. Vincula, παρὰ τὸ ἅπτειν. i. ab eo quod est vincire.
ἀφασσόμενα. Fricata, & ἀφησαμένη, quæ fricauit, vel contrectauit.
ἀφρά ζει. Desipit, intelligendi expers est.
ἀφρούντα. Spumãtia, bullæ modo tumescẽtia.
ἀφύει. Dealbatur, & tanquam aphyæ colorem habet, sic & ἀφυῶδης vocat aphyę colore simile.
ἀχιλληιάδας κριθὰς. Bene nutrita hordea, & magna, à quodam Achille nominata, vt aiunt, agricola Babronij.
ἀψίρροον. Retro fluens.
ἀψυχεῖ. Animo deficit, & ἀψυχίη animi defectus.

β

Βάκχαρις. Lydium quoddam vnguentum.
Βάλβις. Concauitas oblonga.
Βαλοῖος. Qui ex Valœa vrbe Macedoniæ.
Βδέλλω. In maiori de prędictione, & secundo, vt quidam inscribunt, varicosam venã ait sic nominari Dioscorides: mihi autem videtur proprie dici nomen de ipso animali: etenim affui olim cum hoc diceretur in eo libro, & dubitantibus multis de his, quæ fierent, solus ego ex scripto aggrediens prægnoui ueritatem.
Βηκείοις. Ouibus.
Βησσιακὴ. Ex Bessis in Thracia.
Βλακεύειν. Paruipendere.
Βλαβεραί. Humidæ, mucosæ.
Βληχρόν. Legumen quoddam, quod & βλήχιον scribitur.
Βοάνθεμον. Bouis oculus, quod idem chrysanthemon nominatur.
Βόλβιον. Quale ipsum est Hippocrates docet in [a] libro* de morbis mulierum: male igitur quidam bulbi nomine narcissum significari putauerunt.
Βολβιτία. Quæ à multis βομβύλια appellantur, genus aũt est hoc paruorum polypodum.
Βολιτόν. Stercus boum.
Βομβύλιον. Poculum quoddam angustum os habens, vel potio, siue poculum à resonando dictum.
Βοὸς θαλασσίου. Bouis marini, chartilaginosus est hic piscis.
Βουβάλιος. Cucumer agrestis.
Βουκέρας. Fœnum græcum, [l] Menitheus* in appellationibus medicamentorum, & anagallidem sic appellari ait.
Βουπρήστης. Et animal cantharidi simile, est & quoddam olus agreste, cuius mentionẽ facit [c] Dioscorides* in primo de sanitate tuẽda, & in libro de oleribus.

Βρῦγμα. Quod cum tussi expuitur, in primo de morbis maiore, & βρήσσειν cum tussi expuere, quidam hæc sine litera rho scribunt.
Βρόγχης. Chartilagineæ arteriæ.
Βοτράχου. Ranæ dicit, quidam autem omnino βατράχου scribunt.
Βρυγμός. Stridor, qui ex dentibus collisis efficitur, & βρύχειν sic stridere.
Βύζην. Cumulate, vel [a] dense.*

γ

γαλιάγκωνες. Qui paruũ, & gracile habent brachium, partes autem circa cubitum turgidiores, vt mustellæ: qui autem aiunt γαλὸν brachium nominari, & hoc positum esse nomine, fortassis videri possint male intelligere, non enim γαλιάγκωνας, sed γαλιοβραχίονας oportebat ipsos nominari.
γαμφούς. Curuaturas habentes quasdam.
γαυσὸς. Curuatus in partem exteriorem.
γιγγλύματα. Contrario modo ineunt inter se, vt in ianuis cardines.
γῆ σμηκτίδι. Cimoliæ, idest albæ cretæ.
γῆ κεραμιτῖδι. Argillæ.
γῆ χαλκίτιδι. Nihil plus significat, quàm chalcitis lapis.
γήχυτον. Exterior pars terræ, quæ mollis est, & minime lapidea.
γλαμυροί. Aquosi, & humidi.
γλοιάζειν. Conniuẽtes versare oculos, & γλοιώδως per similitudinem, dormitanter, ξ ut eo utar uocabulo, ξ dicebant.
[b] γλυκύμης βοτάνης.* Clycyrrhizæ, uel dulcis radicis appellatæ.
γόγγρωνα. [c] Tumorẽ* gulæ, ξ ab eminentijs rotundis, quæ in truncis arborum nascuntur, vt Theophrastus in primo de stirpibus, sic inquiens, Nonnullæ autem gongros à quibusdam vocatos habent, [d] † vel quod pro arboris natura respondeat, ξ ut olea.
[e] † γογγύλιον. Rotundum, ξ & [f] γογγυλίδια, parui globuli, vt pilulæ.
γριφόμενα. Quæ inuoluuntur, dictum à gripho, quod est rete piscatorium.

δ

δακτύλιος. Circulus, Rotula, in libro de sterilibus.
δαιτίδες. ξ Magnę* lampades, [h] † ardẽtesq; vocantur, ξ abutentibus autẽ aliquando significat etiã allij caput, eo quod ex multis spicis compositum colligatur, ut lampades.
δίεδρος. Transparens. In secundo de morbis maiore.
διακνέει. Idem quod mœrore afficit, quod ipsum, & διακναίει dicitur.
διαπεπλεγμένα. Multum circa crurũ exortum diuaricata, πλεχὰς enim quod inter exortũ crurum,

A* secundo.
B* μενηθίδες, est ĩ impressis quã quam inferius in dictione, Indica legitur in impressis μενεθίδες. Illic tamẽ in manuscrip. legitur μενεσθίδες.
C* Cod. duo vetustissimi græci habent hoc in loco Dioclem, cuius Galenus sæpissime minit in libris de Alimentorum facultatibus, citans librum eius de sanitate tuenda, & in quarto de Articulis com. 32. citans librum de Oleribus.

A* πυκνῶς, quam dictionem aliqui vertunt frequenter.

B* Al. γλυκυσίδης.
C* bronchocelen.
D † ἤτοι ἀναλογον. i. uel quod proportione respondeat ſ. gongris.
E † Quidã cod. habent γογγυλὶς. ϛρογγύλη, id est rotunda.
F* Al. γογγύλια.
C* Aliqui cod. μικραὶ. ideſt paruæ.
H † καιομενεται δαῖται. est in impressis Aldinis. manuscripti quidam cod. habent καιομεναίται δαιταὶ. i. ardentesq; lampades. Locus Homeri Iliados λ, & ρ.

crurum inter est.

διάσημα. Tanquam Ianis similem corporum ipsorum compositionem.

διαεσομωτρίδα. Specillum dilatans.

διαφλύξις. Effusiones.

διαφλυχθεῖσα. Perfusa, humectata.

διαφλυχθὲν. Humectatum.

διαφλύοντα. Humectantia.

δίαφρος. Spumans.

διὰ χωρίου. Ex interuallo.

διδύμη. Radix herbæ, quæ & ὄρχις nominatur.

διεβλήθησαν. Decepti fuerunt.

διῆσαι. Concutere, in secundo de morbis mulierum significat transcolare, & diuidere.

δίυδρος. Humida, exudans.

*Hẽ. Steph. legit διμερῆς id est bipartita. s. portæ, genitiuo casu.

δίκλειδος. Bipartitus *, vt possit inferiore parte clausa superpositam aperire.

δίκρουν. Tanquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipsum etiam ἀπὸ δίκρου significat.

δίοπτος. Templi curator, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἢ δίεπειν, i. à dispiciendo, vel curando, quæ sunt in ipso.

διορῥώσιος. In serosum, & aquosum mutationis.

δίπωνοον. Foramen paruum eorum, quæ ad vacua perforata sunt, & tanquam duobus oribus respirant.

δόρπου. Cœnæ.

δραπτά. Dilacerata.

† Eundẽ librũ duas inscriptiones tã diuersas habere verisimile nõ est. vel igitur de natura ἔρωτος i. amoris tãtum legẽdum est, vel de natura ἀρετῶν. i. virtutum prior tamen lectio videtur probabilior. Error est in nominis similitudine: & alterum videtur esse glossema.

δυσανίης. Critias in libro † de natura amoris, vel virtutum, sic exponit nomen, δυσανίης autem est quicũq; propter parua tristatur, & propter magna magis, quàm alij homines, vel diutius.

δυσήνιος. Qui non facile tristatur, est autem & difficulter frenabilis, & morosissimus.

ε

ἐβλημάσθη. Mollificatus est, molle factum est.

ἐγγαστρίμυθοι. Qui clauso ore loquuntur, quia videntur ex ventre loqui.

ἐγκάμψει. Innixu, & ἐγκεκαμμένοι inflexi, innitentes, incumbentesve, & adunci, dictum est autem de vnguibus.

ἔγγενες. Congenitum, proprium.

ἐγκὰς. In profundo.

ἐγχαλίνωται. Frenis velut circundatus est.

ἐγλευκισμένος. Qui subterrestris, & subliuidus est, qui desijt albus esse.

ἔγρησις. Vigilantia.

ἐέρχαται. Constringunt.

ἔθρασσεν. Pungebat, stimulabat.

ἐκβκήσει. Eijcit, expellit.

ἔκδυξιν. Successionem.

ἐκκολύψας. Qui corticem detraxit.

ἐκλούσθω. Significat aliquando, & inundetur, vt in libro de sterilibus, & in adiũctis libro de vulneribus capitis.

ἔκμαγμα. Et subacta massa, & crocomagma, vt in libro de sterilibus.

ἐκμάξαι. Et formare: aliquando etiam aliud facere, & mutare, vt in libro de sterilibus, digito formare, hoc est tanquam rotulam effingere, sed & exprimere, vt in libro de morbis primo maiore, de spongia, & mercuriali herba, & sambuci folijs.

ἐκματεῖσθαι. Inuestigare.

† ἐκμιαίνεται. Emundat semen.

† ἱποκρὶν τὸ σπέρμα .i. excernit semen, hæc vox plerũque à Corn. per peram apud Hippocratem transfertur, & Caluo, vt lib. de Fœtat. & Superfœt.

ἐκνεφίας ὄμβρος. Imber cum sole factus.

ἐκνεφίας πυρετός. Humida simul, & inflammata febris, quemadmodum & sol, cum quo simul imber fit.

ἔκνυξεν. Strepebat, nomen formatum est à strepitu.

ἐκνύσει. Explicata, explanata.

ἐκστεγαλγμαίνον. Detortum.

ἐκρήγμασιν. Scissuris pannorum.

ἐκσυριγγοῦνται. Aperiuntur.

ἐκτόμου. Veratri nigri.

ἔκτριψιν. Ad uiscera mutationem.

ἐκφυσᾶνει. Erũpit, sic autẽ & ἐκφλύει .i. ebullit.

ἐκχύμωσις. Effusio humorum.

ἔλαιον ῥόδινον. Oleum rosatum, quod aromatibus conditum non est.

ἐλατήριον. Non solum ex agresti cucumere factum, sed etiam omne, quod deorsum uentrem purgat.

ἔλεια. Agrestia.

ἐλιθερὲς. Tanquam à sole calidum.

ἐλιθερίσθω. Insoletur.

ἐλιννύειν. Quiescere.

ἐληχευσάμην. * Plurimum differui.

* Hen. Steph. legendũ putat ἐλεγηευσαμην.

ἔλκυσῆρι. Instrumento quodam ad infantem ex vtero extrahendum.

ἔλυτρα. Velamenta.

ἐμβάφιον. Acetabulum.

ἔμαι. Vomitus, Atticum nomen.

ἔμπωλην. Propè.

ἐμπώνους μοτοὺς. Linamenta * concerpta, ξ quæ circumuoluuntur, & vulneribus indunter, ad saniem purgandam, ξ vel lemniscos.

ἐμυκώθη. Dioscorides quidem ait, conclusit, plurimi autem, adnascentias habuit humidas, ut & fungi.

ἐμυλώθη. Induruit.

ἐμυλήθη. Contabuit.

ἐνθλάσσει. Infringit.

ἐνθράσσει. Vrgens pungit.

ἐξαλίπτης. Illitor, unctor.

ἐξαλίζοιτο. Exinaniretur.

ἐξάντης. Sanus.

ἐξαράγμα. Confractio, collisio.

ἐξαρύαται. Euacuatur, exprimitur. Quidam vero, hostiliter aggreditur, minas facit.

ἐξάρυσις. Exhaustio.

ἐξασίας. Quidam lina exurgẽtia à summis linteis scissis, & à pannis uilibus fila, mihi aũt etiam ante quàm scindãtur extantia eodẽ

modo videtur appellare.

ἐξηντριασμαίνον. Panno tenui colatum, est autem ἄντριον tenuis quidam, & agrestis pannus.

ἐξείνυ. Euacuat.

ἔξουρα. In angustum contracta, quæ & μύσπα* nominant. * Hen. Steph. legendũ putat μύρα.

ἔπωκρα. In angustum desinentia, quę & ἔξουρα.

ἐπαλύνων. Spargens: apponitur autem, & ad magis.

ἐπικέρας. Fęnum græcum, quidam aliã quãdam herbam sic nominatam.

ἐπικτένιον. In mulieribus pubes, quæ vocatur, nam supra pectinem est, in stuppa autem, vel lino pectini insidentem puluerem in opificio.

† Vide superius in dictione ἀμαμυλίδας. ἐπιμυλίδα. Dioscorides quidẽ in primo de materia, genus Mespili σιτάνιον, etiam appellatum, quidam autem mala parua sylvestria, quæ & ἀμαμυλίδες nominantur.

† τὴν ἐπιγονατίδα, τὴν μύλην. ἐπιμυλίδα. † Os, ceu conchula quædam genu tegens, latum, & rotundum, quo genuum commissura obtegitur, vulgo patellam uocant. ξ

ἐπισκληροῖς. Induratis.

ἐπίσκμος. Cunctatrix, cogitabunda, hæsitans.

ἐπίχνουν. Humorem concretum lanuginosum.

ἐτοξυξάμενοι. Extensæ, in longum porrectæ.

ἐτώχιον. Palmes, ex quo natum est quippiam, vt ex colocynthide.

ἐτῶδες. Fœtens, & tanquam male olens.

† Al. ἐπωκτέρη. ἐτωκεσέρη. † Aceto multo vtens.

ἐρυγάνει. Abijcit, repudiat.

ἐρευγῆ. Ructus, eiectio.

ἐρίκιδες. In crassiores partes diuisa hordea, quidam bifariam diuisa, nam & ἐρίγμον, hoc est legumen fresum ab eo, quod est bifariã diuidi, aiunt nominatum esse: mihi autem παρὰ τὸ ἐρίκειν, idest, ab eo, quod scinduntur omnia talia, videtur nomẽ factum esse, quod non bifariam diuidere est, sed frãgere simpliciter, vnde placenta etiam ipsa ex sesamo, & melle ἐρίκιον nominatur, quoniam facile frangitur.

ἔριξ. Dicitur quidem, & de iecinore, scriptũ est in plurimis θρίξ, significat autem partem hepatis superiorem, qua iecinoris fibræ à se mutuo diuiduntur.

ἐρυγματώδης. Ructuum effectiuus, morbus flatuosus.

ἐρυθροῦν σέαρ. Sanguinolentus adeps.

ἐσαφάσας. Ad interiorem partem molliens, vel aperiens, vt μασᾶσθαι, quod est, quæratur.

ἐσφικωμένα. Colligata, constricta.

ἐς χεῖρα. Significat & propè.

ἔτνος. Omne ex legumine fracto decoctum.

ἐυάνθεμον. Quod & ἄνθεμις dicitur; & chamæmelum.

ἐυθυσίην. Ingenitum corporis habitum, quemadmodum alicubi, & annus ἐυθυσίης vocatur, qui fertilitatem efficit.

ἐυκάρδιον. Stomacho vtile.

ἐυνή. Non solum significat lectum, sed & coitum, vt in secundo de morbis mulierum, & ostenditur vehementissime coitu.

ἐυοργητοτέρα. Moratior, ὀργαὶ enim mores sunt.

ἔφλυβον. Depressi fuerunt.

ἐχέτεφωσις. Alba Bryonia.

ἔψημα. Quòd & σίραιον, hoc est mustum ad tertiam partem decoctum, id est sapa.

ἐψηλόν, autem genus piscium. † Cod. quidam manuscriptus hẽt ἔψητὸν, quæ lectio, & à viris doctis probatur. de hac etiã voce plura Hẽ. Stepha.

ζ

ζειάς. * Farris. * Olyræ.

η

ἠγκίσρωται. Implicatus est.

ἠγκυροβόληται. Intus adhæsit, vt in anchora.

ἠδέ. Insuper.

ἠδέλφισαι. Amicus familiaris, & tanquam frater factus est.

ἡδύοδμον πίσσαν. Odoribus conditam picem, coquitur autem cum aqua, & aromatibus.

ἡδύοδμον σέαρ. Adeps in aqua, & aromatibus coctus, & aromata, & unguenta odorifera.

ἡμίσεον. Dimidium.

ἡμιτύβιον. Lintei crassioris pars.

ἦναι. Percutere, & ἠνίων, percutientium.

ἠοίας. Matutinas horas.

ἠραχνίωκεν. Tenuibus simul, & multis venulis, cuiusmodi sunt aranearũ telæ, implicauit.

ἠρμᾶσθαι. Firmatum esse, innixum esse, vel aptatum esse.

ἧσας. Consueuisti.

θ

θαλερόν. Calidum ut à sole, nam ab eo, quod est θέρεσθαι, hoc est calefieri, nomen factum est.

θέρετρον. Locus ad cõmorationem æstatis idoneus, quidam θέντρον scribunt.

θημών. Aceruus.

θηρίον. Lumbricum, & sæuum vlcus, ut in libro de locis hominis, sęuum vlcus in corpus aduenit propter hoc, & cum aduenerit sanies defluens, putrefacit, & tumefacit, cùm in libro de humoribus, vnde curat, ante dixisset. Postea in alijs, cùm θηρίον dixerit, animalia in intestinis consistentia significat, lumbricos scilicet, & ascaridas, quemadmodũ & cùm dixerit autumnorum τὸ θηριῶδες, ab aliquo dictorum nominat: videtur autem & aliquando φλινῶδες, sic appellare.

θλάσιν. Fœtus infractorem, quod & † πίεσρον uocatur, nomen in primo de morbis mulierum. † Al. ἐκπίεσρον.

θλασπώσιος. Pro Thlaspis, sic appellatæ herbæ.

θολερόν πνεῦμα. Spiritus magnus, & impellens.
θρόνον. Sedem † vtrinque peruiam.
θράσσεται. Pungitur, ſtimulatur.
θρίξ. Scribitur, & τρίξ, Pilos vocant ſacerdotes, cum apparuerit in ſimo iecinoris in dextra pinnula venula anguſta, recta, nigra.
θύη. Suffitus, Odoramenta.
θύματα. Suffimenta.
θυμβραίαν. Sic nominat ſatureiam.
Θύμου. Ex Thymis, gens autem eſt hæc ex Thracia.
θώρηξις. Vinolentia, vel ebrietas.

† ἀφοδ λτικὸν. i. quantũtur ad deijciendã alium.

ἰδ νοῦται. Obliquatur, in ſe reſidet.
ἰθαγένες. Ingenuũ, vt ait ſapiens, Sed me ęque, atque ingenuos honorabat.
ἴκθαρ. Propè apud Atticos: Apud Hippocratẽ vero in ſecundo de morbis mulierum, mulieris teſticulus vocatur.
ἰλλαίνειν. Diſtorquere, vel circũagere oculos.
ἰμερωθεῖσαι. Cum uero miſtæ.
† ἰνδικὸν. Qui ſcripſerunt nomina medicinarũ, vt Mneſtheus, & Andreas Chryſaris, & Xenocrates, & Dioſcorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putãt ipſum piperis radicem eſſe, ſed Dioſcorides Anazarbeus aperte diſtinxit, & definiuit de zingibere, & pipere. Dioſcorides igitur iunior, qui linguas ſcripſit, ſtirpem eſſe ait in India ſimilẽ ſtirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanũ, quia myrto ſimilis eſt.
ἰνέει. Euacuat, & ἴνηθμος. Euacuatio, & ἰνεῖται. Euacuatur.
ἰξάλην. Perfectæ capræ corium.
ἴξιαι. Varices.
ἴξιν. Rectum progreſſum, vel acceſſum.
ἴξιον. Folium albi Chamæleontis.
ἰξύας. Pars, quæ eſt inter vertebras coxarum, & lumbum.
ἴπος. Potio in curatione oſſis luxati.
ἰπποφάως. Hoc nõ ſolum lappago nominatur, ſed & carduus, & ſtybum.
ἰσανύουσαι. Adæquãtes, mediç ætatis exiſtẽtes.
ἰσάλλην. Pellem capræ, corium.
ἰσχαλέαι. Tenues, & ἰσχαλέον, tenue.
ἰχθυήματα. Squamulæ corticum.
ἰχθύην. Squatinæ marinæ pellem aridam: põt etiam ferreum vnguem ſignificare, quo in extractione, uel ſectione infantis immaturi adhuc in vtero exiſtentis vtimur, propter ſquamarum piſcis ſimilitudinem.

† Hippocrates in ſecundo de morbis mulierũ, prope finem, hæc uerba habet. Indidicũ (quod Perſæ piper uocatur, & in hoc eſt rotundũ, quod appellãt myrtidanum) cũ lacte, &c. ui de etiã infra in dict. μυρτίδανον. & dict. σρογγύλα.

κ

καθαπτόμενοι. Sentientes uehementer.
καθετῆρι. Tortili linamento vulnerario, ab eo, ꝙ demittatur in vulnus, in ſecũdo de morbis mulierum, † in vulnus indere tortile linamentum ex linteis factum.
κακαγγελίη. Maledicentia, procacitas.
κακοήθεα. Maligna.
κακοσινώματα. Nocentiſſima.
καλλίφυτον. Quod & capillus veneris, & adiãtum nominatur.
καλλιωνύμου. Piſcis cuiuſdam ſic uocati.
κάμμορον. Et animal paruæ ſcillæ ſimile, & aconitum, ab eo quòd illius radices ſunt huius animalis ſimiles, ſed neutrum horum intelligi poteſt in libro de locis hominis, inflammatis aſſumpto cãmoro, vnde [a] Erotianus* non ſolum ipſum animal cãmoro, ſed adhęrentem ipſi muſcũ, ſic uocari ait: Leno aũt Herophilius cicutam: Zeuxis autem medicinam refrigerantem.
κακόνιαι. Qui rectis, & [b] promiſſis* ventribus ſunt.
[c] καρικὸν.* Eduliũ quoddã ex nucibus ſic nominat, cuius & confectionẽ ſcribit in [d] primo* libro de vlceribus.
καρυκοειδέα. Sanguinea, uocant autem id proprie medici.
καρύκη. Lydium edulium varium ex ſanguine confectum.
καρχήσιον. In ſummo velo habens rotulam, & καρχήσιοι in ipſo funes extenti nominati.
καταβλακεύουσιν. Paruipendunt.
κατάβλημα. Indumentum data opera factũ ad tegendum ſubiectas partes.
καταγίνοι. Ad extremum inutilitatis, vel imbecillitatis ducit.
κατακορέα. Vocat ſic, & nimis bilioſa excremẽta, & pectora κατακορέα, talis humoris generatiua: quidam piloſa intellexerunt, ſed & κατακορεῖς ἀνθρώπους ſimiliter nominat: pharmacũ quidẽ κατακορὲς, vel propter euacuatum ab ipſo humorẽ, uel propter proprium colorem: appellat autem, & ſitim quodam in loco κατακορεῖ, quę. ſ. propter talẽ humorem facta eſt uehementior, uel ad ſummũ intenſam, ſic igitur, & eneruare κατακορεῖν.
κατακούρην. Nouaculæ tonſuram, ſic melius eſt ſcribere, inqt Dioſcorides, κατακορυφὴν κουρηδὸν τομὴν. i. in uertice puellarem tonſurã, τὸ κείρειν. i. tondere hinc, & apud Theophraſtum κουριζομένη, ideſt tonſa abies pro ſecta.
κατακρούειν. Diffringere, uel diſcindere.
καταλείφειν. Illinere, uel iungere.
καταμώσας. Qui demiſit cauſa quærendi, facta enim eſt uox à quærendo, quemadmodum & qui quæritur.
κατανισιμοῦται. Conſumitur.
κατάσημα. Cõfirmatio, & animaduerſio, in ſecũdo de morbis popularibus, & κατασῆσαι animaduertere.
καταφρονέοντα. Remiſſe ſentientem, in maiori de prædictione.
κατάχλοα. Valde uirentia.

† μοτὸν ὠμολίνου καθετηρίου.

A* Hoc ego non inuenio in Erotiano. Cod. Aldinus hẽt Ερωτινων* cum aſteriſco. Aliqui manuſcripti Ερωτινὸς. Aliqui Ερωτιανὸς, ut etiam Hen. Stepha. Germanicus ἱπρόφιλος.

B* προσαλμαίνοι. Hẽ. Stepha. legendum putat προσε--σαλμαίνοι.

C* καρικὸν, καρικοντι ὅτως ὀνομάζει eſt in Aldino. in Germanico antẽ, & alijs. καρικὸν. καρικοντι ἔδεσμα οὕτως ὀνομάζει. ſed in dicio meo non recte: in libro enim de Vlceribus, medicamenti cuiuſdã efficacis καρικὸν appellatiõ fectio deſcribitur, non edulij: arbitror ergo legendum καρικὸν φαρμάκον τι οὕτως ὀνομάζει, vt illic habetur.

D* Delenda eſt hæc dictio, primo, cũ nec etiam in græcis cod. inueniatur.

κατιαλλόμεναι. Colligatæ.
κατηνόει. Resipiscebat, quasi expergiscebatur.
κατεπλάγησετο. Stupidus factus est.
καθηβολίσι. Circularibus initijs paroxysmorũ.
κατήρτητο. Placidum, & temperantem reddebat.
κατ' ἰητρεῖον. Ad chirurgiam pertinentia.
κατωπτῆρι. Eo instrumento, quod ἑδροδιασόλην, i. sedem dilatans vocant, vt & διώπτρα instrumentum, quo mulierũ natura dilatatur, & inspicitur.
κατωμοσαδίεω. Subaudiendum est vici, vt κατωσωσιλέω,
καυλός. Radix quidem herbæ Silphium proprie vocatur, Caulis autem, & succus, vt aliorum. Scribit igitur ipse in libro de ratione victus acutorum, vel Silphium, vel caulis, vel succus. †
καύσωμα. Inflammationem, in primo de morbis minore.
καυτῆρα. Aereum Calamulum quendam perforatum in fundo, per quem cauteriolum apparens demissum vrere potest.
κάγχρυος ῥίζαν. Thureæ radicem: cum autem pluraliter dixerit τὰς κάγχρυς, tosta hordea intelligenda sunt.
κλάσματα. Ex fluxu diuturnas affectiones, vel in omnibus articulis, vel præcipue circa vertebrũ coxarũ: proprie *autem tibi hoc exposuimus, sicut & alia quædam verba.
κεκωμῶσθαι. In somno esse, vel veterno.
κερχναλέον. † Asperitatis effectiuum: sic & asperitas nominat gutturis, & in pulmone strepitus, & asperum, & asperari, & asperationes similiter significant.
κεφαλοειδοῦς. Caput habentis.
κιγκλισμός. Breuis, continuata motio, à Cinclo animali.
κιθαρὸν. Pectus.
κίων. Bestiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarum vnaquęq; cion nominatur, in fine secundi de morbis mulierum nomen est.
κληῖθρον. In gula locus sub tonsillis.
κλιμακείου. Transuersi in scalis ligni: quidam autem κλιμακίου scribunt, sine ι, & per climacium, altera quædam talis.
κλισμόν. Lectum, in secundo de morbis mulierum.
κνημέου. † Cruralis, si ita dici posset. ξ
κνήματα. Rasuræ, & κνῆσαι radere.
κνῆστρον. Idem quod κνέωρον, instrumentũ scalptorium.
κνάστρῳ. † Cultello quodam ξ est autem cultellus quo raditur caseus.
κνισώσιες. Punctura quędam vellicationis modo, quales ab vrtica herba fiunt.
κνιστότητα. Vellicationem: quidam autem ariditatem oculorum intellexerunt.
κνύμα. Factum nomẽ est ad imitationem strepitus. Sed & leniter suspirans, κνυζόμενος dicitur ab eodem, & in canibus mugitus, κνυζθμός, idest gannitus.
κόγχην κεραμίδα. Hoc est figlinum vas, nihil plus significat, quam κέραμις, idest Figlinum vas.
κόγχον. Concham hiatulam.
κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pineæ. Dioscorides autem cnidium coccum diminutiue.
κόκκωνα. Coccum communiter appellatũ, non cnidium, quod ipsum aliquando coccum sine additione nominat.
κόλλικας. Rotulas, & illud ξ Aristophanis ξ in Acharnensibus, κολλικοφάγε. i. Rotuliuora Bœotiole, de paruis panniculis dictum est.
κολοκύνθην ἀγρίην. Colocynthidem.
κοπρίων. Fauorum: plurimi autem scribunt κυρίων. Significat autem expressorum.
κορήν. Herbam, quę hypericon nominatur: habet autem fructum κορίῳ similem.
κορούς. Ex ramis adnascentias, nouas germinationes.
κορυφάδων. Orarum *contractionis ad umbilicum.
κοτίδι. † Neruo ceruicis, ξ cerebello.
κότινον. Syluestrem oleam, siue oleastrum.
κοτυλίδα. Concauitatem uertebri coxæ, & ita adiunctis libro † de curandis luxatis, ξ & in secundo de morbis maiore.
κοτυληδόνας. Ora vasorum in vuluas descendẽtium, vt in libris de Hippocratis Anatome demonstratum est.
κοχώνην. Iuncturam in uertebris coxarum ad sedem, propter quam omnis locus circa sedem sic uocatur.
κλάδαι. Fici rami maiores.
κραίνουσι. Desinunt.
κραμβίῳ. Crambes decocto.
κρέκην. Nomen factum est, odiosum sonum, in secundo de morbis maiori.
κρήγυον. Bonum.
κρημνοί. Labra ulcerum, ut in libro de locis hominis: & alæ pudendi muliebris.
κρίθερα. * Farinę tritici, cuolatio quam uocãt, & sacculus quidam lineus.
κριμνά. Crassiores farinas: cum autem dixerit, κριμνὰ ἀλφίτου ἄθρα crassissimas farinas significat.
κρότωνας. In pulmone chartilagineæ concauitates. In primo de morbis.
κρότωνος ῥίζα. Crotonis radix: hoc Aegyptij cicion nominant.
κυάμου καρπόν. Fabæ fructum. Dioscorides* ait ipsum hyoscyami dicere: sic enim in primo de morbis mulierum. Quidam autẽ Aegyptiæ intelligunt.
κύαρ. Acus foramen.
κύβιθον. † Os cubiti, qui & cubitus. ξ Dioscorides autem nodum brachij sic nominari ait.

κύκλοι

† Additur in cod. Hen. Ste. ἔστι καὶ καύλος· λίτρου τόπος, idest est, & Caulus, locus quidam.

* ἰδία, idest seorsum.

† κερχναλέον, Cerchni affectiuum: sic autem tum asperitas nominatur faucium: tũ strepitus qui in pulmone fit. Sic & τὸν κερχνὸν, & τὸ κέρχνεται, & οἱ κερχνασμοί, proportionale significant.

† τῶν τῆς κνήμης.

† τῷ τυροκνήστῃ.

κηνορυφῶν.

† τῷ ἰνίῳ.

† Mochlico. e. ita inferius.

* Ant. co. habet κνησέρα, & ita Erotianus.

* Cod. quidẽ oẽs græci, quos uiderĩ, habent, Dioscorides. Scio tamen Galenũ citare libros Dioclis de morbis mulierũ. 6. Epi. sect. 2. com. 44.

† τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἄγκων.

κύκλοι προσώπου. Malæ, in primo de morbis maiori.
κυγχνιδα. Et paruum calicem,& uaſculum medicinale.
κυβασίην Pileum acutum.quem,& Tiaram.
κυβήβια. Paleæ, ſignificat & furfures, & hordei purgamenta.
κυβισιν. Diebus quibus ad talia iudicanda creditur.
κύρσιον. Podicem.
κύσιγγα. Veſicam paruam.
κώδεις. Capita papaueris.
κωλεὸς. Concauum in uulnere, aliter membrũ in uulnere. καὶ βέλτιον ἐξαιρέσιος.
†καταφορὰ, κῶμα. †Somni uehemẽtis impetus; ſcriptus eſt autem,ut ſcis,à nobis de hoc libellus.
κωνίαν. Vinum picatum, iniicitur cum cortice piceæ ſemihemina in uas figlinum:& aliqui quidem excolant,poſtquã ebulliuit, alij uero prætermittunt.
κωφοί. Languidi,inualidi,κωφοῖ uero uerbũ tertiæ perſonæ tertiæ coniugationis,langue facit,& retundit, ſignificat.

A
λιβηρῶ. Humido.
λίβος. Deſtillatio quædam oculorum fluida, facta eſt autem uox παρὰ τὸ λίβειν, i. ab eo qđ eſt ſtillare,quod proprie uidetur ſignificare guttatim cadere.
λιγνυώδης. Denigrans,λιγνύς enim nigra.
λίτον μέλανα. Quem & molarem uocant, cochlacem.
λιμακώδεις. Humidi & herbacei.
λίπα. Oleum. In ſecundo de morbis mulierum.
λιρίον. Lilium, Oleum autem ex eo aliqui λίρινον, cum litera ν, ſcribunt,aliqui uero ſine, ν λιρίον. Vocatur autem non ſolum κρίνινον, id eſt, lilinum, ſed ſuſinum, & anethinum. De hoc ſupra dictum eſt in litera ἀνθινην: unde hic legendum puto ἀνθινον,nõ autem anethinum.
B
λοῦν. Non ſolum lauare,ſed, & humectare: ſic λοῦσθαι, id eſt lauari duo ſignificat apud ipſum:& alia ſimilia.
λυπρά. Nuda,& arida loca.
λύσιας. Interualla, quibus articuli inter ſe diſiuncti ſunt.
λυῶδης. Inſaniens.

λ

λαβή. Initium acceſſionis febris, maxime autẽ ex circuitione.
λαγνεία. Significat aliquando etiam ipſum ſemen,ut in libro De natura pueri,Sic, & τὸ λάγνευμα, id eſt ſemen.
C
† Al. λαγώπυρος. λάμπυρος. †Lagonate appellata herba.
λαμπτήρ. Quem multi φανὸν, hoc eſt pharum, uel lampadem nominant,In ſecũdo de morbis maiore.Apud alios,& maxime atticos, in quo ligna comburebantur præbentia lumen. ſed & fax, & lucerna aliquando λαμπτὴρ nominatur.
λαπαχθῆναι. Proprie quidem euacuari,propter hoc autem, & μαλαχθῆναι, id eſt mollire.
λαμπυρά. Spumoſa,ſplendet enim ſpuma.
λάσιον. Sindon,Linteum.
λεβηρίδα. Serpentis exuuium. Quidam autem concham uacuam.
λέγνα. Extremitates oris uuluæ ex translatione:ſic enim uocantur, ab extremitatibus indumentorum:nominat, & alibi extremitates has ἀμφίδεα.
D
λέκιθον. Quod eſt intra lentis corticem.
λεπάδες. Petris adhęrentes conchæ.
λεπτά. Sic aliquãdo uocat rara, ut in libro de locis hominis.
λευκὴν ῥίζαν. Albam radicem dracunculi.
λευκοίου καρπόν. Albæ uiolæ ſemen ſic uocari ait Dioſcorides.
λεῶς. Omnino,*omnia.
λιβανωτοῦ καρπόν. Ipſum forte appellatum ſic thus,quoniam ſemẽ thuris arboris in uſum uenire neſcimus.

μ

μαγίδα. Et uelut offam,& maſſam, & magnam magdaliam.
μακρόπνους. Scilicet ualde ſpirans, uel per longum interuallum ſpirans.
μαλακίοισιν. Sic uocantur quæcunque aquatilium*ſpinam non habent,ut polypus,& loligo,& ſepia,& urtica:hęc*enim, & ſanguine,& uiſceribus carent. *Al. ſpinas. *δέ, i. autem.
μαλθώδεα. Mollientia, † & uelut cerea, μάλθη enim cera eſt,& maxime mollita. † ἢ κηρώδη, i. uel cerea.
μαρίλη. Quam multi θερμοσωδίαν, id eſt cinerem calidum uocant.
μάσθλης. Caloris.
μάσσειν. Non ſolum miſcere uel ſubigere, ſed etiam exprimere,ut ĩ primo de morbis maiori.
μάσσον. Plus,in maiori de prædictione.
μάτος. Quæſtio,& inquirere *ματᾶσθαι. †Al. ματίσαι
μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ. Cultello acuto, phlebotomo.
μαχαιρίδι σηθωδεῖ. Scalpello medico uentroſo.
μέλαινα. Dicitur & morbus ſic ex nigra bile cõſtans.
μέλαιναν ῥίζαν, Aſpalathi aromatici appellati radicem.
μελαῖνις. Cum accentu circumflexo Dioſcorides legendum putat,μελαῖνις capra, μελαῖνις, uacca,& ſignificari ait ex Melęnis. Vrbs autem ipſa ad Criſæum campum ſita ante Criphium,paſcua bona habet, & bonum lac gignentia,ut inquit Dioſcorides.
μελάνιον. Quod eſt in Prognoſtico. Quidam coniunctim

coniunctim legunt,ut sit denigrans : quidã autem distinguunt,uiride uel nigrum ἐὸν, ꝑ eo quod est existens.

μὲλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamento:hoc quo modo paretur, in libro De Vlceribus ipse docuit.

μὲλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerẽ,quo ad oculos utimur.

μελεδαίνοντι. Curam habenti, curanti, & μελαιδὼν. cura,non ut apud Homerum tristitia.

μελιηδέα. Non solum suauem,sed & cum melle mistum, ut in primo de morbis maiori, in eodẽ autem,& μελίχρουν nominat huiusmodi uinum.

μεμήρυκεν. Conuoluit,à lanis, quæ nentur.

μεμιασμένον. Fœdatum,ut est apud poetam.

μεμολυσμένους. Quidam refrigeratos, quidam autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμωρωμένα. Carentia sensu.

μεσοδμή. Obstaculum trabis ligneæ separans in una domo in duas partes diuisa, tanquã *columna quædã in medio posita, quidam autem, & superpositum tectum μεσοδμὴν uocant.

μεσόβλημα. †Vt si,*μεσέντη,dixisset.

μετακήρας. In libro De ratione uictus acutorũ, lactea commistio.

μηκώνιον. Peplum uocatum, quem, & † succum papaueris ξ nominat.

μηλην διασωμωτρίδα. Specillum ad diducendum, adaperiendumque idoneum.

μήλην ἐξωτίδα. Specillum auricularium.

μήλην ἰσχνρήν. Specillum uulnerarium.

μήλῃ πλατείῃ. Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλης τῷ πλάτει. Cyathulo ocularis specilli.

μῆλα*. Ouiculæ.

μηλιὰς. Ex Mele insula.

μηλιάδος ὠμῆς. Chalciditis,uel aluminis ex Melo.

μηλιάδι. In primo de morbis minore,μηλιάδι inquit,à Melo insula.

μήτρη. Tegmen, & tanquam inuolucrum quod dam ἐπιδιδυμὶς nominata: est autem uaricosus quidam tumor in summo imminens didymo.

*μηνίειν. Mandere,edere.

μύκη. Præclusio,suffocatio.

μυοχάνη. Epitheton hiantis,Si autem μυριοχαύνη scribatur,in millibus fuerit hians.

μύῤῥαν. Apud Aeoles σμύρναν, id est mirrham, duplici ῥ scribitur.

μυρτίδανον. Plurimi quidem piper,Dioscorides autem Anazarbeus in primo de materia, adnascentiam inæqualem, & tumidam circa myrti ramum. Atq; Hippocrates fructũ sic nominat ex arbore,quã ipse ait †ab aliis ξ appellari piper.

μὺτις. Vocatur quidem sic, & in ore sepiæ atramentum,& piscis,quidam ab Hippocrate significatur.

μυττωτόν. Intritum Dioscorides esse ait alliorũ uel ceparum.

μώλυζα. Allium simplex caput habens, & non diuisum in spicas: quidam autem moly herbam.

μωλυόμενα. Paulatim extabescentia.

ν

ναυσιώσεις. Effusiones sanguinis, quas & ἐκχυμώσεις appellat: translatum est autem nomen ab iis, qui in nausea sanguinem uomunt.

νεῖον. Nuper, uel nouum.

νεόμενον. Natantem,aduenientem, ab eo, quod est νεῖσθαι, hoc est uenire, in primo de morbis mulierum,utrunque,alterum in*loco,alterum in ξpartu imperfecto.ξ

νηπένθεϊ. †Impotens est.

νυκτάλωπες. Per noctem non uidentes.

ξ

ξηρῆ σκιρδονώδει. Videlicet gangræna, uel aliquo hoc generaliori morbo.

ξύμι. Quod uocatur pruritus.

ο

ὀά. Quæ à multis οὖα uocantur,id est sorba.

ὀιναρίῳ. Viti.

ὀιναρίδων. Palmitum uitis.

*ὀίσπη αἰγός. Sordes inter pilos capræ nascens, & maxime in eis,qui circa sedem sunt, consistens.

ὀισοφάγος. Ventris stomachus,tanquam*guttur quoddam existens.

ὀισυπίδας. Ouis sordem, hoc est lanam sordidam.

ὀισυπίδες. Ouis sordes conglobatæ,signficat,& lanæ sordidæ uellus.

ὄκρις Eminentia oblonga.

ὀλερόν. Male olens,uel nigrum,à sepiarum atramento*.

ὀλισθράζοντα. Labentem.

ὀλοκωνίτης. Herba quędam agrestis oleracea.

ὄλον. Atramentum sepiæ.

ὀλώδια Turbida uel nigra.

ὀλοφλυκτίδες. Pustulæ, quæ subito erumpunt.

ὀνεύεσθαι. Per* axium conuersionem extendere,ὄνοι enim & ὀνίσκοι axes, scribitur, & κατονεύεσθαι.

ὄπλα. Funes ex stuppa,uel lino,uel canabe.

ὀπός. Succus silphii per excellentiam,quemadmodum,&*thyrsus: uocat autem silphium etiam radicem solam.

ὀποῦ

* μεσοδμὴ. * Hen. Steph. legendũ putat μεσοδομὴ.
† Al.μεσοβλημον.
*Al. μεσεντέριον.
†μηκωνίτην.
† Al.μήλεια.
*Cod. antiqui duo habent μηείην. †ὑπὸ περπερέως habet cod. Aldinus, alij ὑπὸ ἑτέρων. Ego uero : legendum puto ὑπὸ περσῶν, i. à Persis. uide supra in dictione ἰνδὶ κὸν ἴ margine, & inferius in dict. σρογγύλου
*ὀίσυπη legit Hen. Steph.
* ὀισοφάγος quam dictionẽ suspectã habet Hen. Steph.
*forte axẽ legendum.
*καυλὸς
* ὄλαν

ὀποῦ καρπόν. Silphii ſemen, quod & folium ſingulariter, & magydaris à quibuſdam uocatur.

ὀργάσασθαι. Commiſcere, contemperare.

ὀρθοπρίονι. Cibo quantum in diem ſatis ſit.

ὀρονομπίδιον. Alia ſcriptura, ὀλονωνίτιδος. de qua ante dictum eſt: ait autem Dioſcorides in monte natam ὀρονωνίτιδα nominari.

ὀρρώδεων. Vſq; ad caudam extenſorum.

ὄρρος. Sacri oſſis extremitas, quod etiam ὀρροπύγιον uocatur.

ὄρχια. Sacculus teſticulorum.

ὀσχίῳ. Circa os uuluæ flexuoſa extuberantia: ὄσχος enim, & μόσχος, palmites, & clauiculæ: idem autem, & ἀμφίδεον, & λέγνα, nominat.

ὀτίδος. Auis, Ariſtoteles, ὠτίδα per, ω, uocat, Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per o, ſcribit.

π

παλίνοπτα. A ſole auerſa.

παλύναι. Inſpergere.

παράλαμψις. In nigro oculorum ſplendens cicatrix, eo φ aliquanto craſſior ſit ægide.

παράλιον. Species tithymali. uocatur autem, & quædam braſſicula παράλιον marina.

† τας ἐπιδυμίδας. παρασάτας. † Quædam uaſa ſpermatica, ξ in libro De uenis, qui adiectus eſt libro de curã dis luxatis.

† παράφασθαι μετὰ καθέσεως. παραφᾶσαι. † Aberrante manu attingere, ξ cũ deceptione, ut, & ἐσαφᾶσαι iniiciẽtem manum attingere: hinc & occulta loca iuxta mulie bre pudendum παραφάσιας nominat.

παραφάσσειν. Deſipere, ut, & ἀλλοφάσσειν, tumultuari, cum tenui autem legendum eſt, non ut qđ eſt ante ipſum παραφᾶσαι, ineſt enim in eo τῆς αφῆς, id eſt tactus nomen.

παρθένιον. Millefolium, uocatur autẽ παρθένιον, & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, ſed & Dioſcorides * nunquam ait intelligenda eſt uel helxines, uel mercurialis ſpecies parua habens folia.

* μή ποτε, i. nũquid per ĩterrogationẽ

† ὀνεγχραλέτης. πασπαλέτης. † Panis uel farina milii ſubtilis ξ πασπάλη, uel πάσπαλος enim milium eſt.

πασσαλίσκῳ. Paruo palo, diminutiue.

πλαπλάζουσιν. Nomen fecit, errantes, & reſumẽtes in differendo ſignificare uolens.

πέζαι. In ſecundo de morbis mulierum ſic ſcriptum eſt, & pedes tumeſcunt * pueri maxime. Zenodotus quidem in gentium uocabulis πέζαν ait pedem uocare Arcades, & Dores. Hippocrates autem uidetur uel planitiem appellatam pedis ſic nominaſſe, uel talos pedum.

* πεζαι.

πέλλα πελία, ὑπόκιρρα. Liuores ſubfului, hæc eadem, & πελιρὰ uocat. Zenodotus autem in uocabulis gentium Sicyonios ait giluũ πέλλον nominare.

πεμφιγώδεες. Vel humore, & humiditate pleni, uel uentoſi.

πέπλιον. Quod, & peplis, & portulaca agreſtis.

πέπλος. Idem, & humilis ficus, & papauer ſpumeum, & † ſuccus papaueris. ξ

† μηκώνιον, cuius medicamẽti purgatorij ſæpius habetur mentio ab Hippoc. ut in ſine libri quarti de diæta acut. & in lib. de fiſtulis. & in 7. Epid. non procul a fine.

πεπρητηρίῳ. Terebro recto, & acuto: eſt enim, & aliud chœnicis.

περιεἐλλετο. Indumentis ſeipſum tegebat.

περικεκαλμένοι. Inflexi, adunci: & curuati.

περιννήματος. Circuminundationis.

περινεῖ. Circuminundat, circumnatat.

περινῳ. Perineo, eſt autem locus inter ſcrotum & anum, ubi ueſicæ collum eſt.

περιξύσας. Qui circumlacerauit.

περιπωδίνην. Circulariter ſub pedibus exiſtentem, & infra.

περιρρῆδες. Perfractum utrinque.

*περκναί. Nigricantes, & liuentes.

* Hen. Steph. arbitratur legendum eſſe περκναὶ ex Erotionis auctoritate.

περόνην. Aliquando quidem os totum cœli, aliquando quidem adnaſcentiam oſſis, aliquã do adnaſcentiæ tumorem.

περσύας. Anni præteriti uinum, tanquam περισύας, hoc eſt anni præteriti quoddã exiſtẽs, ut ἀντίτην nominat τὸν ἀυτοετίτην, id eſt, eiuſdem anni.

πήρινα. Perineum, in libro autẽ de hæmorrhoidibus, & fiſtulis, & ſedem dicere uidetur.

πισέρῳ. Inſtrumento, quod † fœtus imperfecti in fractorem ξ uocant.

† ἐμβρυοθλάστην

πικέριον. Butyrum.

πιτυίδι. Picea reſina.

πιτύλοις. Remigationibus, uel remis.

πλαταμών. Eminẽs in mari petra læuis, & * humilis, circa quam dilatantur fluctus.

*

πλεκτανέων Cirrhorum, apprehenſionem circũplicantur.

πλεννεραί. Mucoſæ, & πλέννα mucus.

πλευμοῖ. Pulmonarius fit, uel tabeſcit.

πλεῦμος. * Corruptio, uel pulmonaris affectio.

* φθόη

πλήμνη. Modiolus rotæ.

πλήσιγγας. Ferulas, ab eo quod eſt πλήσσειν, id eſt percutere.

πνευματώδης. Et inflatus, & difficulter ſpirans: uocat enim ſæpe, & ipſam difficultatem ſpirandi, ſpiritum.

ποίη. Primæ lactis partes ex ſe ipſis coagulatæ.

ποιην. Quæ habet folium ſimile uiti natura, ut ciſſampeli appellatæ ſpecies.

πολυγράω. Multiuoræ, καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγρασε καδμόνα. Callimachus pro eo, quod eſt deuorauit.

πολύκαρπον. Cratęogonon appellatum, ξ genus herbæ. ξ

πομφοί. Poſtulæ cutis tumentes, ſimul & liuidæ, & rubentes.

πόσῳ. Modico.

ποτάνια. Recentia, Dores.

πότι. Aliquando.

πρός. Præterea autem.

πράμνιος. Vinum quoddam ſic appellatur, nigrum

grum,& auſterum.

πρηνές. Ad terram pronum.

πρήσμα. Inflatio,& πρησίως, inflationis & πρησικώτατον maxime inflatiuum.

πρωαυξέας. Morbos quoſdam ſic nominat, qui in prouectis ætate fiunt, nam & ipſos ſic ali quando uocat ætate prouectos.

πρόκα. Repente.

πρωκώνια. Ex nouis hordeis farinas: quidã autẽ ex non ſiccatis ſolas.

πρωκισὶ μαχαιριδίῳ. †Phlebotomo.

†al. προμήκημα χαιρίδι.

προμυλλαίνει. Procidit, prominet in anteriorem partem.

προμυλλήνας. Protendens extra labra.

προσὲχει ἡ νοῦσος. Pro eo, quod eſt ꝓmanet morbus, in ſecundo de morbis maiore.

προτρέπεσθαι. Mutari.

προσωδέστερον. Graueolentius ſine iota, cum iota autem προσωδέστερον à tumore facto tumidius ſignificat, ut in ſecundo de morbis maiori.

προτιθέμενοι. Protendentes.

πρόφυσιν. Germinationem.

πυθμενόθεν. †Non omninoꝫfactum eſt autem nomen à fundo uaſorum, tanquam ſi, integre, diceret, uel perfecte, uel planè, uel ab initio, uel omnino.

πυρίας. Feruentes [a] panes*, uel fragmenta accẽſa ex ſcoria ferri.

πυρήνας. Grana, dictum eſt de Thure.

πυρὸς ἀγρίου. Eryſipelatis.

† Neſcio quid ſibi uelint hæc uerba οὐ δὲ ὅλως, cũ Gal. 2. de diæta acut. 42. dicat πυθμένοθεν Hippo. ſignificari uel τὸ παντελῶς, i. penitº, uel τὸ ἐξ ἀρχῆς, i. ab initio: uel igitur delenda ſunt hæc uerba, uel pro οὐ δὲ ὅλως legendum uidetur παντελῶς. A*πόχλακας.

ρ

ῥαγεῖσα. Significat aliquando collectim impetum faciens, ut in ſecundo de morbis maiore, & αἷμος ῥαγία ipſa, hoc eſt ſanguinis effuſio, ab hoc compoſita eſt.

ῥαιβοειδὲς. Retortum.

ῥᾷον. Paratius, & facilius, non nulli quidem feracius, copioſiusve intellexerunt.

ῥαφίῳ. Subula, qua perforantes artifices taliũ commodos uſus lini traiectioni faciunt.

ῥέγξιν καὶ ῥέγκος. Ronchus, nomina facta ſunt ab eo ſtrepitu, qui in ſtertendo fit, ut & ῥέγκειν, id eſt ſtertere.

Quidam codi. habent ῥέμβη πλάνη τινι κὶ ὕλη, ideſt ῥέμβει, errationeq̃dã, & uacatione, cuius ẽt lectionis meminit. Hen. Ste.

ῥέμβει. Errat.

ῥέμβην. Errationem & quædam alia, ab eo qđ eſt ῥέμβεσθαι, hoc eſt circumagi.

ῥηγῦσι. Sciſſuris, Fracturis.

ῥημέσιν. Agnis.

ῥινέσιν. Agnis.

ῥῆνικας. Pelles agninas.

ῥηνός. Agnis.

ῥηχίῃσι. Tanquam inundationibus: nam ῥηχίη tanquam inundatio quædam eſt.

ῥίζ. Sic uocatur herbula quædam ſine caule, & ſine flore, & ſine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacentia duorum digitorum magnitudine, ſimilia foliis anchuſæ, radicem autẽ tenuem leuiter purgantem.

ῥίζαν γυνικήν. Radicem dracunculi.

ῥικνόν. Rugoſum.

ῥοικά. Retorta.

ῥόμματος. Liquoris ad ſorbendum, uel actus ipſius ſorbendi, hoc eſt ſorbitionis.

ῥόα. Ex moro mora immatura, & ſiccata, & cõtuſa, ut obſoniis inſpergãtur, ut & proprie appellatº rhus, ut Dioſcorides in primo de materia inquit.

ῥόπτων. Sorbitionum, uel omnium, quæ quoquo modo ſorbentur.

ῥύματα. Ab eo quod eſt ῥύεσθαι, id eſt ſeruare, remedia.

ῥωγματίης. Fractum aliquid intus habens, quẽ & ῥηγματίαν nominat.

σ

σαράπους. Quæ diſtractos, & diſtantes habet digitos pedum.

σαρκάζειν. Proprie quidem per labrorum morſum ſubſannare. Hippocrates autẽ, & ſummis labris contractis uellere aliquid.

σατυρισμοί. Circũ aures prolixi tumores †duraꝝ concretionum carnis in ſe ipſam conuolutæ. Quidã autem pudendorum intenſiones intellexerunt. †τῶν αἰδοίων

σαυρίδιον. Naſturtium herba à figuræ ſimilitudine, eadem, & cardamum uocatur.

σελάχεσιν. Sic uocãtur omnes piſces, qui ſquamas non habent, & animal pariunt.

σκηρός. Deflexum & plurimum diſtans labris, quod, & *ἐκπεπλημένον nominatur. *Hen. Ste. cõiectat, legendum eſſe ἐκπεπλημένον.

σκιαγγώδη. Laxa, rara, multis foraminibus diuiſa: hæc enim foramina σκίαγγες, & σκίραγγες uocantur, & tale corpus σκιαγγώδες, & σκιραγγώδες, hoc eſt foraminoſum.

σκαμίς*. Seſamidis appellatæ. Hen. Steph. arbitrãt legendum eſſe σκτάμης genitino caſu.

σιτανίῳ. Præſentis anni tritico, hoc eſt, uere ſato.

σιτανώδει. Vel ex præſentis anni frumentis, uel ex excuſſis, & tenuibus farinis, hoc eſt purgatis.

σιάλου δαιδὸς καὶ σιάλου αἰγός. Pinguis conuiuii, & pinguis capræ.

σιαλώδεα. Pinguia, opimata.

σιδιοειδεῖς. Luteas †ut cortex mali granati. †uel pallidas.

σικύην ἄτμητον. Cucurbitam agreſtem indiuiſam.

σικυώνην. Quatuor ſignificat apud ipſum, colocynthidem, Pyro ſimilem cucurbitam, medicinalem cucurbitam fundo carentem, & coni ſimilem cucurbitam.

σικυώνης σπόγγον. Colocynthidis interior pars.

σιπύδα. Pyxidem, ſignificat etiam aliàs nomẽ hoc, fictile quoddã uas, in quod farina iniicitur.

σινόμωρα. Quæ mali moris ſunt.

σιραίῳ

σιραίῳ. †Dulci decocto.

†Hen. Step. nõ ſine rõne ſuſpicatur legẽdum eſſe γλευκεῖ, ἐφ ἡμ ματι.

σικανός. Malitia inſidiatoria, cauſa occulta.

σκαφίδα. Attici quidem paſtoralem mulctram ut aliquando dicunt, ſitulæ. & mulctralia facta, quibus mulgebant: Hippocrates autem marinam cõcham prolixiorem, quam multi μύακα, id eſt mutilum uocant.

σκέθρη. Exacto.

σκελιφρός. Aridus, contractus.

σκεπαρνώδη. Effracte, nam σκέπαρνος ipſe faſcia à fabrilibus nominatus eſſe aſciis uidetur.

σκήμψις. Conſideratio, concluſio, in ſexto de morbis popularibus.

σκιαυγεῖ. Cæcutit.

σκιμπτέσθω. *Concludatur.

σκίμφθη. Duo ſignificat apud ipſum, & diuiſum fuit, & admotum fuit.

σκιλήματι. Arefactione, contractione.

σκληρά. Deſiccata, & ab eo omnia eadem ratione.

σκληρύνει. Deſiccat, & σκληρύνεται, deſiccatur.

*χάσμης. σκορδινᾶσθαι. Extendi, & maxime cum *hiatu.

σκυρος. Callus, & σκυρωθῶσι, occalluerit.

σκύμψαι. Verberare, ſecare, diuidere.

σκύτα. Quæ in articulo ceruicis ſunt.

†κιμωλῆν. σμηκτίδα γῆν. †Cretã terram albam, qua fullones utuntur.

σμωδικοῦ. Ad uibices ſanandas apti, ad σμώδικας, hoc eſt liuores, q ex percuſſione fiunt, proficientis.

σπάδων. Conuulſio, fœmininum nomen.

σπαργᾶ. Luxuriatur, turgeſcit.

σπατίλη. Humidum excrementum.

σπέρμα. Significat etiam fructum.

σπερχνή. Feſtinans, aſſidua.

ἀδένες. σπόγγοι. In faucibus tonſillæ, quarto de morbis popularibus.

σποδίτη ἄρτῳ. Pane ſubcinericio uocato.

σωροάδες. Differentes, non eiuſdem generis aliæ aliis *conuenientes.

*συμβαίνουσαι, id eſt euenientis. σαδιεύς. Dioſcorides ait, ſtadiis menſurans ambulationes.

σαλαγμοῦ. Deſtillationis à capite.

σέαρ ἡδυντόν. Adeps in aromatibus quibuſdã, & aqua coctus.

σεῖλαι. Supertegere, inungere.

σευγρῶσαι. Anguſtare. Quidam autem claudere humidorum exitus, & ſiccare.

συθοειδεῖ μαχαιρίῳ. Scalpello medico latiore.

σητῶδες. Adipe obeſum.

σίον. Calculus, lapillus, σίαι enim ſunt iuxta mare calculi, & σιῶδες hinc, durum.

σίφραι. Aridæ, contractæ.

σοίβης καρπόν. Lappaginis ſemen.

σολιδωδέσγεον. Rugoſius.

σομάργου. In ſecundo de morbis popularibus Dioſcorides ſic ſcribit, & ſignificari ait, loquentis furioſe. Alii συμάργον. ſcribunt, & A nomen proprium intelligunt.

σόμβον. Grauiſonum, grauiter ſonans.

σρέβλοί. Quos & ſtrabones nominant.

σρέφει. Dolorem inteſtinorum præbet.

σρέφεται. Tanquam inhabitat, in libro De aeribus. & locis, & aquis.

σρογγύλου μήλην. Spathomelen ſpecilli genus.

σρογγύλου. *Piperis, ipſe enim ſic ſcribit, & Indicum, quod uocant Perſæ piper in hoc ãt eſt quiddam rotundum, quod uocãt Myrti danum, id eſt piper.

*Myrticani. ut de ſupra in dictione Indicũ, & ĩ dict. Myrtidanum.

σρυβλήν. Vertibilem, in libro De hæmorrhoidibus, & fiſtulis.

σρυμάργου. Agnoſcit, & hanc ſcripturam Dioſcorides non ſolum σομάργου. Atque hoc nõ ut proprium nomen exponit, ſed furioſe affectum circa rem ueneream ſignificari ait, dicta enim eſſe apud Hippocratem, & alia eodem modo epitheta, ut myochane, ſarapos ῥυπαλώπεξ, uel gripalopex, ſed & apud Eraſiſtratum ait Rhinocoluros, hoc eſt qui mutilatis naribus eſt.

συπτηρὶν χαλκίτις. Quam ſimpliciter uocamus chalcitim, uulgo uitriolum uocatur.

συγκομισοί ἄρτοι. Sordidi panes, quod omnes ſimul farinæ colliguntur, & non ſecernuntur.

σύκα. Tumores carnoſi in partibus palpebrarum facti.

σύκιον. Ficorum aridarum decoctum.

συκῆς. In primo de mobis mulierum, & fomentum συκῆς à radice, æque atque συκύας hoc eſt mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radicis.

συλλοχίας. Congregationes translatio à congregatis in exercitibus.

σύναγμα. Vel humor quidam concretus, uel †intern⁹ tumor, uel hypoſtaſis, uel* callus, & melius in ſexto de morbis popularibus dicit.

† εἰς τὰς λόχας. † ἐναιώρημα *πῶρος.

συναριθμοῦται. Coaptatur.

σύνδεσις. Significatur aliquando, & tanquam denſitas, & aſtrictio.

συνδεαίνεται. Conduplicatur.

συνεκχυμῶν. Commiſcere, & contemperare ſanis ſuccis,

συνέξει. Velut concluſione.

συνηρεφές. Obtectum, adumbratum.

συνηρεφόμενα. Coaptata, ut in libro De curandis luxatis.

συνηνωμένα. Coniuncta, uel coeuntia.

συρμαῖα. Moderata eorum, quæ in uentre ſunt, purgatio.

σύσαθμον. Par pondere.

συσροφάς. Tubera, Durities.

σφαδάζει. Aegre fert.

σφάκελος. Corruptio omnis quocunq; fiat modo: ſcis autem, et de hoc à nobis pluribus demonſtratum eſſe.

σφάκελος. In adiunctis libro de uulneribus capitis, dolens caput autem, & sideratus si fuerit, cepæ contrarium, in plurimis autem manifeste σφακελὸς scribitur.

σφενδόνην. In libro de articulis à funda lapides iaciente appellatum, ad restitutionem mẽbri utile, in libro autem de sterilibus uocatum custodem. significat autẽ, & muliebre pedum tegumentum, & quæcunque huic similia.

σπυράδες. Caprarum, & ouium excrementa.

σκάσαι. Tria significat, laniare, excernere, relaxare.

σχεδιάδα. Anchusam, herbæ genus, dicit enim & sic.

σχέσει. Compressione in continendo, & detentione, & alligatione, & pressione. cum autẽ dixerit, differt quidẽ aliquid, & *habitu corporis, tanquam habitum significat.

*σχέσει

σχιδυλήσει. Figura calami, sic enim uidetur* calamus dictus esse παρατὸ ἐσχίσθαι, id est ab eo, quod scinditur.

*σχισμὸς

σχῖνον. Non solum fruticosam stirpem, sed etiã speciem quandam scillæ, uel potius omnis scillæ bulbum.

σχοῖνον ἀδύοσμον. Iuncum odoratum.

τ

τάμισον. Coagulum

τέγγειν. Humectare.

τελεῖν. Consumere, ut in libro de affectionibus dicit.

τέλσον. Finem & ultimum.

τέρμινθοι. Terminthi arboris fructui similes in cute præter naturam consistentes tumores.

τέρθρον. Proprie quidem sic nominatur summitas antennę, & τέρτριοι ipsi rudentes inde in summum uelum peruenientes. Hippocrates autem in secũdo de morbis mulierum, cum hic inquit, τέρτρον fuerit morbi, æque ut si diceret, summum, & supremum, & curationis maxime egens.

τετάρσωνται. Dilatata fuerunt, ταρσὸς enim omne dilatatum est.

τετράγωνα βέλεα. Sagittæ quatuor habentes cuspides.

*τετραγώνω. Quidam exponunt, inuentis in stibio crustis. Quidam autem ipsum stibium.

* Al. τετραμμύνω.

τετρεμένει. Tremit.

τετρομός. Tremor cum frigore.

τέως. Donec, & tunc, & prius.

τηλέφιον. Genus herbæ, quod semperuiuum agreste, & portulacam agrestem uocãt, Romani autem Illecebram.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ροφέονται. In farina herbam sorbent, Mercurialem herbam uisus est dicere, quoniam & alibi ait, sorbiturum autem mercurialem.

E τομεῖον. Incisor, sic uocatur ferreum instrumentum bilabrum, quo fabri ferarii, & ad alia multa, & ad tollendos, & commouẽdos clauos utuntur.

τοξεύματα. Sagittæ.

τορνεύματα. Ramenta.

τροφὴς. Bene nutritus, pinguis.

τροφιῶδες. Habens illata quædam infixa, a τρέφεσθαι, quod est infigi.

τροχοί. Cursus.

τρυχνοῦν. Domare, Attenuare.

τρώειν. Vulnerare, †secare uenam, ξut in secundo de morbis mulierum. †ἀποχάξειν.

τρωθῇ. Læsa fuerit, male affecta fuerit, & τρῶμα læsio.

F τρώσκεσθαι. Parere abortum.

τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, uel immaturis.

τύρσιν. Turrim, & præcipue, quæ est in muris.

τυφώδης. Qui mente alienatus est, ceritus.

τυφωμανίη. Mistus ex phrenitide, & lethargo morbus.

υ

ὕβοί. Gibbosi, & ὕβαμα, gibbositas.

ὑδατινούσκοισιν. Hydrope laborantibus, uel in aquam mutantibus sanguinẽ, & aquosa tollentibus, purgantibusve.

ὑδατόχλοα. Vt si aquiuiridia dixisset.

G ὑδατώδεας. Hydropicos.

ὑδρίον. Parua fitula, Diminutiue.

ὑδρωψ. Dioscorides in secundo de morbis popularibus cum accentu in ultima syllaba legit, & significari ait ὑδροποσίᾳ, hoc est, speciem hydropis præ se ferentem.

ὑπάλειπτρον. Frustulum, quo aliquis sublinere posset oculos.

ὑπάλειπτον. Medicamentum, quod illini potest.

ὑπεζύγωται. Subiectum est.

ὑπειλλιβέωσιν. In se subuoluantur.

ὑπερινός. Vltra modũ uacuatus homo, & ipsa ultra modum euacuatio. sic igitur exponũt quidam, & ultra modum uacuatur, uel
H attenuatur. uidetur autem longum spirans, & breue spirans dupliciter sic dici.

ὑπερτονεῖ. Vltra modum extenditur.

ὑπέρυδρον. Valde plenum infusa aqua.

ὑπερχολήσει. Multa repletione bilis.

ὑπεψύχθη. Mediocriter remissus est à calore febrili.

ὑπνοῦσα. Somnolenter habens, somno sopita.

ὑπολείβεται. Destillat, Defluit.

ὑπομβρον. Subhumidum, subpingue.

ὑπομύσαρα. Male olentia, & digna, quæ omnes abominentur.

ὑπονησαμένη. Quæ subnatauit, quæ subiuit.

ὑπόξηρα. Subcaua, humiliora.

ὑπόξυρος. Aduncus nasum, qa humiliora sunt, quæ circũcirca sunt, quàm ipsa sublimitas.

ὑποξύρους.

ὑποξύρους. Humiliores, contractos, dictũ est autem de uentribus in maiori de prędictione.

ὑπόσφαγμα. Totius atramenti sepiæ tanquam subsidens fæx.

ὑποτροπή. Non solum reuersio, sed & uicissim mutatio, ut cum dixerit, *lasciuiens in mutatione per uicem. *κωματώδης

ὑποψέφαρα. Caliginosa, subobscura.

ὑποψάφαρα. Asperiora, nam ψαφαρόν, hoc est cano situ obductum inest in nomine.

ὑπωμίη. Subiectum sic dici posse uel in* humerali uel humero. *ἐπωμίδι

ὑφύδρους. Aqua inter cutem laborantes.

φ

φαγεδαίνη. Vlcere exedenti.

φαίνηται. Significat & transparẽs in igne fiat, ut in secundo de morbis mulierum.

φαλαρά. Rotunda cum læuitate.

φαρκιδῶδες. Rugosum.

φαύσιγγες. Proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, abusiue autem, & reliqui circuli.

φέρβεται. Exest, consumit.

φήρεια. Oblongæ sub auribus glandulosæ eminentiæ, quales, & Satyri habẽt. Quidam autem, & φῆρες, & θῆρες uocantur, ut sit tanquã ferine* dictum. *φηρεακτικῶς Hen. Ste. putat legendũ esse φηρεακτικῶς, ut sit nomen possessiuum.

φθίνει. Significat, colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur.

φθόες. Rotulas.

φιάρην. Splendens ob humiditatem.

φιβάλιος. Genus fici.

✲ φιλεταίριος. Quam & lappam in lente nascentẽ uocant.

✲ φιλίσιον. Idem & hoc uidetur esse, quod Aparine, & philetærium id est, lappa.

φλάζουσιν. Obscure, & indistincte loquuntur, factum est nomen.

φλεβοτομίαν. Non solum cõsuetæ sectionis uenæ hoc est, sed & aliam quomodocunq; distinctam à uenis euacuationem sanguinis significat, & φλεβοτομηθῆναι hoc est phlebotomari similiter.

φλέγμα. Non solum humorem hunc album, & frigidum, sed & inflammationem significat.

φλέγυρον. Ignitum, & tanquam ardens.

φλεδονώδεα. Nugacem, φλεδόνες enim nugæ.

φλέου. Verbasco similis quædam est hæc, & papyracea stirps, quæ texta circumponit olearis fictilibus.

φληνύουσα. Nugas.

φληναφώδεις. Nugaces.

φλιαὶ aliter φλέβες. φλίας. Ligna recta è regione fixa, ut & neruorum parastatas.

φλεγραί. Rubræ.

φλογιᾶ uel φλογῖται. Ignitur cum rubore.

*μυδᾶ. φλυδᾶ. Humectatur, *putrescit.

φλιδάρην. Humidam.

φλύεται. Humectatur.

φλυζούσησιν. Scaturientibus.

φλυζάκια. †Pustulæ genus quoddam. †ὑδρίκια.

φλύσιος. Eruptionis pustularum, in superabundantia existentis in corpore humidi.

φοινίκινος. A colore sic dictam esse elephãtiasin suspicari utique posset aliquis.

φοινικίη. Morbus in Phœnice, & in aliis orientalibus partibus abundans, significari autem, & hic uidetur elephantiasis.

φολλικῶδεα. Tanquam folliculosa, & laxa.

φονᾶ. Necare cupit.

φορίνη. Pellis.

φόρος. Facilis captu.

φορύξαντες. Cum miscuissent.

φύλλα. Hortensia, & herbacea uiridia odoramenta.

φύλλια. Odoramenta hortensia, quæ ementib⁹ olera addunt, ut coriandrum, menta, ruta, apium.

φύλλια. Silphii semen, eo quod latum est, in secundo de morbis mulierum, addit autem & ipse in oratione aliquando quidem Libycum, aliquando Aethiopicum.

φύσιγξ. ✲ †. Caulium exortus qui uocatur, ξ & maxime concauus. *al. φύσητρα. † τὸ καλούμενον ἐκκαυλίημα.

φυτάνη. Serendi tempus.

φυτευτυρίων. Lignorum quæ in terrã feruntur, pangunturve.

φωδες. † Ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, ξ de quibus dictum est. †φύσιγγες uel φαύσιγγες

φωνὴ περιπνευμονική. Vox* aspera.

χ

χαλκίτις συμπαρίη. Aeque ualens, ut chalcitis.

χαραδρωθέωσι. Bifidum habuerint. ✲

χαράκτωρι. Exacerbato ob characterem.

χάσκον. †In diuersum trahens ξ Dioscorides legit, & ait sic dici uuluas ex eo, quod aperiuntur. †χασκῶν cũ accentu circumflexo.

χειμίη. Frigus, ξ gelu ξ rigor.

χειμίουσα. Infrigidata* gelu correpta. *rigore.

χελίσκιον. Aridum, Diminutiue dictum est χελίσκιον parua tussicula, arida autem est, cum nihil humoris, qui excreetur, in os accedit.

χαραδέως. Confertim, Factum est autem à torrente. A* χαραδρεως *χαράδρας

χεῖς. Qui effudit.

χηλήν. Specillum bifidum in summo, dissectum ut forfex.

χήλωμα. Bifidam cauitatem sagittæ, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.

χήμην κηραμίδα. Cauatiorem concham, & maiorem.

χλοηροῖσι λαχάνοις. Hortensibus odoramentis.

χλοιοῦνται. Vt si, uiresc unt, dixisset.

χλοῦς.

χλούς. Viriditas.
χλοῶδες. Virens.
χλώρασμα. Viriditas clare fulgens, & ad aqueũ colorem declinans.
χολήιον. Bilis eductiuum.
χυτλάζηται. Vt ſi, inundetur, dixiſſet.
χυτρειδέαν. Ollam.
χυτρείδεον. Ollam.
χύτρινον. Ollam.
χωλεύσειεν. Mutilum aliquo articulo faceret.

ψ

ψάγδας. Genus quoddam unguenti.
ψαίρειν. Innatare, attingere.
ψεσὴν μάζαν. In melle, & oleo ſubactam, quoniam & *liba ſic madefiunt.
*ψωτὰ
ψάφαρον. Fragilem.
ψέφαρα. Tenebroſa, nigricantia, ψέφος enim tenebræ.

E ψόφου καθαπτόμενοι. Strepitum facile ſentiẽtes, & timentes, vt ſi, formidoloſos, dixiſſet.

ω

ὠδεῖ. In malo, Arceſilao autem, malum, ſic* uidelicet ſine iota ſcribitur, non cum iota, ut id quod ſequitur. *ὦδιν
ὠδεῖ. Tumeſcit: manifeſtum autem eſt, cum iota hoc ſcribi, quoniam & ὀιδεῖν, hoc eſt tumere.
ὠμήλυσιν. Ex nõ ſiccatis hordeis farinę craſſiores, farinæ tenuiores: nam uelut crudam farinã, proprie aiunt ὠμήλυσιν nominari, magis abuſiue autem omnem aliam farinam.
F ὠρεόντων. Curantium, nam, & cura ὥρα.
ὥρσυ.* Anno. *Hen. Step. arbitrat legẽdũ ẽe ὥρᾳ, citatq; locũ ex lib. de ſeptimeſtri partu.
ὥρουσαν. Impetum fecerunt.
ὠτειλάς. Non ſolum cicatrices, ſed etiã ulcera.
ὠχέτευτα. Effluxiones, & exitus poſſedit.

FINIS.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK.

Omnes ſunt quaterniones, præter Ii ternionem, & KK quinternionem.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

ESTANTE 8.°
Tabla 1.ª
N.° 2




89
70
7.425